SAN AGUSTÍN DE HIPONA

La Ciudad de Dios

De Civitate Dei

TOMO III · IV

SABBATISMUS

San Agustín de Hipona (354–430)
De Civitate Dei · La Ciudad de Dios

Texto latino: dominio público.
Traducción, alineación y edición © 2026 Inversiones San Juan Diego (Sabbatismus). Licencia Creative Commons Atribución-CompartirIgual 4.0 Internacional (CC BY-SA 4.0).

Edición bilingüe frente a frente: latín en las páginas pares, español en las impares.
Sabbatismus es la editorial de la fundación Inversiones San Juan Diego, San Pedro Sula, Honduras.
Compuesto en EB Garamond y Cinzel.
sabbatismus.com

Índice

Libro D 9
Capítulo Primero. 9
Capítulo II. 9
Capítulo III. 15
Capítulo IV. 19
Capítulo V. 23
Capítulo VI. 25
Capítulo VII. 27
Capítulo VIII. 27
Capítulo IX. 31
Capítulo X. 33
Capítulo XI. 37
Capítulo XII. 41
Capítulo XIII. 43
Capítulo XIV. 45
Capítulo XV. 47
Capítulo XVI. 51
Capítulo XVII. 51
Capítulo XVIII. 53
Capítulo XIX. 55
Capítulo XX. 55
Capítulo XXI. 55
Capítulo XXII. 59
Capítulo XXIV. 61
Capítulo XXV. 67
Capítulo XXVI. 67
Capítulo XXVII. 71
Capítulo XXVIII. 73
Capítulo XXIX. 75
Capítulo XXX. 77
Capítulo XXXI. 79
Capítulo XXXII. 79
Capítulo XXXIII. 83
Capítulo XXXIV. 85
Capítulo XXXV. 87
Capítulo XXXVI. 87
Capítulo XXXVII. 89
Capítulo XXXVIII. 93
Capítulo XXXIX. 97
Capítulo XL. 97
Capítulo XLI. 99
Capítulo XLII. 101
Capítulo XLIII. 103
Libro D 109

Capítulo Primero. . . . 109
Capítulo II. . . . 111
Capítulo III. . . . 113
Capítulo IV. . . . 117
Capítulo V. . . . 129
Capítulo VI. . . . 137
Capítulo VII. . . . 141
Capítulo XIII. . . . 159
Capítulo XIV. . . . 161
Capítulo XV. . . . 163
Capítulo XVI. . . . 163
Capítulo XVII. . . . 169
Capítulo XVIII. . . . 171
Capítulo XIX. . . . 173
Capítulo XXI. . . . 181
Capítulo XXIV. . . . 185
Libro D 187
Capítulo Primero. . . . 187
Capítulo II. . . . 189
Capítulo IV. . . . 195
Capítulo V. . . . 195
Capítulo VI. . . . 197
Capítulo VII. . . . 199
Capítulo VIII. . . . 199
Capítulo IX. . . . 201
Capítulo X. . . . 203
Capítulo XI. . . . 205
Capítulo XII. . . . 207
Capítulo XIII. . . . 211
Capítulo XIV. . . . 213
Capítulo XV. . . . 215
Capítulo XVI. . . . 217
Capítulo XVII. . . . 217
Capítulo XVIII. . . . 219
Capítulo XIX. . . . 223
Capítulo XX. . . . 225
Capítulo XXI. . . . 227
Capítulo XXII. . . . 229
Capítulo XXIII. . . . 229
Capítulo XXV. . . . 235
Capítulo XXVI. . . . 237
Capítulo XXVII. . . . 237
Capítulo XXVIII. . . . 239
Capítulo XXIX. . . . 243
Capítulo XXX. . . . 245

Capítulo XXXI. 247
Capítulo XXXII. 249
Capítulo XXXIII. 255
Capítulo XXXIV. 259
Capítulo XXXV. 259
Capítulo XXXVI. 265
Capítulo XXXVII. 265
Capítulo XXXVIII. 269
Capítulo XXXIX. 269
Capítulo XL. 271
Capítulo XLI. 273
Capítulo XLII. 277
Capítulo XLIII. 279
Capítulo XLIX. 295
Capítulo L. 297
Capítulo LI. 299
Capítulo LII. 303
Capítulo LIII. 305
Capítulo LIV. 309
Libro D 315
Capítulo Primero. 315
Capítulo II. 321
Capítulo III. 325
Capítulo IV. 329
Capítulo V. 339
Capítulo VI. 341
Capítulo VII. 343
Capítulo VIII. 345
Capítulo X. 349
Capítulo XI. 349
Capítulo XII. 351
Capítulo XIV. 361
Capítulo XVI. 367
Capítulo XVII. 367
Capítulo XVIII. 371
Capítulo XIX. 373
Capítulo XX. 375
Capítulo XXI. 375
Capítulo XXII. 379
Capítulo XXIII. 379
Capítulo XXIV. 389
Capítulo XXV. 391
Capítulo XXVI. 391
Capítulo XXVII. 393
Capítulo XXVIII. 395

Capítulo Primero. 397
Capítulo II. 399
Capítulo III. 403
Capítulo IV. 405
Capítulo V. 407
Capítulo VI. 411
Capítulo VII. 415
Capítulo VIII. 421
Capítulo IX. 427
Capítulo X. 435
Capítulo XI. 435
Capítulo XII. 437
Capítulo XIII. 439
Capítulo XIV. 443
Capítulo XV. 445
Capítulo XVI. 449
Capítulo XVII. 449
Capítulo XVIII. 453
Capítulo XX. 461
Capítulo XXI. 467
Capítulo XXII. 475
Capítulo XXIII. 477
Capítulo XIV. 481
Capítulo XXV. 487
Capítulo XXVI. 491
Capítulo XXVII. 495
Capítulo XXVIII. 495
Capítulo XXIX. 497

Liber D

ECIMUS SEXTUS.

In cujus priore parte , a capite videlicet primo ad duodecimum, civitatis utriusque, coelestis ac terrenae, procursus exhibetur secundum sacram historiam a Noe usque ad Abraham: posteriore autem parte de coelestis tantummodo civitatis procursu ab Abraham usque ad Israelitarum reges disputatur.

Caput Primum.

An post diluvium, a Noe usque ad Abraham, aliquae familiae secundum Deum viventium reperiantur.

Post diluvium procurrentis sanctae vestigia civitatis, utrum continuata sint, an intercurrentibus impietatis interrupta temporibus, ita ut nullus hominum veri unius Dei cultor existeret, ad liquidum Scripturis loquentibus invenire difficile est: propterea quod in canonicis Libris post Noe, qui cum conjuge ac tribus filiis totidemque nuribus suis meruit per arcam a vastatione diluvii liberari, non invenimus usque ad Abraham cujusquam pietatem evidenti divino eloquio praedicatam, nisi quod Noe duos filios suos Sem et Japhet prophetica benedictione commendat, intuens et praevidens quod longe fuerat post futurum. Unde facta est etiam illud, ut filium suum medium, hoc est primogenito minorem ultimoque majorem, qui peccaverat in patrem, non in ipso, sed in filio ejus suo nepote malediceret his verbis: Maledictus Chanaan puer, famulus erit fratribus suis. Chanaan porro natus fuerat ex Cham, qui patris dormientis nec texerat, sed potius prodiderat nuditatem. Unde etiam quod secutus adjungit benedictionem duorum maximi et minimi filiorum, dicens: Benedictus Dominus Deus Sem, et erit Chanaan puer illius; laetificet Deus Japhet, et habitet in domibus Sem (Gen. IX, 25-27): sicut ipsa ejusdem Noe et vineae plantatio, et ex ejus fructu inebriatio, et dormientis nudatio, et quae ibi caetera facta atque conscripta sunt, propheticis sunt gravidata sensibus et velata tegminibus .

Caput II.

Quid in filiis Noe prophetice fuerit praefiguratum.

Libro D

ECIMOSEXTO.

En cuya primera parte, a saber, desde el capítulo primero hasta el duodécimo, se exhibe el progreso de ambas ciudades, celestial y terrena, según la historia sagrada desde Noé hasta Abraham; en la parte posterior, en cambio, se disputa sobre el progreso de la ciudad celestial solamente desde Abraham hasta los reyes de los israelitas.

Capítulo Primero.

Si después del diluvio, desde Noé hasta Abraham, se encuentran algunas familias de los que viven según Dios.

Es difícil encontrar con claridad en las Escrituras si los vestigios de la santa ciudad que prosigue después del diluvio fueron continuos, o si se interrumpieron por tiempos de impiedad intercurrentes, de modo que ningún hombre existiera como cultivador del único Dios verdadero; por lo cual en los libros canónicos, después de Noé, quien con su esposa y tres hijos e igual número de nueras mereció ser librado de la vastación del diluvio a través del arca, no encontramos la piedad de nadie elogiada por el evidente elocuio divino hasta Abraham, excepto que Noé recomienda a sus dos hijos Sem y Jafet con una bendición profética, intuyendo y previendo lo que había de ser mucho después. De donde resultó también aquello, que a su hijo mediano, esto es, menor que el primogénito y mayor que el último, que había pecado contra su padre, no le maldijera en sí mismo, sino en su hijo, su propio nieto, con estas palabras: "Maldito sea el niño Canaán, será siervo de sus hermanos". Canaán, por lo demás, había nacido de Cam, quien no había cubierto, sino más bien delatado la desnudez de su padre durmiente. De donde también lo que añade siguiendo la bendición de los dos hijos, el mayor y el menor, diciendo: "Bendito sea el Señor Dios de Sem, y sea el niño Canaán su siervo; dilate Dios a Jafet, y habite en las casas de Sem" (Gén. IX, 25-27): así como esa misma plantación de la viña por el mismo Noé, y la embriaguez de su fruto, y la desnudez del durmiente, y las demás cosas que allí se hicieron y escribieron, están preñadas de sentidos proféticos y veladas con coberturas.

Capítulo II.

Qué fue prefigurado proféticamente en los hijos de Noé.

Sed nunc rerum effectu jam in posteris consecuto, quae operta fuerant, satis aperta sunt. Quis enim haec diligenter et intelligenter advertens, non agnoscat in Christo? Sem quippe, de cujus semine in carne natus est Christus, interpretatur Nominatus. Quid autem nominatius Christo, cujus nomen ubique jam fragrat, ita ut in Cantico canticorum, etiam ipsa praecinente prophetia, unguento comparetur effuso (Cantic. 1, 2): in cujus domibus, id est ecclesiis, habitat gentium latitudo? Nam Japheth Latitudo interpretatur. Cham porro, quod interpretatur Calidus , medius Noe filius, tanquam se ab utroque discernens et inter utrumque remanens, nec in primitiis Israelitarum, nec in plenitudine Gentium, quid significat nisi haereticorum genus calidum, non spiritu sapientiae, sed impatientiae, quo solent haereticorum fervere praecordia , et pacem perturbare sanctorum? Sed haec in usum cedunt proficientium, juxta illud Apostoli: Oportet et haereses esse, ut probati manifesti fiant in vobis (I Cor, XI, 19). Unde etiam scriptum est, Filius eruditus sapiens erit, imprudente autem ministro utetur (Prov. X, 4, apud LXX). Multa quippe ad fidem catholicam pertinentia, dum haereticorum calida inquietudine exagitantur, ut adversus eos defendi possint, et considerantur diligentius, et intelliguntur clarius, et instantius praedicantur: et ab adversario mota quaestio, discendi existit occasio. Quamvis non solum qui sunt apertissime separati, verum etiam omnes qui christiano vocabulo gloriantur et perdite vivunt, non absurde possunt videri medio Noe filio figurati: passionem quippe Christi, quae illius hominis nuditate significata est, et annuntiant profitendo, et male agendo exhonorant. De talibus ergo dictum est, Ex fructibus eorum cognoscetis eos (Matth. VII, 20). Ideo Cham in filio suo maledictus est, tanquam in fructu suo, id est in opere suo. Unde convenienter et ipse filius ejus Chanaan interpretatur Motus eorum: quod aliud quid est, quam opus eorum? Sem vero et Japhet tanquam circumcisio et praeputium, vel sicut alio modo eos appellat Apostolus, Judaei et Graeci, sed vocati et justificati, cognita quoquo modo nuditate patris, qua significabatur passio Salvatoris, sumentes vestimentum, posuerunt supra dorsa sua , et intraverunt aversi, et operuerunt nuditatem patris sui, nec viderunt quod reverendo texerunt (Gen. IX, 23). Quodam enim modo in passione Christi, et quod pro nobis factum est honoramus, et Judaeorum facinus aversamur. Vestimentum significat sacramentum; dorsa, memoriam praeteritorum: quia passionem Christi eo scilicet jam tempore quo habitat Japhet in domibus Sem et malus frater in medio eorum, transactam celebrat Ecclelia, non adhuc prospectat futuram.

Pero ahora, habiéndose ya seguido en la posteridad el efecto de las cosas, lo que había estado cubierto está suficientemente abierto. Pues, ¿quién que advierta esto diligente e inteligentemente no lo reconocería en Cristo? Pues Sem, de cuya semilla nació Cristo en la carne, se interpreta como "Nombrado". ¿Y qué hay más nombrado que Cristo, cuyo nombre ya fragancia por todas partes, de modo que en el Cantar de los Cantares, incluso prediciéndolo la misma profecía, se compara con el ungüento derramado (Cant. I, 2): en cuyas casas, esto es, en las iglesias, habita la amplitud de las gentes? Pues Jafet se interpreta como "Amplitud". Por lo demás, Cam, que se interpreta como "Cálido", el hijo mediano de Noé, como distinguiéndose de ambos y permaneciendo entre ambos, ni en las primicias de los israelitas ni en la plenitud de las gentes, ¿qué significa sino el género cálido de los herejes, no por el espíritu de sabiduría, sino de impaciencia, con el cual suelen hervir los corazones de los herejes y perturbar la paz de los santos? Pero estas cosas ceden en provecho de los que progresan, según aquello del Apóstol: "Conviene que también haya herejías, para que los aprobados se hagan manifiestos entre vosotros" (I Cor. XI, 19). De donde también está escrito: "El hijo erudito será sabio, pero se servirá de un ministro imprudente" (Prov. X, 4, según los LXX). Pues muchas cosas pertenecientes a la fe católica, mientras son agitadas por la cálida inquietud de los herejes, para que puedan ser defendidas contra ellos, son tanto consideradas más diligentemente, como entendidas más claramente y predicadas con más instancia: y la cuestión movida por el adversario se convierte en ocasión de aprender. Aunque no sólo los que están muy abiertamente separados, sino también todos los que se glorían en el nombre cristiano y viven perdidamente, pueden no absurdamente verse figurados por el hijo mediano de Noé: pues la pasión de Cristo, que fue significada por la desnudez de aquel hombre, tanto la anuncian profesándola como la deshonran actuando mal. De tales, pues, se dijo: "Por sus frutos los conoceréis" (Mat. VII, 20). Por eso Cam fue maldito en su hijo, como en su fruto, esto es, en su obra. De donde convenientemente también su hijo Canaán se interpreta como "Movimiento de ellos": lo cual, ¿qué otra cosa es sino la obra de ellos? Pero Sem y Jafet, como la circuncisión y el prepucio, o como de otro modo los llama el Apóstol, judíos y griegos, pero llamados y justificados, habiendo conocido de cualquier modo la desnudez del padre, por la cual se significaba la pasión del Salvador, tomando una vestidura, la pusieron sobre sus espaldas y entraron de espaldas y cubrieron la desnudez de su padre, y no vieron lo que cubrieron con reverencia (Gén. IX, 23). Pues en cierto modo en la pasión de Cristo honramos lo que se hizo por nosotros y aborrecemos el crimen de los judíos. La vestidura significa el sacramento; las espaldas, la memoria de las cosas pasadas: porque la Iglesia celebra la pasión de Cristo como ya transcurrida en aquel tiempo en que Jafet habita en las casas de Sem y el hermano malo en medio de ellos, y no la contempla todavía como futura.

Sed malus frater in filio suo, hoc est in opere suo, puer, id est servus, est fratrum bonorum, cum vel ad exercitationem patientiae, vel ad profectum sapientiae scienter utuntur malis boni. Sunt enim, teste Apostolo, qui Christum annuntiant non caste: Sed sive occasione, inquit, sive veritate Christus annuntietur, in hoc gaudeo, sed et gaudebo (Philipp. I, 18). Ipse quippe plantavit vineam, de qua dicit Propheta, Vinea Domini Sabaoth domus Israel est (Isai. V. 7): et bibit de vino ejus: sive ille calix hic intelligatur, de quo dicit, Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum (Matth. XX, 22)? et, Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste (Id. XXVI, 39); quo suam sine dubio significat passionem: sive quia vinum fructus est vineae, hoc potius illo sit significatum, quod ex ipsa vinea, hoc est ex genere Israelitarum, carnem pro nobis et sanguinem, ut pati posset, assumpsit: Et inebriatus est, id est, passus est: Et nudatus est (Gen. IX, 21); ibi namque nudata est, id est apparuit ejus infirmitas, de qua dicit Apostolus, Etsi crucifixus est ex infirmitate (II Cor. XIII, 4). Unde idem dicit, Infirmum Dei fortius est hominibus, et stultum Dei sapientius est hominibus (I Cor. I, 25). Quod vero cum dictum esset, Et nudatus est; addidit Scriptura, in domo sua: eleganter ostendit, quod a suae carnis gente et domesticis sanguinis sui, utique Judaeis, fuerat crucem mortemque passurus. Hanc passionem Christi foris in sono tantum vocis reprobi annuntiant: non enim quod annuntiant, intelligunt. Probi autem in interiore homine habent tam grande mysterium, atque honorant intus in corde infirmum et stultum Dei, quod fortius et sapientius est hominibus. Hujus rei figura est, quod Cham exiens hoc nuntiavit foris; Sem vero et Japheth, ut hoc velarent, id est honorarent, ingressi sunt, hoc est, interius id egerunt.

Haec Scripturae secreta divinae indagamus, ut possumus, alius alio magis minusve congruenter, verumtamen fideliter certum tenentes, non ea sine aliqua praefiguratione futurorum gesta atque conscripta, neque nisi ad Christum et ejus Ecclesiam, quae civitas Dei est, esse referenda: cujus ab initio generis humani non defuit praedicatio, quam per omnia videmus impleri. Benedictis igitur duobus filiis Noe, atque uno in medio eorum maledicto, deinceps usque ad Abraham de justorum aliquorum, qui pie Deum colerent, commemoratione silitum est per annos amplius quam mille. Nec eos defuisse crediderim: sed si omnes commemorarentur, nimis longum fieret; et haec esset magis historica diligentia, quam prophetica providentia. Illa itaque exsequitur Litterarum sacrarum scriptor istarum, vel potius per eum Dei Spiritus, quibus non solum narrentur praeterita, verum etiam praenuntientur futura, quae tamen pertinent ad civitatem Dei: quia et de hominum qui non sunt cives ejus, quidquid hic dicitur, ad hoc dicitur, ut illa ex comparatione contraria vel proficiat, vel emineat.

Pero el hermano malo en su hijo, esto es, en su obra, es niño, esto es, siervo de los hermanos buenos, cuando tanto para el ejercicio de la paciencia como para el provecho de la sabiduría, los buenos usan sabiamente de los malos. Pues hay, según atestigua el Apóstol, quienes anuncian a Cristo no castamente: "Pero ya sea por ocasión", dice, "ya sea por verdad, que Cristo sea anunciado, en esto me gozo, y aun me gozaré" (Filip. I, 18). Él mismo ciertamente plantó la viña, de la cual dice el Profeta: "La viña del Señor de los Ejércitos es la casa de Israel" (Isa. V, 7): y bebió de su vino: ya sea que aquí se entienda aquel cáliz del que dice: "¿Podéis beber el cáliz que yo he de beber?" (Mat. XX, 22)? y: "Padre, si es posible, pase de mí este cáliz" (Id. XXVI, 39); con lo cual significa sin duda su pasión: o ya sea porque el vino es fruto de la viña, se signifique más bien por aquello que de esa misma viña, esto es, del género de los israelitas, asumió para nosotros carne y sangre para poder padecer: "Y se embriagó", esto es, padeció: "Y se desnudó" (Gén. IX, 21); pues allí fue desnudada, esto es, apareció su flaqueza, de la cual dice el Apóstol: "Aunque fue crucificado por flaqueza" (II Cor. XIII, 4). De donde el mismo dice: "Lo flaco de Dios es más fuerte que los hombres, y lo necio de Dios es más sabio que los hombres" (I Cor. I, 25). Pero el que, habiéndose dicho: "Y se desnudó", añadiera la Escritura: "en su casa", muestra elegantemente que había de padecer la cruz y la muerte por parte de la gente de su propia carne y los domésticos de su sangre, a saber, los judíos. Esta pasión de Cristo los réprobos la anuncian fuera sólo con el sonido de la voz: pues no entienden lo que anuncian. Los buenos, en cambio, tienen en el hombre interior tan grande misterio, y honran dentro en el corazón lo flaco y lo necio de Dios, que es más fuerte y sabio que los hombres. Figura de esto es que Cam, saliendo, anunció esto fuera; pero Sem y Jafet, para velar esto, esto es, para honrarlo, entraron, esto es, lo realizaron interiormente.

Indagamos estos secretos de la divina Escritura como podemos, uno más o menos congruentemente que otro, pero manteniendo fielmente por cierto que aquellas cosas no fueron gestadas y escritas sin alguna prefiguración de cosas futuras, ni han de referirse sino a Cristo y a su Iglesia, que es la ciudad de Dios: de la cual desde el principio del género humano no faltó la predicación, que vemos cumplirse en todo. Benditos, pues, los dos hijos de Noé, y maldito uno en medio de ellos, de aquí en adelante hasta Abraham se guarda silencio sobre la conmemoración de algunos justos que adoraran piadosamente a Dios por espacio de más de mil años. No creería yo que faltaran: pero si se conmemoraran todos, se haría demasiado largo; y esto sería más diligencia histórica que providencia profética. Aquellas cosas, pues, prosigue el escritor de estas sagradas Letras, o más bien a través de él el Espíritu de Dios, por las cuales no sólo se narren cosas pasadas, sino que también se preanuncien las futuras, las cuales sin embargo pertenecen a la ciudad de Dios: porque también de los hombres que no son ciudadanos de ella, cualquier cosa que se diga aquí, se dice para esto, para que aquélla, por la comparación contraria, o aproveche o sobresalga.

Non sane omnia quae gesta narrantur, aliquid etiam significare putanda sunt: sed propter illa quae aliquid significant, etiam ea quae nihil significant attexuntur. Solo enim vomere terra proscinditur; sed ut hoc fieri possit, etiam caetera aratri membra sunt necessaria: et soli nervi in citharis atque hujusmodi vasis musicis aptantur ad cantum; sed ut aptari possint, insunt et caetera in compagibus organorum, quae non percutiuntur a canentibus, sed ea quae percussa resonant, his connectuntur. Ita in prophetica historia dicuntur et aliqua quae nihil significant, sed quibus adhaereant quae significant, et quodammodo religentur.

Caput III.

De generationibus trium filiorum Noe.

1. Generationes ergo filiorum Noe deinceps intuendae, et quod de his dicendum videtur, attexendum est huic operi, quo civitatis utriusque, terrenae scilicet et coelestis, per tempora procursus ostenditur. Coeptae sunt autem commemorari a minimo filio, qui vocatus est Japheth; cujus filii octo nominati sunt; nepotes autem septem de duobus filiis ejus, tres ex uno, quatuor ex altero: fiunt itaque omnes quindecim. Filii autem Cham, hoc est medii filii Noe, quatuor, et nepotes quinque ex uno ejus filio, pronepotes duo ex nepote uno: fit eorum summa undecim. Quibus enumeratis, reditur tanquam ad caput, et dicitur: Chus autem genuit Nebroth: hic coepit esse gigas super terram. Hic erat gigas venator contra Dominum Deum. Propter hoc dicunt: Sicut Nebroth gigas venator contra Dominum. Et factum est initium regni ejus Babylon, Orech, Archad, et Chalanne in terra Sennaar. De terra illa exiit Assur, et aedificavit Niniven et Robooth civitatem, et Chalach, et Dasem inter medium Ninives et Chalach: haec civitas magna. Iste porro Chus pater gigantis Nebroth primus nominatus est in filiis Cham, cujus quinque filii jam fuerant computati, et nepotes duo. Sed istum gigantem aut post nepotes suos natos genuit; aut, quod est credibilius, seorsum de illo propter ejus eminentiam Scriptura locuta est; quandoquidem et regnum ejus commemoratum est, cujus initium erat illa nobilissima Babylon civitas, et quae juxta commemoratae sunt, sive civitates, sive regiones.

No ciertamente todo lo que se narra como gestado ha de pensarse que también significa algo: sino que por causa de aquellas cosas que significan algo, se entretejen también las que nada significan. Pues sólo con la reja se surca la tierra; pero para que esto pueda hacerse, también son necesarios los demás miembros del arado: y sólo las cuerdas en las cítaras y en esta clase de instrumentos musicales se adaptan para el canto; pero para que puedan adaptarse, existen también otras cosas en la estructura de los instrumentos que no son pulsadas por los que cantan, sino que aquello que al ser pulsado resuena, se conecta a éstas. Así, en la historia profética se dicen también algunas cosas que nada significan, sino para que a ellas se adhieran las que significan y en cierto modo se aten.

Capítulo III.

Sobre las generaciones de los tres hijos de Noé.

1. Por tanto, han de considerarse a continuación las generaciones de los hijos de Noé, y lo que parece que debe decirse sobre ellas ha de entretejerse en esta obra, por la cual se muestra el progreso de ambas ciudades, a saber, la terrena y la celestial, a través de los tiempos. Pero comenzaron a conmemorarse desde el hijo menor, que se llamó Jafet; cuyos hijos nombrados son ocho; pero los nietos siete de dos de sus hijos, tres de uno y cuatro del otro: así resultan todos quince. Mas los hijos de Cam, esto es, del hijo medio de Noé, fueron cuatro, y los nietos cinco de uno de sus hijos, y los bisnietos dos de un nieto: su suma resulta once. Enumerados éstos, se vuelve como al principio, y se dice: "Cus engendró a Nemrod: este comenzó a ser gigante sobre la tierra. Este era gigante cazador contra el Señor Dios. Por esto dicen: Como Nemrod, gigante cazador contra el Señor. Y fue el principio de su reino Babilonia, Erec, Acad y Calne en la tierra de Sennaar. De aquella tierra salió Asur, y edificó Nínive y la ciudad de Rehobot, y Calaj y Resen entre Nínive y Calaj: esta es una ciudad grande". Además, este Cus, padre del gigante Nemrod, fue nombrado el primero entre los hijos de Cam, cuyos cinco hijos ya habían sido computados, y dos nietos. Pero a este gigante lo engendró o bien después de nacidos sus nietos; o bien, lo que es más creíble, la Escritura habló de él por separado a causa de su eminencia; puesto que también se conmemoró su reino, cuyo principio era aquella nobilísima ciudad de Babilonia, y las que se conmemoran junto a ella, ya sean ciudades o regiones.

Quod vero dictum est, de terra illa, id est de terra Sennaar, quae pertinebat ad regnum Nebroth, exisse Assur, et aedificasse Niniven, et alias quas contexuit civitates, longe postea factum est, quod ex hac occasione perstrinxit, propter nobilitatem regni Assyriorum, quod mirabiliter dilatavit Ninus, Beli filius, conditor Ninivae civitatis magnae: cujus civitatis nomen ex illius nomine derivatum est, ut a Nino Ninive vocaretur. Assur autem, unde Assyrii, non fuit in filiis Cham medii filii Noe, sed in filiis Sem reperitur, qui fuit Noe maximus filius. Unde apparet de progenie Sem exortos fuisse qui postea regnum gigantis illius obtinerent, et inde procederent, atque alias conderent civitates, quarum prima est a Nino appellata Ninive. Hinc reditur ad alium filium Cham, qui vocabatur Mesraim, et commemorantur quos genuit; non tanquam singuli homines, sed nationes septem. Et de sexta, velut de sexto filio, gens commemoratur exiisse, quae appellatur Philistiim; unde fiunt octo. Inde iterum ad Chanaan reditur, in quo filio maledictus est Cham; et quos genuit undecim nominantur. Deinde usque ad quos fines pervenerint, commemoratis quibusdam civitatibus, dicitur. Ac per hoc, filiis nepotibusque computatis, de progenie Cham triginta unus geniti referuntur.

2. Restat commemorare filios Sem, maximi filii Noe: ad eum quippe gradatim generationum istarum pervenit a minimo exorta narratio. Sed unde incipiunt commemorari filii Sem, habet quiddam obscuritatis, quod expositione illustrandum est: quia et multum ad rem pertinet, quam requirimus. Sic enim legitur: Et Sem natus est etiam ipsi patri omnium filiorum Heber, fratri Japheth majori. Ordo verborum est: Et Sem natus est Heber, etiam ipsi, id est ipsi Sem, natus est Heber, qui Sem pater est omnium filiorum suorum. Sem ergo patriarcham intelligi voluit omnium qui de stirpe ejus exorti sunt, quos commemoraturus est, sive sint filii, sive nepotes sive pronepotes, et deinceps indidem exorti. Non sane istum Heber genuit Sem: sed ab illo quintus in progenitorum serie reperitur. Sem quippe inter alios filios genuit Arphaxat, Arphaxat genuit Cainan, Cainan genuit Sala, Sala genuit Heber. Non utique frustra ipse primus est nominatus in progenie veniente de Sem, et praelatus etiam filiis, cum sit quintus nepos; nisi quia verum est quod traditur, ex illo Heber esse cognominatos, tanquam Hebraeos: cum et alia possit esse opinio, ut ex Abraham tanquam Abrahaei dicti esse videantur. Sed nimirum hoc verum est, quod ex Heber Heberaei appellati sunt; ac deinde, una detracta littera, Hebraei: quam linguam hebraicam solus Israel populus potuit obtinere, in quo Dei civitas et in sanctis peregrinata est, et in omnibus sacramento adumbrata.

Pero lo que se dijo, que de aquella tierra, esto es, de la tierra de Sennaar, que pertenecía al reino de Nemrod, salió Asur y edificó Nínive y las otras ciudades que añadió, se hizo mucho después, lo cual tocó en esta ocasión por la nobleza del reino de los asirios, que dilató maravillosamente Nino, hijo de Belo, fundador de la gran ciudad de Nínive: de cuyo nombre se derivó el nombre de la ciudad, para que de Nino se llamara Nínive. Pero Asur, de donde proceden los asirios, no estuvo entre los hijos de Cam, el hijo medio de Noé, sino que se encuentra entre los hijos de Sem, que fue el hijo mayor de Noé. De donde aparece que de la progenie de Sem surgieron quienes después obtendrían el reino de aquel gigante, y de allí procederían y fundarían otras ciudades, la primera de las cuales fue llamada Nínive por Nino. De aquí se vuelve a otro hijo de Cam, que se llamaba Mesraim, y se conmemoran los que engendró; no como hombres individuales, sino como siete naciones. Y de la sexta, como de un sexto hijo, se conmemora que salió una nación que se llama los filisteos; de donde resultan ocho. De allí se vuelve otra vez a Canaán, en cuyo hijo fue maldito Cam; y se nombran once que engendró. Luego se dice hasta qué términos llegaron, conmemoradas ciertas ciudades. Y por esto, computados hijos y nietos, se refieren treinta y uno nacidos de la progenie de Cam.

2. Resta conmemorar a los hijos de Sem, el hijo mayor de Noé: pues hasta él llega gradualmente la narración de esas generaciones, habiendo surgido desde el menor. Pero donde comienzan a conmemorarse los hijos de Sem, hay algo de oscuridad que ha de aclararse con la exposición: porque también pertenece mucho al asunto que investigamos. Pues así se lee: "Y le nació también a Sem el padre de todos los hijos de Heber, hermano mayor de Jafet". El orden de las palabras es: "Y le nació a Sem Heber, también a él mismo, esto es, al mismo Sem, le nació Heber, el cual Sem es padre de todos sus hijos". Quiso, pues, que Sem fuera entendido como el patriarca de todos los que surgieron de su estirpe, a los cuales ha de conmemorar, ya sean hijos, o nietos, o bisnietos, y de ahí en adelante surgidos de la misma fuente. Ciertamente Sem no engendró a este Heber: sino que se encuentra como el quinto en la serie de progenitores desde él. Pues Sem, entre otros hijos, engendró a Arfaxad, Arfaxad engendró a Cainán, Cainán engendró a Sala, Sala engendró a Heber. No ciertamente en vano fue él mismo nombrado el primero en la progenie que venía de Sem, y preferido incluso a los hijos, siendo el quinto nieto; a no ser porque es verdad lo que se transmite, que de aquel Heber fueron denominados los hebreos, como si fuesen heberitas: aunque también pueda haber otra opinión, como la de que parezcan ser llamados hebreos por Abraham, como si se dijeran abraheos. Pero sin duda esto es verdad, que de Heber fueron llamados heberitas; y luego, quitada una letra, hebreos: cuya lengua hebrea solo el pueblo de Israel pudo conservar, en el cual la ciudad de Dios peregrinó en los santos y fue prefigurada en todo por un sacramento.

Igitur filii Sem prius sex nominantur, deinde ex uno eorum nati sunt quatuor nepotes ejus: itemque alter filiorum Sem genuit ejus nepotem, atque ex illo itidem pronepos natus est, atque inde abnepos, qui est Heber. Genuit autem Heber duos filios, quorum unum appellavit Phalech, quod interpretatur Dividens. Deinde Scriptura subjungens, rationemque hujus nominis reddens, Quia in diebus, inquit, ejus divisa est terra. Hoc autem quid sit, postea apparebit. Alius vero qui natus est ex Heber, genuit duodecim filios: ac per hoc fiunt omnes progeniti de Sem viginti septem. In summa igitur omnes progeniti de tribus filiis Noe, id est, quindecim de Japheth, et triginta unus de Cham, viginti septem de Sem, fiunt septuaginta tres. Deinde sequitur Scriptura dicens: Hi filii Sem in tribubus suis secundum linguas suas, in regionibus suis et in gentibus suis. Itemque de omnibus: Hae, inquit, tribus filiorum Noe secundum generationes eorum, et secundum gentes eorum. Ab his dispersae sunt insulae gentium super terram post diluvium. Unde colligitur septuaginta tres, vel potius (quod postea demonstrabitur) septuaginta duae gentes tunc fuisse, non homines. Nam et prius cum fuissent commemorati filii Japheth, ita conclusum est: Ex his segregatae sunt insulae gentium in terra sua, unusquisque secundum linguam suam in tribubus suis et in gentibus suis.

3. Jam vero in filiis Cham quodam loco apertius gentes commemoratae sunt, sicut superius ostendi. Mesraim genuit eos qui dicuntur Ludiim: et eodem modo caeterae usque ad septem gentes. Et enumeratis omnibus, postea concludens: Hi filii Cham, inquit, in tribubus suis, secundum linguas suas in regionibus suis, et in gentibus suis (Gen. X). Propterea ergo multorum filii non sunt commemorati, quia gentibus aliis nascendo accesserunt, ipsi autem gentes facere nequiverunt. Nam qua alia causa, cum filii Japheth octo enumerentur, ex duobus eorum tantum filii nati commemorantur; et cum filii Cham quatuor nominentur, ex tribus tantum qui nati sunt adjiciuntur; et cum filii Sem nominentur sex, duorum tantum posteritas attexitur? numquid caeteri sine filiis remanserunt? Absit hoc credere: sed gentes propter quas commemorari digni essent, non utique fecerunt; quia sicut nascebantur, aliis gentibus addebantur.

Caput IV.

De diversitate linguarum, principioque Babylonis.

Cum ergo in suis linguis istae gentes fuisse referantur, redit tamen narrator ad illud tempus; quando una lingua omnium fuit, et inde jam exponit quid acciderit, ut linguarum diversitas nasceretur. Et erat, inquit, omnis terra labium unum, et vox una omnibus. Et factum est, cum moverent ipsi ab Oriente, invenerunt campum in terra Sennaar, et habitaverunt ibi. Et dixit homo proximo suo: Venite, faciamus lateres, et coquamus illos igni.

Por tanto, se nombran primero seis hijos de Sem, luego de uno de ellos nacieron cuatro nietos suyos: e igualmente otro de los hijos de Sem engendró a su nieto, y de aquel nació asimismo un bisnieto, y de allí un tataranieto, que es Heber. Engendró, pues, Heber dos hijos, a uno de los cuales llamó Falec, que se interpreta como Divisor. Luego la Escritura, subyugando y dando la razón de este nombre, dice: "Porque en sus días se dividió la tierra". Pero qué sea esto, aparecerá después. Mas otro que nació de Heber engendró doce hijos: y por esto resultan todos los nacidos de Sem veintisiete. En suma, pues, todos los nacidos de los tres hijos de Noé, esto es, quince de Jafet, treinta y uno de Cam y veintisiete de Sem, resultan setenta y tres. Luego sigue la Escritura diciendo: "Estos son los hijos de Sem en sus tribus según sus lenguas, en sus regiones y en sus naciones". E igualmente sobre todos: "Estas", dice, "son las tribus de los hijos de Noé según sus generaciones y según sus naciones. De estos se dispersaron las islas de las naciones sobre la tierra después del diluvio". De donde se colige que entonces hubo setenta y tres, o más bien (como se demostrará después) setenta y dos naciones, no hombres. Pues también antes, habiendo sido conmemorados los hijos de Jafet, así se concluyó: "De estos se segregaron las islas de las naciones en su tierra, cada uno según su lengua en sus tribus y en sus naciones".

3. Ya en los hijos de Cam, en cierto lugar, se conmemoraron más abiertamente las naciones, como mostré arriba. "Mesraim engendró a los que se llaman ludim": y del mismo modo las demás hasta siete naciones. Y enumeradas todas, concluyendo después, dice: "Estos son los hijos de Cam en sus tribus, según sus lenguas en sus regiones y en sus naciones" (Gén. X). Por tanto, no se conmemoraron los hijos de muchos por esta causa: porque al nacer se añadieron a otras naciones, pero ellos mismos no pudieron formar naciones. ¿Pues, por qué otra causa, cuando se enumeran ocho hijos de Jafet, se conmemoran hijos nacidos de solo dos de ellos; y cuando se nombran cuatro hijos de Cam, se añaden solo los que nacieron de tres; y cuando se nombran seis hijos de Sem, se entreteje la posteridad de solo dos? ¿Acaso los demás permanecieron sin hijos? Lejos de nosotros creer esto: sino que no formaron naciones por las cuales fuesen dignos de ser conmemorados; porque según nacían, se añadían a otras naciones.

Capítulo IV.

Sobre la diversidad de lenguas y el principio de Babilonia.

Puesto que se refiere que estas naciones existieron en sus propias lenguas, el narrador vuelve, sin embargo, a aquel tiempo en que hubo una sola lengua para todos, y de ahí expone ya lo que sucedió para que naciera la diversidad de lenguas. "Y era", dice, "toda la tierra un solo labio y una sola voz para todos. Y sucedió que, al desplazarse ellos desde el Oriente, hallaron un campo en la tierra de Sennaar y habitaron allí. Y dijo el hombre a su prójimo: Venid, hagamos ladrillos y cozámoslos al fuego.

Et facti sunt illis lateres in lapidem, et bitumen erat illis lutum: et dixerunt, Venite, et aedificemus nobismetipsis civitatem, et turrem cujus caput erit usque ad coelum, et faciamus nobis nomen, antequam dispergamur in faciem omnis terrae. Et descendit Dominus videre civitatem et turrem, quam aedificaverunt filii hominum. Et dixit Dominus Deus: Ecce genus unum, et labium unum omnium; et hoc inchoaverunt facere, et nunc non deficient ex illis omnia quae conati fuerint facere: venite, et descendentes confundamus ibi linguam eorum, ut non audiant unusquisque vocem proximi sui. Et dispersit eos Dominus inde super faciem omnis terrae, et cessaverunt aedificantes civitatem et turrem. Propter hoc appellatum est nomen illius Confusio; quia ibi confudit Dominus labia omnis terrae: et inde dispersit illos Dominus Deus super faciem omnis terrae (Gen. XI, 1-9). Ista civitas quae appellata est Confusio, ipsa est Babylon, cujus mirabilem constructionem Gentium etiam commendat historia. Babylon quippe interpretatur Confusio. Unde colligitur gigantem illum Nebroth fuisse illius conditorem, quod superius breviter fuerat intimatum, ubi cum de illo Scriptura loqueretur, ait initium regni ejus fuisse Babylonem, id est, quae civitatum caeterarum gereret principatum, ubi esset tanquam in metropoli habitaculum regni: quamvis perfecta non fuerit usque in tantum modum, quantum superba cogitabat impietas. Nam nimia disponebatur altitudo, quae dicta est usque in coelum, sive unius turris ejus, quam praecipuam moliebantur inter alias; sive omnium turrium, quae per numerum singularem ita significatae sunt, ut dicitur miles, et intelliguntur millia militum: ut rana, ut locusta; sic enim appellata est multitudo ranarum ac locustarum in plagis, quibus Aegyptii percussi sunt per Moysen (Exod. X, 4, et alibi; Psal. LXXVII, 45). Quid autem factura fuerat humana et vana praesumptio? Cujuslibet et quantumlibet in coelum adversus Deum altitudinem molis extolleret, quando montes transcenderet universos? quando spatium nebulosi aeris hujus evaderet? Quid denique noceret Deo quantacumque vel spiritualis, vel corporalis elatio? Tutam veramque in coelum viam molitur humilitas, sursum levans cor ad Dominum, non contra Dominum: sicut dictus est gigas iste venator contra Dominum (Gen. X, 9). Quod non intelligentes nonnulli, ambiguo graeco decepti sunt, ut non interpretarentur contra Dominum, sed ante Dominum: *ἐναντιον* quippe et ante et contra significat.

Y se les convirtieron los ladrillos en piedra, y el betún les servía de mezcla: y dijeron: Venid y edifiquémonos una ciudad y una torre cuya cúspide llegue hasta el cielo, y hagámonos un nombre antes de que seamos dispersados por la faz de toda la tierra. Y descendió el Señor a ver la ciudad y la torre que edificaron los hijos de los hombres. Y dijo el Señor Dios: He aquí un solo género y un solo labio para todos; y esto han comenzado a hacer, y ahora no les faltará nada de lo que hayan intentado hacer: venid y, descendiendo, confundamos allí su lengua para que no oiga cada uno la voz de su prójimo. Los dispersó el Señor de allí sobre la faz de toda la tierra, y cesaron de edificar la ciudad y la torre. Por esto fue llamado su nombre Confusión; porque allí confundió el Señor los labios de toda la tierra: y de allí los dispersó el Señor Dios sobre la faz de toda la tierra" (Gén. XI, 1-9). Esta ciudad que fue llamada Confusión es la misma Babilonia, cuya admirable construcción encomia también la historia de las Gentes. Pues Babilonia se interpreta como Confusión. De donde se colige que aquel gigante Nemrod fue su fundador, lo cual se había insinuado brevemente arriba donde, al hablar de él la Escritura, dijo que el principio de su reino fue Babilonia, esto es, la que ostentara el principado sobre las demás ciudades, donde estuviera como en una metrópoli la morada del reino: aunque no fuera perfeccionada hasta tal grado como pensaba la soberbia impiedad. Pues se disponía una altura excesiva, que se decía que llegaba hasta el cielo, ya fuera de una sola torre suya, que construían como principal entre las otras, o bien de todas las torres, que por el número singular fueron así significadas, como se dice el soldado y se entienden miles de soldados: como la rana, como la langosta; pues así fue llamada la multitud de ranas y langostas en las plagas con que fueron heridos los egipcios por medio de Moisés (Éx. X, 4, y en otros lugares; Sal. LXXVII, 45). Pero, ¿qué iba a hacer la humana y vana presunción? Por mucho que elevara la altura de una mole hacia el cielo contra Dios, ¿cuándo trascendería todos los montes? ¿Cuándo escaparía del espacio de este aire nebuloso? En fin, ¿qué dañaría a Dios cualquier elación, ya fuera espiritual o corporal? La humildad edifica un camino seguro y verdadero hacia el cielo, levantando el corazón hacia arriba, hacia el Señor, no contra el Señor: tal como fue llamado este gigante "cazador contra el Señor" (Gén. X, 9). Lo cual, no entendiéndolo algunos, fueron engañados por el ambiguo griego, de modo que no interpretaron "contra el Señor", sino "ante el Señor": pues ἐναντιον significa tanto "ante" como "contra".

Hoc enim verbum est in Psalmo: Et ploremus ante Dominum, qui fecit nos (Psal. XCIV, 6). Et hoc verbum est etiam in libro Job, ubi scriptum est, In furorem erupisti contra Dominum (Job. XV, 13, sec. LXX). Sic ergo intelligendus est gigas iste venator contra Dominum. Quid autem hic significatur hoc nomine, quod est venator, nisi animalium terrigenarum deceptor, oppressor, exstinctor? Erigebat ergo cum suis populis turrem contra Dominum, qua est impia significata superbia. Merito autem malus punitur affectus, etiam cui non succedit effectus. Genus vero ipsum poenae quale fuit? Quoniam dominatio imperantis in lingua est, ibi damnata est superbia, ut non intelligeretur jubens homini, qui noluit intelligere ut obediret Deo jubenti. Sic illa conspiratio dissoluta est, cum quisque ab eo quem non intelligebat, abscederet, nec se nisi ei, cum quo loqui poterat, aggregaret: et per linguas divisae sunt gentes, dispersaeque per terras, sicut Deo placuit, qui hoc modis occultis nobisque incomprehensibilibus fecit.

Caput V.

De descensione Domini ad confundendam linguam aedificantium turrem.

Quod enim scriptum est, Et descendit Dominus videre civitatem et turrem, quam aedificaverunt filii hominum; hoc est, non filii Dei, sed illa societas secundum hominem vivens, quam terrenam dicimus civitatem: non loco movetur Deus, qui semper ubique est totus; sed descendere dicitur, cum aliquid facit in terra, quod praeter usitatum naturae cursum mirabiliter factum, praesentiam quodammodo ejus ostendat: nec videndo discit ad tempus, qui nunquam potest aliquid ignorare; sed ad tempus videre et cognoscere dicitur, quod videri et cognosci facit. Non sic ergo videbatur illa civitas, quomodo eam Deus videri fecit, quando sibi quantum displiceret ostendit. Quamvis possit intelligi Deus ad illam civitatem descendisse, quia descenderunt Angeli ejus in quibus habitat; ut quod adjunctum est, Et dixit Dominus Deus, Ecce genus unum, et labium unum omnium, et caetera; ac deinde additum, Venite, et descendentes confundamus ibi linguam eorum (Gen. XI, 5-7); recapitulatio sit, demonstrans quemadmodum factum sit, quod dictum fuerat, Descendit Dominus. Si enim jam descenderat, quid sibi vult, Venite, et descendentes confundamus (quod intelligitur Angelis dictum), nisi quia per Angelos descendebat, qui in Angelis descendentibus erat? Et bene non ait, Venite, et descendentes confundite: sed, Confundamus ibi linguam eorum; ostendens ita se operari per ministros suos, ut sint etiam ipsi cooperatores Dei: sicut Apostolus dicit, Dei enim sumus cooperarii (I Cor. III, 9).

Pues esta palabra está en el Salmo: "Y lloremos ante el Señor que nos hizo" (Sal. XCIV, 6). Y esta palabra está también en el libro de Job, donde está escrito: "En furor estallaste contra el Señor" (Job XV, 13, según los LXX). Así, pues, ha de entenderse este gigante como "cazador contra el Señor". Pero, ¿qué se significa aquí con este nombre, que es "cazador", sino el engañador, opresor y extintor de los animales nacidos de la tierra? Erigía, pues, con sus pueblos una torre contra el Señor, con la cual se significó la impía soberbia. Con razón, pues, se castiga el mal afecto, incluso aquel al que no sucede el efecto. Mas, ¿qué clase de castigo fue el género mismo? Puesto que el dominio del que manda está en la lengua, allí fue condenada la soberbia, para que no fuera entendido el que mandaba al hombre, porque no quiso entender para obedecer a Dios que manda. Así se disolvió aquella conspiración, al apartarse cada uno de aquel a quien no entendía, ni se unía sino a aquel con quien podía hablar: y por las lenguas fueron divididas las naciones y dispersadas por las tierras, según plugo a Dios, quien hizo esto de modos ocultos e incomprensibles para nosotros.

Capítulo V.

Sobre el descenso del Señor para confundir la lengua de los que edificaban la torre.

Porque aquello que está escrito: "Y descendió el Señor a ver la ciudad y la torre que edificaron los hijos de los hombres"; esto es, no los hijos de Dios, sino aquella sociedad que vive según el hombre, a la que llamamos ciudad terrena: Dios no se mueve por lugar, pues siempre está todo en todas partes; sino que se dice que desciende cuando hace algo en la tierra que, hecho maravillosamente fuera del curso acostumbrado de la naturaleza, muestra en cierto modo su presencia: ni aprende viendo en el tiempo el que nunca puede ignorar nada; sino que se dice que ve y conoce en el tiempo aquello que hace que sea visto y conocido. No se veía, pues, aquella ciudad de tal modo como Dios hizo que se viera, cuando mostró cuánto le desagradaba. Aunque puede entenderse que Dios descendió a aquella ciudad porque descendieron sus ángeles en quienes habita; de modo que lo que se añade: "Y dijo el Señor Dios: He aquí un solo género y un solo labio para todos", etc.; y luego se añade: "Venid y, descendiendo, confundamos allí su lengua" (Gén. XI, 5-7); sea una recapitulación que demuestre de qué modo se hizo lo que se había dicho: "Descendió el Señor". Pues si ya había descendido, ¿qué quiere decir: "Venid y, descendiendo, confundamos" (lo cual se entiende dicho a los ángeles), sino porque descendía por medio de los ángeles el que estaba en los ángeles que descendían? Y bien dice, no: "Venid y, descendiendo, confundid"; sino: "Confundamos allí su lengua"; mostrando que de tal modo obra por sus ministros que sean también ellos mismos cooperadores de Dios: tal como dice el Apóstol: "Pues somos cooperadores de Dios" (I Cor. III, 9).

Caput VI.

Qualis intelligenda sit esse locutio, qua Deus Angelis loquitur.

1. Poterat et illud, quando factus est homo, de Angelis intelligi quod dictum est, Faciamus hominem, quia non dixit, Faciam: sed quia sequitur, ad imaginem nostram; nec fas est credere ad imaginem Angelorum hominem factum, aut eamdem esse imaginem Angelorum et Dei; ideo recte illic intelligitur pluralitas Trinitatis. Quae tamen Trinitas, quia unus est Deus, etiam cum dixisset, Faciamus: Et fecit, inquit, Deus hominem ad imaginem Dei (Gen. I, 26, 26): non dixit, Fecerunt dii, aut, ad imaginem deorum. Poterat et hic eadem intelligi Trinitas, tanquam Pater dixerit ad Filium et Spiritum sanctum, Venite, et descendentes confundamus ibi linguam eorum; si aliquid esset, quod Angelos prohiberet intelligi: quibus potius convenit venire ad Deum motibus sanctis, hoc est cogitationibus piis, quibus ab eis consulitur incommutabilis Veritas, tanquam lex aeterna in illa eorum curia superna. Neque enim sibi ipsi sunt veritas; sed creatricis participes Veritatis, ad illam moventur, tanquam ad fontem vitae, ut quod non habent ex se ipsis, capiant ex ipsa. Et eorum stabilis est iste motus, quo veniunt, qui non recedunt. Nec sic loquitur Angelis Deus, quomodo nos invicem nobis, vel Deo, vel Angelis, vel ipsi Angeli nobis, sive per illos Deus nobis; sed ineffabili suo modo, nobis autem hoc indicatur nostro modo. Dei quippe sublimior ante suum factum locutio, ipsius sui facti est immutabilis ratio, quae non habet sonum strepentem atque transeuntem, sed vim sempiterne manentem, et temporaliter operantem. Hac loquitur Angelis sanctis, nobis autem aliter longe positis. Quando autem etiam nos aliquid talis locutionis interioribus auribus capimus, Angelis propinquamus. Non itaque mihi assidue reddenda est ratio in hoc opere de locutionibus Dei. Aut enim Veritas incommutabilis per se ipsam ineffabiliter loquitur rationalis creaturae mentibus, aut per mutabilem creaturam loquitur, sive spiritualibus imaginibus nostro spiritui, sive corporalibus vocibus corporis sensui.

2. Illud sane quod dictum est, Et nunc non deficient ex illis omnia, quae conati fuerint facere (Id. XI, 6), non dictum est confirmando, sed tanquam interrogando, sicut solet a comminantibus dici, quemadmodum ait quidam, non arma expedient, totaque ex urbe sequentur? (Virgil., Aeneid. lib. 4, v. 592.) Sic ergo accipiendum est, tanquam dixerit, Nonne omnia deficient ex illis, quae conati fuerint facere? Sed si ita dicatur, non exprimit comminantem. Verum propter tardiusculos addidimus particulam, id est, Ne, ut diceremus, Nonne: quoniam vocem pronuntiantis scribere non possumus.

Capítulo VI.

Qué clase de locución ha de entenderse aquella por la que Dios habla a los ángeles.

1. Podía también aquello que se dijo cuando fue hecho el hombre: "Hagamos al hombre", entenderse de los ángeles, porque no dijo: "Haré"; pero como sigue: "a nuestra imagen", y no es lícito creer que el hombre fue hecho a imagen de los ángeles, o que sea la misma la imagen de los ángeles y la de Dios, por eso rectamente se entiende allí la pluralidad de la Trinidad. Cuya Trinidad, sin embargo, porque es un solo Dios, aun habiendo dicho "Hagamos", dice: "Y hizo Dios al hombre a imagen de Dios" (Gén. I, 26-27): no dijo: "Hicieron los dioses", o "a imagen de los dioses". Y aquí podría entenderse la misma Trinidad, como si el Padre dijera al Hijo y al Espíritu Santo: "Venid y, descendiendo, confundamos allí su lengua", si hubiera algo que prohibiera entender a los ángeles: a quienes más bien conviene venir a Dios por movimientos santos, esto es, por pensamientos piadosos, por los cuales es consultada por ellos la Verdad inconmutable, como ley eterna en aquella su corte celestial. Pues no son ellos mismos la verdad, sino partícipes de la Verdad creadora, hacia ella se mueven como hacia la fuente de la vida, para que lo que no tienen de sí mismos lo reciban de ella. Y es estable este movimiento suyo por el que vienen los que no se alejan. Ni habla Dios a los ángeles como nosotros nos hablamos entre nosotros, o a Dios, o a los ángeles, o como los mismos ángeles nos hablan a nosotros, o Dios por medio de ellos a nosotros; sino a su modo inefable, aunque esto se nos indique a nosotros a nuestro modo. Pues la más sublime locución de Dios antes de su hecho es la razón inconmutable de su mismo hecho, que no tiene sonido estrepitoso y transitorio, sino una fuerza que permanece eternamente y opera temporalmente. Con esta habla a los ángeles santos, pero a nosotros, situados muy de otra manera. Mas cuando también nosotros captamos algo de tal locución con los oídos interiores, nos aproximamos a los ángeles. No he de dar, pues, asiduamente razón en esta obra sobre las locuciones de Dios. Porque, o bien la Verdad inconmutable habla por sí misma inefablemente a las mentes de la criatura racional, o habla a través de una criatura mudable, ya sea por imágenes espirituales a nuestro espíritu, ya por voces corporales al sentido del cuerpo.

2. Aquello ciertamente que se dijo: "Y ahora no les faltará nada de lo que hayan intentado hacer" (Id. XI, 6), no se dijo confirmando, sino como interrogando, tal como suele decirse por los que amenazan, según dice uno: "¿No prepararán las armas y le seguirán desde toda la ciudad?" (Virgilio, Eneida, lib. 4, v. 592). Así, pues, ha de tomarse como si hubiera dicho: "¿Acaso no les faltará todo lo que han intentado hacer?". Pero si se dice así, no expresa al que amenaza. Mas por causa de los más lentos añadimos la partícula, esto es, Ne, para que dijéramos Nonne [¿acaso no?], puesto que no podemos escribir la voz del que pronuncia.

Ex illis igitur tribus hominibus, Noe filiis, septuaginta tres, vel potius, ut ratio declaratura est, septuaginta duae gentes totidemque linguae per terras esse coeperunt, quae crescendo et insulas impleverunt. Auctus est autem numerus gentium multo amplius quam linguarum. Nam et in Africa barbaras gentes in una lingua plurimas novimus; et homines quidem, multiplicato genere humano, ad insulas inhabitandas navigio transire potuisse, quis ambigat?

Caput VII.

An omne bestiarum genus etiam remotissimae a terris insulae ex eo numero acceperint, qui in arca a diluvii inundatione servatus est.

Sed quaestio de omni genere bestiarum est, quae sub cura hominum non sunt, nec sicuti ranae nascuntur ex terra, sed sola commixtione maris et feminae propagantur, sicut lupi atque hujusmodi caetera, quomodo post diluvium, quo ea quae in arca non erant, cuncta deleta sunt, etiam in insulis esse potuerint, si reparata non sunt nisi ex his, quorum genera in utroque sexu arca servavit. Possunt quidem credi ad insulas natando transisse, sed proximas. Sunt autem quaedam tam longe positae a continentibus terris, ut ad eas nulla videatur natare potuisse bestiarum. Quod si homines eas captas secum advexerunt, et eo modo ubi habitabant earum genera instituerunt, venandi studio fieri potuisse incredibile non est: quamvis jussu Dei sive permissu etiam opere Angelorum negandum non sit potuisse transferri. Si vero e terra exortae sunt secundum originem primam, quando dixit Deus, Producat terra animam vivam (Gen. I, 24): multo clarius apparet, non tam reparandorum animalium causa, quam figurandarum variarum gentium propter Ecclesiae sacramentum in arca fuisse omnia genera, si in insulis, quo transire non possent, multa animalia terra produxit.

Caput VIII.

An ex propagine Adam vel filiorum Noe quaedam genera hominum monstrosa prodierint.

1. Quaeritur etiam, utrum ex filiis Noe, vel potius ex illo uno homine, unde etiam ipsi exstiterunt, propagata esse credendum sit quaedam monstrosa hominum genera, quae gentium narrat historia: sicut perhibentur quidam unum habere oculum in fronte media: quibusdam plantas versas esse post crura: quibusdam utriusque sexus esse naturam, et dextram mammam virilem, sinistram muliebrem, vicibusque alternis coeundo et gignere et parere: aliis ora non esse, eosque per nares tantummodo halitu vivere: alios statura esse cubitales, quos Pygmaeos a cubito Graeci vocant: alibi quinquennes concipere feminas, et octavum vitae annum non excedere.

De aquellos tres hombres, pues, hijos de Noé, setenta y tres, o más bien, como la razón ha de declarar, setenta y dos naciones y otras tantas lenguas empezaron a haber por las tierras, las cuales al crecer llenaron también las islas. Pero el número de las naciones aumentó mucho más que el de las lenguas. Pues también en África conocemos muchísimas naciones bárbaras en una sola lengua; y que los hombres, multiplicado el género humano, pudieron pasar en nave para habitar las islas, ¿quién lo dudaría?

Capítulo VII.

Si todo género de bestias, aun en las islas más remotas de las tierras, las recibió de aquel número que fue preservado en el arca de la inundación del diluvio.

Pero la cuestión es sobre todo género de bestias que no están bajo el cuidado de los hombres, ni nacen de la tierra como las ranas, sino que se propagan solo por la unión de macho y hembra, como los lobos y otras cosas de esta clase, cómo pudieron estar en las islas después del diluvio, por el cual fueron destruidas todas las cosas que no estaban en el arca, si no fueron restauradas sino de estas cuyos géneros preservó el arca en ambos sexos. Puede ciertamente creerse que pasaron a las islas nadando, pero a las próximas. Hay, sin embargo, algunas situadas tan lejos de las tierras continentales que ninguna de las bestias parece haber podido nadar hasta ellas. Mas si los hombres las llevaron capturadas consigo, y de ese modo instituyeron sus géneros donde habitaban, no es increíble que pudiera hacerse por el afán de la caza: aunque no ha de negarse que por mandato o permiso de Dios pudieron ser trasladadas también por obra de los Ángeles. Pero si surgieron de la tierra según su origen primero, cuando dijo Dios: "Produzca la tierra alma viviente" (Gén. I, 24): aparece mucho más claramente que no tanto por causa de restaurar los animales como por causa de figurar las diversas naciones por el sacramento de la Iglesia estuvieron todos los géneros en el arca, si la tierra produjo muchos animales en las islas adonde no pudieron pasar.

Capítulo VIII.

Si de la estirpe de Adán o de los hijos de Noé procedieron algunos géneros de hombres monstruosos.

1. Se pregunta también si de los hijos de Noé, o más bien de aquel único hombre de quien ellos mismos existieron, ha de creerse que se propagaron ciertos géneros de hombres monstruosos que narra la historia de las naciones: como se dice que algunos tienen un solo ojo en medio de la frente; otros tienen las plantas vueltas tras las piernas; otros tienen la naturaleza de ambos sexos, y la mama derecha viril, la izquierda femenina, y en turnos alternos de coito engendran y paren; otros no tienen boca y viven solo del aliento por las narices; otros son de estatura de un codo, a los que los griegos llaman pigmeos por el codo; en otro lugar las mujeres conciben a los cinco años y no pasan del octavo año de vida.

Item ferunt esse gentem, ubi singula crura in pedibus habent, nec poplitem flectunt, et sunt mirabilis celeritatis; quos Sciopodas vocant, quod per aestum in terra jacentes resupini umbra se pedum protegant: quosdam sine cervice oculos habentes in humeris: et caetera hominum, vel quasi hominum genera, quae in maritima platea Carthaginis musivo picta sunt, ex libris deprompta velut curiosioris historiae. Quid dicam de Cynocephalis, quorum canina capita atque ipse latratus magis bestias quam homines confitetur? Sed omnia genera hominum quae dicuntur esse, credere non est necesse. Verum quisquis uspiam nascitur homo, id est animal rationale mortale, quamlibet nostris inusitatam sensibus gerat corporis formam, seu colorem, sive motum, sive sonum, sive qualibet vi, qualibet parte, qualibet qualitate naturae, ex illo uno protoplasto originem ducere, nullus fidelium dubitaverit. Apparet tamen quid in pluribus natura obtinuerit, et quid sit ipsa raritate mirabile.

2. Qualis autem ratio redditur de monstrosis apud nos hominum partubus, talis de monstrosis quibusdam gentibus reddi potest. Deus enim creator est omnium, qui ubi et quando creari quid oporteat vel oportuerit, ipse novit, sciens universitatis pulchritunem quarum partium vel similitudine vel diversitate contexat. Sed qui totum inspicere non potest, tanquam deformitate partis offenditur; quoniam cui congruat, et quo referatur, ignorat. Pluribus quam quinis digitis in manibus et pedibus nasci homines, novimus; et haec levior est quam illa distantia: sed tamen absit ut quis ita desipiat, ut existimet in numero humanorum digitorum errasse Creatorem, quamvis nesciens cur hoc fecerit. Ita etsi major diversitas oriatur, scit ille quid egerit, cujus opera juste nemo reprehendit. Apud Hipponem-Diarrhytum est homo quasi lunatas habens plantas, et in eis binos tantummodo digitos, similes et manus. Si aliqua gens talis esset, illi curiosae atque mirabili adderetur historiae. Num igitur istum propter hoc negabimus ex uno illo, qui primus creatus est, esse propagatum? Androgyni, quos etiam Hermaphroditos nuncupant, quamvis admodum rari sint, difficile est tamen ut temporibus desint, in quibus sic uterque sexus apparet, ut ex quo potius debeant accipere nomen, incertum sit: a meliore tamen, hoc est a masculino, ut appellarentur, loquendi consuetudo praevaluit. Nam nemo unquam Androgynaecas aut Hermaphroditas nuncupavit. Ante annos aliquot, nostra certe memoria, in Oriente duplex homo natus est superioribus membris, inferioribus simplex: nam duo erant capita, duo pectora, quatuor manus; venter autem unus, et pedes duo, sicut uni homini; et tam diu vixit, ut multos ad eum videndum fama contraheret. Quis autem omnes commemorare possit humanos fetus longe dissimiles his ex quibus eos natos esse certissimum est?

Asimismo dicen que hay una nación donde tienen una sola pierna en sus pies, ni doblan la corva, y son de maravillosa celeridad; a los que llaman esciápodos, porque en el calor, yaciendo supinos en tierra, se protegen con la sombra de sus pies; algunos sin cuello, teniendo los ojos en los hombros; y otros géneros de hombres, o casi de hombres, que están pintados en mosaico en la plaza marítima de Cartago, tomados de libros como de una historia más curiosa. ¿Qué diré de los cinocéfalos, cuyas cabezas caninas y su mismo ladrido los confiesa más como bestias que como hombres? Pero no es necesario creer todos los géneros de hombres que se dicen existir. Mas quienquiera que nazca en cualquier parte como hombre, esto es, animal racional mortal, por muy inusitada forma de cuerpo que presente a nuestros sentidos, sea color, sea movimiento, sea sonido, o en cualquier fuerza, cualquier parte, cualquier cualidad de la naturaleza, ninguno de los fieles dudará que trae su origen de aquel único protoplasto. Aparece, sin embargo, qué ha obtenido la naturaleza en la mayoría y qué es admirable por su misma rareza.

2. Pero cual razón se da sobre los partos monstruosos entre nosotros, tal puede darse sobre ciertas naciones monstruosas. Pues Dios es el creador de todos, el cual sabe dónde y cuándo conviene o ha convenido que algo sea creado, conociendo con qué similitud o diversidad de partes teje la belleza del universo. Pero quien no puede inspeccionar el todo se ofende como por la deformidad de una parte; porque ignora con qué sea congruente y a qué se refiera. Sabemos que nacen hombres con más de cinco dedos en manos y pies; y esta distancia es más leve que aquella otra: pero lejos esté que alguien sea tan necio que piense que el Creador erró en el número de los dedos humanos, aunque ignore por qué hizo esto. Así, aunque surja una diversidad mayor, Él sabe lo que hizo, cuyas obras nadie reprende con justicia. En Hipona Diarito hay un hombre que tiene las plantas como lunadas, y en ellas solo dos dedos, y las manos similares. Si existiera alguna nación tal, se añadiría a esa historia curiosa y admirable. ¿Negaremos acaso a este, por esto, que fue propagado de aquel único que fue creado el primero? Los andróginos, a quienes también llaman hermafroditas, aunque son muy raros, es difícil sin embargo que falten en los tiempos, en los cuales de tal modo aparecen ambos sexos que es incierto de cuál de ellos deban más bien recibir el nombre: prevaleció, no obstante, la costumbre de hablar de que fuesen llamados por el mejor, esto es, por el masculino. Pues nadie llamó jamás *androgynaecas* o *hermaphroditas*. Hace algunos años, ciertamente en nuestra memoria, nació en Oriente un hombre doble en los miembros superiores, simple en los inferiores: pues había dos cabezas, dos pechos, cuatro manos; pero un solo vientre y dos pies, como para un solo hombre; y vivió tanto tiempo que la fama atrajo a muchos para verlo. ¿Pero quién podría conmemorar todos los fetos humanos muy disímiles a aquellos de quienes es certísimo que nacieron?

Sicut ergo haec ex illo uno negari non possunt originem ducere; ita quaecumque gentes in diversitatibus corporum ab usitato naturae cursu, quem plures et prope omnes tenent, velut exorbitasse traduntur, si definitione illa includuntur, ut rationalia animalia sint atque mortalia, ab eodem ipso uno primo patre omnium stirpem trahere confitendum est: si tamen vera sunt quae de illarum nationum varietate et tanta inter se atque nobiscum diversitate traduntur. Nam et simias, et cercopithecos, et sphingas, si nesciremus non homines esse, sed bestias, possent illi historici de sua curiositate gloriantes, velut gentes aliquas hominum nobis impunita vanitate mentiri. Sed si homines sunt, de quibus illa mira conscripta sunt; quid, si propterea Deus voluit etiam nonnullas gentes ita creare, ne in his monstris, quae apud nos patet ex hominibus nasci, ejus sapientiam, qua naturam fingit humanam, velut artem cujuspiam minus perfecti opificis, putaremus errasse? Non itaque nobis videri absurdum debet, ut quemadmodum in singulis quibusque gentibus quaedam monstra sunt hominum, ita in universo genere humano quaedam monstra sint gentium. Quapropter, ut istam quaestionem pedetentim cauteque concludam: aut illa, quae talia de quibusdam gentibus scripta sunt, omnino nulla sunt; aut si sunt, homines non sunt; aut ex Adam sunt, si homines sunt.

Caput IX.

An inferiorem partem terrae, quae nostrae habitationi contraria est, Antipodas habere credendum sit.

Quod vero et Antipodas esse fabulantur, id est, homines a contraria parte terrae, ubi sol oritur, quando occidit nobis, adversa pedibus nostris calcare vestigia, nulla ratione credendum est. Neque hoc ulla historica cognitione didicisse se affirmant, sed quasi ratiocinando conjectant, eo quod intra convexa coeli terra suspensa sit, eumdemque locum mundus habeat, et infimum, et medium: et ex hoc opinantur alteram terrae partem, quae infra est, habitatione hominum carere non posse. Nec attendunt, etiamsi figura conglobata et rotunda mundus esse credatur, sive aliqua ratione monstretur; non tamen esse consequens, ut etiam ex illa parte ab aquarum congerie nuda sit terra: deinde etiamsi nuda sit, neque hoc statim necesse esse, ut homines habeat. Quoniam nullo modo Scriptura ista mentitur, quae narratis praeteritis facit fidem, eo quod ejus praedicta complentur: nimisque absurdum est, ut dicatur aliquos homines ex hac in illam partem, Oceani immensitate trajecta, navigare ac pervenire potuisse, ut etiam illic ex uno illo primo homine genus institueretur humanum.

Como, por tanto, no puede negarse que estos traen su origen de aquel único; así cualesquiera naciones que en las diversidades de los cuerpos se transmite que han como exorbitado del curso acostumbrado de la naturaleza, el cual mantienen los más y casi todos, si se incluyen en aquella definición de que son animales racionales y mortales, ha de confesarse que traen su estirpe de ese mismo único primer padre de todos: si es que son verdad las cosas que se transmiten sobre la variedad de aquellas naciones y tanta diversidad entre sí y con nosotros. Pues también a los simios, y a los cercopitecos, y a las esfinges, si no supiéramos que no son hombres sino bestias, podrían aquellos historiadores, gloriándose de su curiosidad, mentirnos con impune vanidad como si fueran algunas naciones de hombres. Pero si son hombres de quienes se han escrito aquellas maravillas; ¿qué, si por esto quiso Dios también crear así algunas naciones, para que en estos monstruos que consta que nacen de hombres entre nosotros, no pensáramos que su sabiduría, con la cual forma la naturaleza humana, había errado como si fuera el arte de algún artífice menos perfecto? No debe, pues, parecernos absurdo que, así como en cada una de las naciones hay ciertos monstruos de hombres, así en todo el género humano haya ciertos monstruos de naciones. Por lo cual, para concluir esta cuestión paso a paso y con cautela: o bien aquellas cosas que se han escrito tales sobre algunas naciones no son absolutamente nada; o si son, no son hombres; o proceden de Adán, si son hombres.

Capítulo IX.

Si ha de creerse que la parte inferior de la tierra, que es contraria a nuestra habitación, tiene antípodas.

Pero lo que fabulan de que existen también antípodas, esto es, hombres en la parte contraria de la tierra, donde el sol sale cuando se pone para nosotros, que pisan con huellas opuestas a nuestros pies, por ninguna razón ha de creerse. Ni afirman haber aprendido esto por algún conocimiento histórico, sino que lo conjeturan como por razonamiento, por el hecho de que la tierra esté suspendida dentro de las convexidades del cielo, y el mundo ocupe el mismo lugar, tanto el ínfimo como el medio: y por esto opinan que la otra parte de la tierra, que está debajo, no puede carecer de la habitación de hombres. Ni advierten que, aunque se crea que el mundo es de figura conglobada y redonda, o se demuestre por alguna razón, no es, sin embargo, consecuencia de ello que también en aquella parte la tierra esté desnuda del montón de las aguas; luego, aunque esté desnuda, tampoco es inmediatamente necesario que tenga hombres. Puesto que de ningún modo miente esa Escritura que, narrados los hechos pasados, da fe por cumplirse sus predicciones: y es demasiado absurdo que se diga que algunos hombres pudieron navegar y llegar desde esta parte a aquella, atravesada la inmensidad del Océano, para que también allí se instituyera el género humano de aquel único primer hombre.

Quapropter inter illos tunc hominum populos, qui per septuaginta duas gentes et totidem linguas colliguntur fuisse divisi, quaeramus, si possumus invenire illam in terris peregrinantem civitatem Dei, quae usque ad diluvium arcamque perducta est, atque in filiis Noe per eorum benedictiones perseverasse monstratur, maxime in maximo, qui est appellatus Sem: quandoquidem Japheth ita benedictus est, ut in ejusdem fratris sui domibus habitaret.

Caput X.

De generatione Sem, in cujus progenie tendens ad Abraham civitatis Dei ordo dirigitur.

1. Tenenda est igitur series generationum ab ipso Sem, ut ipsa ostendat post diluvium civitatem Dei; sicut eam series generationum ab illo qui est appellatus Seth, ostendebat ante diluvium. Propter hoc ergo Scriptura divina cum terrenam civitatem in Babylone, hoc est in confusione, monstrasset, ad patriarcham Sem recapitulando revertitur, et orditur inde generationes usque ad Abraham, commemorato etiam numero annorum quanto quisque ad hanc seriem pertinentem filium genuisset, quantoque vixisset. Ubi certe agnoscendum est quod ante promiseram, ut appareat quare sit dictum de filiis Heber, Nomen unius Phalech, quia in diebus ejus divisa est terra (Gen. X, 25). Quid enim aliud intelligendum est, terram esse divisam, nisi diversitate linguarum? Omissis igitur caeteris filiis Sem ad hanc rem non pertinentibus, illi connectuntur in ordine generationum per quos possit ad Abraham perveniri: sicut illi connectebantur ante diluvium, per quos perveniretur ad Noe, generationibus quae propagatae sunt ex illo Adam filio, qui appellatus est Seth. Sic ergo incipit generationum ista contextio: Et hae generationes Sem. Sem filius centum annorum, cum genuit Arphaxat, secundo anno post diluvium. Et vixit Sem, postquam genuit Arphaxat, quingentos annos, et genuit filios et filias, et mortuus est (Id. XI, 10, 11). Sic exsequitur caeteros, dicens quoto quisque anno vitae suae filium genuerit, ad istum generationum ordinem pertinentem, qui pertendit ad Abraham; et quot annos postmodum vixerit, intimans eum filios filiasque genuisse: ut intelligamus unde potuerint populi accrescere, ne in paucis qui commemorantur hominibus occupati pueriliter haesitemus, unde tanta spatia terrarum atque regnorum repleri potuerint de genere Sem; maxime propter Assyriorum regnum, unde Ninus ille Orientalium domitor usquequaque populorum ingenti prosperitate regnavit, et latissimum ac fundatissimum regnum, quod diuturno tempore duceretur, suis posteris propagavit.

Por lo cual, entre aquellos pueblos de hombres entonces, que se colige que estuvieron divididos en setenta y dos naciones y otras tantas lenguas, busquemos si podemos encontrar aquella ciudad de Dios peregrina en las tierras, que fue conducida hasta el diluvio y el arca, y se muestra haber perseverado en los hijos de Noé por sus bendiciones, principalmente en el mayor, que fue llamado Sem: puesto que Jafet fue de tal modo bendito que habitara en las casas de ese mismo hermano suyo.

Capítulo X.

Sobre la generación de Sem, en cuya progenie se dirige el orden de la ciudad de Dios tendiendo hacia Abraham.

1. Ha de mantenerse, pues, la serie de las generaciones desde el mismo Sem, para que ella misma muestre la ciudad de Dios después del diluvio; tal como la mostraba antes del diluvio la serie de las generaciones desde aquel que fue llamado Set. Por esto, pues, la divina Escritura, habiendo mostrado la ciudad terrena en Babilonia, esto es, en la confusión, vuelve recapitulando al patriarca Sem y comienza desde allí las generaciones hasta Abraham, conmemorado también el número de años en que cada uno perteneciente a esta serie había engendrado un hijo, y cuánto había vivido. Donde ciertamente ha de reconocerse lo que antes había prometido, para que aparezca por qué se dijo de los hijos de Heber: "El nombre de uno fue Falec, porque en sus días se dividió la tierra" (Gén. X, 25). Pues, ¿qué otra cosa ha de entenderse por que la tierra fue dividida, sino por la diversidad de las lenguas? Omitidos, pues, los demás hijos de Sem que no pertenecen a este asunto, se conectan en el orden de las generaciones aquellos por quienes se pueda llegar a Abraham: tal como se conectaban antes del diluvio aquellos por quienes se llegaba a Noé, en las generaciones que se propagaron de aquel hijo de Adán que fue llamado Set. Así, pues, comienza esta contextura de las generaciones: "Y estas son las generaciones de Sem. Sem era hijo de cien años cuando engendró a Arfaxad, en el segundo año después del diluvio. Y vivió Sem, después de que engendró a Arfaxad, quinientos años, y engendró hijos e hijas, y murió" (Id. XI, 10, 11). Así prosigue con los demás, diciendo en qué año de su vida engendró cada uno un hijo perteneciente a ese orden de las generaciones que llega hasta Abraham; y cuántos años vivió después, insinuando que engendró hijos e hijas: para que entendamos de dónde pudieron acrecentarse los pueblos, no sea que, ocupados en los pocos hombres que se conmemoran, vacilemos puerilmente sobre de dónde pudieron llenarse tan grandes espacios de tierras y de reinos de la estirpe de Sem; especialmente por causa del reino de los asirios, de donde aquel Nino, domador de los pueblos orientales por todas partes, reinó con ingente prosperidad y propagó a sus pósteros un reino amplísimo y muy bien fundado, que se mantuviera por largo tiempo.

2. Sed nos, ne diutius quam opus est immoremur, non quot annos quisque in ista generationum serie vixerit, sed quoto anno vitae suae genuerit filium, hoc ordine memorandum tantummodo ponimus, ut et numerum annorum a transacto diluvio usque ad Abraham colligamus, et propter illa, in quibus nos cogit necessitas immorari, breviter alia cursimque tangamus. Secundo igitur anno post diluvium Sem, cum esset centum annorum, genuit Arphaxat; Arphaxat autem, cum esset centum triginta quinque annorum, genuit Cainan; qui cum esset centum triginta, genuit Sala. Porro etiam ipse Sala totidem annorum erat, quando genuit Heber. Centum vero et triginta et quatuor agebat annos Heber, cum genuit Phalech, in cujus diebus divisa est terra. Ipse autem Phalech vixit centum triginta, et genuit Ragau: et Ragau centum triginta duos, et genuit Seruch: et Seruch centum triginta, et genuit Nachor: et Nachor septuaginta novem, et genuit Thara: Thara autem septuaginta, et genuit Abram (Gen. 10-26): quem postea Deus mutato vocabulo nominavit Abraham (Id. XVII, 5). Fiunt itaque anni a diluvio usque ad Abraham mille septuaginta et duo, secundum Vulgatam editionem, hoc est interpretum Septuaginta. In hebraeis autem codicibus longe pauciores annos perhibent inveniri: de quibus rationem aut nullam, aut difficillimam reddunt.

3. Cum ergo quaerimus in illis septuaginta duabus gentibus civitatem Dei, non possumus affirmare illo tempore, quo erat illis labium unum (Id. XI, 1), id est loquela una, tunc jam genus humanum alienatum fuisse a cultu veri Dei, ita ut in solis istis generationibus pietas vera remaneret, quae descendunt de semine Sem per Arphaxat, et tendunt ad Abraham: sed ab illa superbia aedificandae turris usque in coelum, qua impia significatur elatio, apparuit civitas, hoc est societas, impiorum. Utrum itaque ante non fuerit, an latuerit, an potius utraque permanserit, pia scilicet in duobus filiis Noe, qui benedicti sunt, eorumque posteris; impia vero in eo qui maledictus est, atque ejus progenie, ubi etiam exortus est gigas venator contra Dominum, non est dijudicatio facilis. Fortassis enim, quod profecto est credibilius, et in filiis duorum illorum jam tunc antequam Babylonia coepisset institui, fuerunt contemptores Dei, et in filiis Cham cultores Dei: utrumque tamen hominum genus terris nunquam defuisse credendum est. Siquidem et quando dictum est, Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum, non est usque ad unum; in utroque Psalmo, ubi haec verba sunt, et hoc legitur, Nonne cognoscent omnes, qui operantur iniquitatem, qui devorant populum meum in cibo panis? Erat ergo etiam tunc populus Dei. Unde illud quod dictum est, Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum; de filiis hominum dictum est, non de filiis Dei.

2. Pero nosotros, para no detenernos más de lo necesario, ponemos para ser recordado en este orden solamente no cuántos años vivió cada uno en esa serie de las generaciones, sino en qué año de su vida engendró un hijo, tanto para que recojamos el número de años desde el transcurrido diluvio hasta Abraham, como para que, por causa de aquellas cosas en las que la necesidad nos obliga a detenernos, toquemos otras breve y de pasada. En el segundo año, pues, después del diluvio, Sem, siendo de cien años, engendró a Arfaxad; Arfaxad, siendo de ciento treinta y cinco años, engendró a Cainán; el cual, siendo de ciento treinta, engendró a Sala. Además, también el mismo Sala era de otros tantos años cuando engendró a Heber. Pero ciento treinta y cuatro años contaba Heber cuando engendró a Falec, en cuyos días se dividió la tierra. El mismo Falec vivió ciento treinta y engendró a Ragau; y Ragau ciento treinta y dos, y engendró a Serug; y Serug ciento treinta y engendró a Nacor; y Nacor setenta y nueve y engendró a Taré; y Taré setenta y engendró a Abram (Gén. XI, 10-26): al cual después Dios, cambiado el nombre, llamó Abraham (Id. XVII, 5). Resultan, pues, desde el diluvio hasta Abraham mil setenta y dos años, según la edición Vulgata, esto es, de los Setenta intérpretes. Pero en los códices hebreos refieren que se encuentran muchos menos años: de lo cual no dan razón alguna, o una muy difícil.

3. Cuando, pues, buscamos la ciudad de Dios en aquellas setenta y dos naciones, no podemos afirmar que en aquel tiempo, en que tenían un solo labio (Id. XI, 1), esto es, un solo habla, el género humano estuviera ya alienado del culto del verdadero Dios, de modo que la verdadera piedad permaneciera solo en estas generaciones que descienden de la estirpe de Sem por Arfaxad y llegan hasta Abraham: sino que desde aquella soberbia de edificar la torre hasta el cielo, por la cual se significa una impía elación, apareció la ciudad, esto es, la sociedad de los impíos. Si, por tanto, antes no existía, o si estaba oculta, o si más bien permanecían ambas, a saber, la piadosa en los dos hijos de Noé que fueron bendecidos, y en sus pósteros; y la impía en aquel que fue maldito, y en su progenie, donde también surgió el gigante cazador contra el Señor, no es de fácil discernimiento. Pues tal vez, lo cual es ciertamente más creíble, también en los hijos de aquellos dos ya entonces, antes de que Babilonia comenzara a ser instituida, hubo despreciadores de Dios, y en los hijos de Cam, cultores de Dios: sin embargo, ha de creerse que ambos géneros de hombres nunca han faltado en las tierras. Pues aun cuando se dijo: "Todos se desviaron, a una se hicieron inútiles; no hay quien haga el bien, no hay ni siquiera uno"; en ambos Salmos, donde están estas palabras, también se lee esto: "¿Acaso no conocerán todos los que obran la iniquidad, los que devoran a mi pueblo como comida de pan?". Había, pues, también entonces un pueblo de Dios. Por lo cual, aquello que se dijo: "No hay quien haga el bien, no hay ni siquiera uno", se dijo de los hijos de los hombres, no de los hijos de Dios.

Nam praemissum est, Deus de coelo prospexit super filios hominum, ut videret si est intelligens, aut requirens Deum (Psal. XIII, 3, 4, 2; Psal. LII, 4, 5, 3): ac deinde illa subjuncta, quae omnes filios hominum, id est, ad civitatem pertinentes quae vivit secundum hominem, non secundum Deum, reprobos esse demonstrant.

Caput XI.

Quod ea primitus lingua in usu hominum fuerit, quae postea Hebraea ab Heber nomine nuncupata est, et in cujus familia remansit, cum diversitas esset facta linguarum.

1. Quamobrem sicut lingua una cum esset omnium, non ideo filii pestilentiae defuerunt; nam et ante diluvium una erat lingua, et tamen omnes praeter unam Noe justi domum deleri diluvio meruerunt: ita quando merito elatioris impietatis gentes linguarum diversitate punitae atque divisae sunt, et civitas impiorum confusionis nomen accepit, hoc est, appellata est Babylon, non defuit domus Heber, ubi ea quae antea fuit omnium lingua remaneret. Unde, sicut supra memoravi, cum coepissent enumerari filii Sem, qui singuli gentes singulas procrearunt, primus est commemoratus Heber, cum sit abnepos ipsius, hoc est, ab illo quintus inveniatur exortus. Quia ergo in ejus familia remansit haec lingua, divisis per alias linguas caeteris gentibus, quae lingua prius humano generi non immerito creditur fuisse communis, ideo deinceps Hebraea est nuncupata. Tunc enim opus erat eam distingui ab aliis linguis nomine proprio, sicut aliae quoque vocatae sunt nominibus propriis. Quando autem erat una, nihil aliud quam humana lingua, vel humana locutio vocabatur, qua sola universum genus humanum loquebatur.

2. Dixerit aliquis: Si in diebus Phalech filii Heber divisa est terra per linguas, id est, homines qui tunc erant in terra; ex ejus nomine potius debuit appellari lingua illa, quae fuit omnibus ante communis. Sed intelligendum est ipsum Heber propterea tale nomen imposuisse filio suo, ut vocaretur Phalech, quod interpretatur Divisio, quia tunc ei natus est, quando per linguas terra divisa est, id est ipso tempore, ut hoc sit quod dictum est: In diebus ejus divisa est terra (Gen. X, 25).

Pues se antepuso: "Dios miró desde el cielo sobre los hijos de los hombres, para ver si hay quien entienda o busque a Dios" (Sal. XIII, 3, 4, 2; Sal. LII, 4, 5, 3): y luego se añadieron aquellas cosas que demuestran que todos los hijos de los hombres, esto es, los pertenecientes a la ciudad que vive según el hombre, no según Dios, son réprobos.

Capítulo XI.

Que aquella lengua estuvo originalmente en el uso de los hombres, la cual después fue llamada hebrea por el nombre de Heber, y en cuya familia permaneció cuando se hizo la diversidad de las lenguas.

1. Por lo cual, así como cuando había una sola lengua para todos, no por eso faltaron los hijos de la pestilencia; pues también antes del diluvio había una sola lengua y, sin embargo, todos excepto la única casa del justo Noé merecieron ser borrados por el diluvio: así, cuando por el mérito de una impiedad más elevada las naciones fueron castigadas y divididas por la diversidad de las lenguas, y la ciudad de los impíos recibió el nombre de la confusión, esto es, fue llamada Babilonia, no faltó la casa de Heber, donde permaneciera aquella que antes fue la lengua de todos. Por lo cual, como mencioné arriba, cuando comenzaron a enumerarse los hijos de Sem, cada uno de los cuales procreó naciones individuales, Heber fue conmemorado primero, aunque es su biznieto, esto es, se encuentra que surgió como el quinto desde él. Porque, pues, en su familia permaneció esta lengua, estando las demás naciones divididas por otras lenguas, la cual lengua no inmerecidamente se cree que fue antes común al género humano, por eso de allí en adelante fue llamada hebrea. Pues entonces era necesario que ella se distinguiera de las otras lenguas por un nombre propio, tal como las otras también fueron llamadas con nombres propios. Pero cuando era una sola, no se llamaba de otra manera sino lengua humana, o habla humana, con la cual sola hablaba todo el género humano.

2. Alguien dirá: Si en los días de Falec, hijo de Heber, se dividió la tierra por las lenguas, esto es, los hombres que entonces estaban en la tierra; por su nombre más bien debió llamarse aquella lengua que fue antes común a todos. Pero ha de entenderse que el mismo Heber impuso por eso tal nombre a su hijo, para que se llamara Falec, que se interpreta División, porque le nació entonces, cuando por las lenguas se dividió la tierra, esto es, en aquel mismo tiempo, para que sea esto lo que se dijo: "En sus días se dividió la tierra" (Gén. X, 25).

Nam nisi adhuc Heber viveret, quando linguarum facta est multitudo, non ex ejus nomine nomen acciperet lingua, quae apud illum potuit permanere. Et ideo credenda est ipsa fuisse prima illa communis: quoniam de poena venit illa multiplication mutatioque linguarum; et utique praeter hanc poenam esse debuit populus Dei. Nec frustra lingua haec est, quam tenuit Abraham, nec in omnes filios suos transmittere potuit, sed in eos tantum qui propagati per Jacob, et insignius atque eminentius in Dei populum coalescentes, Dei Testamenta et stirpem Christi habere potuerunt. Nec Heber ipse eamdem linguam in universam progeniem suam refudit; sed in eam tantum, cujus generationes perducuntur ad Abraham. Quapropter, etiamsi non evidenter expressum est fuisse aliquod pium genus hominum, quando ab impiis Babylonia condebatur; non ad hoc valuit haec obscuritas, ut quaerentis fraudaretur, sed potius ut exerceretur intentio. Cum enim legitur unam fuisse linguam primitus omnium, et ante omnes filios Sem commendatur Heber, quamvis ab illo quintus oriatur; et Hebraea vocatur lingua, quam Patriarcharum et Prophetarum, non solum in sermonibus suis, verum etiam in Litteris sacris custodivit auctoritas: profecto cum quaeritur in divisione linguarum, ubi lingua illa remanere potuerit, quae fuit ante communis; quae, sine ulla dubitatione, ubi remansit, non ibi fuit illa poena, quae facta est mutatione linguarum; quid aliud occurrit, nisi quod in hujus gente remanserit, a cujus nomine nomen accepit; et hoc justitiae gentis hujus non parvum apparuisse vestigium, quod, cum aliae gentes plecterentur mutatione linguarum, ad istam non pervenit tale supplicium?

3. Sed adhuc illud movet: quomodo potuerunt singulas gentes facere Heber et filius ejus Phalech, si una lingua permansit ambobus? Et certe una est Hebraea gens ex Heber propagata usque ad Abraham, et per eum deinceps, donec magnus fieret populus Israel. Quomodo igitur omnes filii qui commemorati sunt trium filiorum Noe, fecerunt singulas gentes, si Heber et Phalech singulas non fecerunt? Nimirum illud est probabilius, quod gigas ille Nebroth fecerit etiam ipse gentem suam, sed propter excellenceiam dominationis et corporis seorsum eminentius nominatus est, ut maneat numerus septuaginta duarum gentium atque linguarum. Phalech autem propterea commemoratus est, non quod gentem fecerit (nam eadem ipsa est ejus gens Hebraea, eademque lingua); sed propter tempus insigne, quod in diebus ejus terra divisa est. Nec movere nos debet, quomodo potuerit gigas Nebroth ad illud aetatis occurrere, quo Babylon condita est, et confusio facta linguarum, atque ex hac divisio gentium.

Pues si Heber no viviera todavía cuando se hizo la multitud de las lenguas, la lengua no recibiría el nombre de su nombre, la cual pudo permanecer con él. Y por esto ha de creerse que ella fue aquella primera común: puesto que de la pena vino aquella multiplicación y cambio de las lenguas; y ciertamente fuera de esta pena debió estar el pueblo de Dios. Ni en vano es esta lengua la que mantuvo Abraham, ni pudo transmitirla a todos sus hijos, sino solo a aquellos que, propagados por Jacob y uniéndose más notable y eminentemente en el pueblo de Dios, pudieron tener los Testamentos de Dios y la estirpe de Cristo. Ni el mismo Heber volcó la misma lengua en toda su progenie; sino solo en aquella cuyas generaciones se conducen hasta Abraham. Por lo cual, aun cuando no se haya expresado evidentemente que hubo algún género piadoso de hombres cuando Babilonia era fundada por los impíos; esta oscuridad no valió para esto, para que se defraudara la intención del que busca, sino más bien para que se ejercitara. Pues cuando se lee que hubo una sola lengua originalmente de todos, y antes de todos los hijos de Sem se recomienda a Heber, aunque surge como el quinto desde aquel; y se llama hebrea la lengua que la autoridad de los Patriarcas y Profetas custodió no solo en sus sermones, sino también en las Letras sagradas: ciertamente cuando se busca en la división de las lenguas dónde pudo permanecer aquella lengua que fue antes común; la cual, sin duda alguna, donde permaneció, allí no estuvo aquella pena que se hizo por el cambio de las lenguas; ¿qué otra cosa ocurre, sino que permaneció en la nación de este, de cuyo nombre recibió el nombre; y que esto apareció como un no pequeño vestigio de la justicia de esta nación, el que, cuando otras naciones eran castigadas con el cambio de las lenguas, no llegara a esta tal suplicio?

3. Pero todavía nos mueve esto: ¿cómo pudieron Heber y su hijo Falec formar naciones individuales, si una sola lengua permaneció para ambos? Y ciertamente una sola es la nación hebrea propagada desde Heber hasta Abraham, y por medio de él en adelante, hasta que el pueblo de Israel se hiciera grande. ¿Cómo, pues, todos los hijos de los tres hijos de Noé que son conmemorados formaron naciones individuales, si Heber y Falec no las formaron? Sin duda es más creíble que aquel gigante Nemrod también él mismo formara su propia nación, pero por la excelencia de su dominio y de su cuerpo fue nombrado aparte más eminentemente, para que permanezca el número de setenta y dos naciones y lenguas. Pero Falec fue conmemorado por esta razón, no porque formara una nación (pues la suya es esa misma nación hebrea, y la misma lengua); sino por el tiempo notable, porque en sus días se dividió la tierra. Ni debe movernos cómo el gigante Nemrod pudo llegar a aquella edad en que Babilonia fue fundada, y se hizo la confusión de las lenguas, y de aquí la división de las naciones.

Non enim quia Heber sextus est a Noe, ille autem quartus, ideo non potuerunt ad id tempus convenire vivendo. Hoc enim contigit, cum plus viverent, ubi pauciores sunt generationes, minus ubi plures; aut serius nati essent ubi pauciores, maturius ubi plures. Sane intelligendum est, quando terra divisa est, non solum jam natos caeteros filios filiorum Noe, qui commemorantur patres gentium; sed etiam ejus aetatis fuisse, ut numerosas familias haberent, quae dignae fuissent nominibus gentium. Unde nequaquam putandum, quod eo fuerint ordine geniti, quo commemorati leguntur. Alioquin duodecim filii Jectan, qui erat filius alius Heber, frater Phalech, quomodo potuerunt jam gentes facere, si post Phalech fratrem suum Jectan natus est, sicut post eum commemoratus est: quandoquidem tempore quo natus est Phalech, divisa est terra. Proinde intelligendum est, priorem quidem nominatum, sed longe post fratrem suum Jectan fuisse natum, cujus Jectan duodecim filii tam grandes jam familias haberent, ut in linguas proprias dividi possent. Sic enim potuit prior commemorari, qui erat aetate posterior; quemadmodum prius commemorati sunt ex tribus filiis Noe procreati filii Japheth, qui erat minimus eorum; deinde filii Cham, qui erat medius; postremo filii Sem, qui erat primus et maximus. Illarum autem gentium vocabula partim manserunt, ita ut hodieque appareat unde fuerint derivata; sicut ex Assur Assyrii, et ex Heber Hebraei: partim temporis vetustate mutata sunt, ita ut vix homines doctissimi antiquissimas historias perscrutantes, nec omnium, sed aliquarum ex istis origines gentium potuerint reperire. Nam quod ex filio Cham, qui vocabatur Mesraim, Aegyptii perhibentur exorti, nulla hic resonat origo vocabuli: sicut nec Aethiopum, qui dicuntur ad eum filium Cham pertinere, qui Chus appellatus est. Et si omnia considerentur, plura mutata, quam manentia nomina apparent.

Caput XII.

De articulo temporis in Abraham, a quo sanctae successionis novus ordo contexitur.

Nunc jam videamus procursum civitatis Dei, etiam ab illo articulo temporis, qui factus est in Patre Abraham, unde incipit esse notitia ejus evidentior, et ubi clariora leguntur promissa divina, quae nunc in Christo videmus impleri. Sicut ergo Scriptura sancta indicante didicimus, in regione Chaldaeorum natus est Abraham (Gen. XI, 28): quae terra ad regnum pertinebat Assyriorum. Apud Chaldaeos autem jam etiam tunc superstitiones impiae praevalebant, quemadmodum per caeteras gentes.

Pues no porque Heber sea el sexto desde Noé, y aquel el cuarto, por eso no pudieron coincidir viviendo en aquel tiempo. Pues esto sucedió, viviendo ellos más tiempo, donde hay menos generaciones, y menos donde hay más; o habían nacido más tarde donde hubo menos, y más temprano donde hubo más. Ciertamente ha de entenderse que, cuando la tierra se dividió, no solo ya habían nacido los demás hijos de los hijos de Noé que se conmemoran como padres de las naciones, sino también que eran de tal edad que tenían numerosas familias, las cuales habrían sido dignas de los nombres de naciones. Por lo cual de ninguna manera ha de pensarse que fueron engendrados en aquel orden en que se leen conmemorados. De lo contrario, ¿cómo pudieron los doce hijos de Jectán, que era otro hijo de Heber, hermano de Falec, formar ya naciones, si Jectán nació después de su hermano Falec, tal como fue conmemorado después de él: siendo así que en el tiempo en que nació Falec se dividió la tierra? Por lo tanto, ha de entenderse que aquel fue ciertamente nombrado primero, pero que nació mucho después de su hermano Jectán, cuyos doce hijos de Jectán tendrían ya tan grandes familias que pudieran dividirse en lenguas propias. Pues así pudo ser conmemorado primero quien era posterior en edad; tal como primero fueron conmemorados los hijos de Jafet procreados de los tres hijos de Noé, el cual era el menor de ellos; luego los hijos de Cam, que era el del medio; finalmente los hijos de Sem, que era el primero y mayor. Pero de aquellas naciones los vocablos en parte permanecieron, de modo que hoy también aparece de dónde fueron derivados; como de Asur los asirios, y de Heber los hebreos: en parte han sido cambiados por la antigüedad del tiempo, de modo que apenas hombres muy doctos que escudriñan las historias más antiguas han podido encontrar los orígenes de las naciones, no de todas, sino de algunas de estas. Pues en cuanto al hecho de que se refiere que los egipcios surgieron del hijo de Cam que se llamaba Mesraim, aquí no resuena ningún origen del vocablo: como tampoco de los etíopes, que se dice pertenecen a aquel hijo de Cam que fue llamado Cus. Y si se consideran todas las cosas, aparecen más nombres cambiados que permanentes.

Capítulo XII.

Sobre el punto de tiempo en Abraham, desde el cual se teje el nuevo orden de la santa sucesión.

Ahora veamos ya el progreso de la ciudad de Dios, también desde aquel punto de tiempo que se dio en el Padre Abraham, desde donde comienza a ser más evidente su noticia, y donde se leen más claros los anuncios divinos que ahora vemos cumplirse en Cristo. Según, pues, hemos aprendido por indicación de la sagrada Escritura, Abraham nació en la región de los caldeos (Gén. XI, 28): cuya tierra pertenecía al reino de los asirios. Pero entre los caldeos ya también entonces prevalecían impías supersticiones, al igual que por las demás naciones.

Una igitur Tharae domus erat, de qua natus est Abraham, in qua unius veri Dei cultus, et quantum credibile est, in qua jam sola etiam Hebraea lingua remanserat; quamvis et ipsa, sicut jam manifestior Dei populus in Aegypto, ita in Mesopotamia servisse diis alienis, Jesu Nave narrante referatur (Josue XXIV, 2); caeteris ex progenie illius Heber in linguas paulatim alias et in nationes alias defluentibus. Proinde sicut per aquarum diluvium una domus Noe remanserat ad reparandum genus humanum, sic in diluvio multarum superstitionum per universum mundum una remanserat domus Tharae, in qua custodita est plantatio civitatis Dei. Denique sicut illic enumeratis supra generationibus usque ad Noe simul cum annorum numeris, et exposita diluvii causa, priusquam Deus inciperet de arca fabricanda loqui ad Noe, dicitur, Hae autem generationes Noe (Gen. VI, 9): ita et hic, enumeratis generationibus ab illo, qui est appellatus Sem, filio Noe, usque ad Abraham, deinde insignis articulus similiter ponitur, ut dicatur, Hae sunt generationes Tharae. Thara genuit Abram et Nachor et Aran: et Aran genuit Lot. Et mortuus est Aran coram Thara patre suo in terra in qua natus est, in regione Chaldaeorum. Et sumpserunt Abram et Nachor sibi uxores: nomen mulieres Abram Sara, et nomen mulieris Nachor Melcha, filia Aran (Gen. XI, 27-29). Iste Aran pater Melchae fuit et pater Jescae, quae Jesca creditur ipsa esse etiam Sara uxor Abrahae.

Caput XIII.

Quae ratio fecisse videatur, ut in transmigratione Tharae, qua Chaldaeos deserens in Mesopotamiam transiit, nulla filii ejus Nachor facta sit mentio.

Deinde narratur quemadmodum Thara cum suis regionem reliquerit Chaldaeorum, et venerit in Mesopotamiam, et habitaverit in Charra: tacetur autem de uno ejus filio, qui vocabatur Nachor, tanquam eum non duxerit secum. Nam ita narratur: Et sumpsit Thara Abram filium suum, et Lot filium Aran, filium filii sui, et Saram nurum suam, uxorem Abram filii sui, et eduxit illos de regione Chaldaeorum ire in terram Chanaan: et venit in Charram, et habitavit ibi (Ibid., 31). Nusquam hic nominatus est Nachor, et uxor ejus Melcha. Sed invenimus postea, cum servum suum mitteret Abraham ad accipiendam uxorem filio suo Isaac, ita scriptum: Et accepit puer decem camelos de camelis domini sui, et de omnibus bonis domini sui secum, et exsurgens profectus est in Mesopotamiam in civitatem Nachor (Id. XXIV, 10). Isto et aliis sacrae hujus historiae testimoniis ostenditur etiam Nachor frater Abrahae exisse de regione Chaldaeorum, sedesque constituisse in Mesopotamia, ubi cum patre suo habitaverat Abraham.

Una sola, pues, era la casa de Taré, de la cual nació Abraham, en la que el culto del único Dios verdadero, y según es creíble, en la que ya sola también había permanecido la lengua hebrea; aunque ella misma, tal como ya el más manifiesto pueblo de Dios en Egipto, así se refiere que en Mesopotamia sirvió a dioses extraños, según lo relata Josué, hijo de Nun (Josué XXIV, 2); fluyendo los demás de la progenie de aquel Heber poco a poco hacia otras lenguas y hacia otras naciones. Por lo tanto, así como por el diluvio de las aguas una sola casa de Noé había permanecido para reparar el género humano, así en el diluvio de muchas supersticiones por todo el mundo una sola había permanecido la casa de Taré, en la cual fue custodiada la plantación de la ciudad de Dios. Finalmente, así como allí, enumeradas arriba las generaciones hasta Noé junto con los números de años, y expuesta la causa del diluvio, antes de que Dios comenzara a hablar a Noé sobre la fabricación del arca, se dice: "Estas son, pues, las generaciones de Noé" (Gén. VI, 9): así también aquí, enumeradas las generaciones desde aquel que fue llamado Sem, hijo de Noé, hasta Abraham, luego se pone similarmente un punto notable, para que se diga: "Estas son las generaciones de Taré. Taré engendró a Abram, a Nacor y a Arán: y Arán engendró a Lot. Y murió Arán delante de Taré, su padre, en la tierra en que nació, en la región de los caldeos. Y Abram y Nacor tomaron para sí esposas: el nombre de la esposa de Abram era Sarai, y el nombre de la esposa de Nacor Melca, hija de Arán" (Gén. XI, 27-29). Aquel Arán fue padre de Melca y padre de Jesca, la cual Jesca se cree que es ella misma también Sara, la esposa de Abraham.

Capítulo XIII.

Qué razón parece haber hecho que en la transmigración de Taré, por la cual dejando a los caldeos pasó a Mesopotamia, no se hiciera mención alguna de su hijo Nacor.

Luego se narra cómo Taré con los suyos dejó la región de los caldeos, y vino a Mesopotamia, y habitó en Carrán: pero se calla sobre uno de sus hijos, que se llamaba Nacor, como si no lo hubiera llevado consigo. Pues se narra así: "Y tomó Taré a Abram su hijo, y a Lot hijo de Arán, el hijo de su hijo, y a Sarai su nuera, esposa de Abram su hijo, y los sacó de la región de los caldeos para ir a la tierra de Canaán: y vino a Carrán, y habitó allí" (Ibid., 31). En ninguna parte fue nombrado aquí Nacor, ni su esposa Melca. Pero encontramos después, cuando Abraham enviaba a su siervo para tomar esposa para su hijo Isaac, escrito así: "Y tomó el mozo diez camellos de los camellos de su señor, y de todos los bienes de su señor consigo, y levantándose partió hacia Mesopotamia a la ciudad de Nacor" (Id. XXIV, 10). Por este y otros testimonios de esta sagrada historia se muestra que también Nacor, hermano de Abraham, salió de la región de los caldeos, y estableció sus sedes en Mesopotamia, donde Abraham había habitado con su padre.

Cur ergo Scriptura eum non commemoravit, quando ex gente Chaldaea cum suis profectus est Thara, et habitavit in Mesopotamia, ubi non solum Abraham filius ejus, verum etiam Sarra nurus et Lot nepos ejus commemorantur, quod eos duxerit secum? Cur, putamus, nisi forte quod a paterna et fraterna pietate desciverat, et superstitioni adhaeserat Chaldaeorum, et postea inde, sive poenitendo, sive persecutionem passus, quod suspectus haberetur, et ipse emigravit? In libro enim qui inscribitur Judith, cum quaereret Holofernes hostis Israelitarum, quaenam gens illa esset, utrum adversus eam bellandum fuisset, sic ei respondit Achior dux Ammonitarum : Audiat dominus noster verbum de ore pueri sui, et referam tibi veritatem de populo qui habitat juxta te montanam hanc , et non exibit mendacium de ore servi tui. Haec enim progenies populi est Chaldaeorum, et antea habitaverunt Mesopotamiam, quia noluerunt sequi deos patrum suorum, qui fuerunt in terra Chaldaeorum gloriosi, sed declinaverunt de via parentum suorum et adoraverunt Deum coeli, quem cognoverunt, et projecerunt eos a facie deorum suorum, et fugerunt in Mesopotamiam, et habitaverunt ibi dies multos. Dixitque illis Deus eorum, ut exirent de habitatione sua, et irent in terram Chanaan; et illic habitaverunt (Judith V, 5-9): et caetera quae narrat Achior Ammonites. Unde manifestum est, domum Tharae persecutionem passam fuisse a Chaldaeis pro vera pietate, qua unus et verus ab eis colebatur Deus.

Caput XIV.

De annis Tharae, qui in Charra vitae suae tempus implevit.

But Terah having died in Mesopotamia, where he is reported to have lived two hundred and five years, the promises of God made to Abraham already begin to be indicated, because it is written thus: Et fuerunt dies Tharae in Charra quinque et ducenti anni, et mortuus est in Charra (Gen. XI, 32). Non sic autem accipiendum est, quasi omnes hos dies ibi egerit; sed quia omnes dies vitae suae, qui fuerunt anni ducenti quinque, ibi compleverit: alioquin nesciretur quot annos vixerit Thara, quoniam non legitur quoto anno vitae suae in Charram venerit; et absurdum est existimare in ista serie generationum, ubi diligenter commemoratur quot annos quisque vixerit, hujus solius numerum annorum vitae non commendatum esse memoriae. Quod enim quorumdam, quos eadem Scriptura commemorat, tacentur anni, non sunt in hoc ordine, in quo temporum dinumeratio decessione gignentium et genitorum successione contexitur. Iste autem ordo, qui dirigitur ab Adam usque ad Noe, et inde usque ad Abraham, sine numero annorum vitae suae neminem continet.

¿Por qué, pues, la Escritura no lo conmemoró cuando Taré partió con los suyos de la nación caldea y habitó en Mesopotamia, donde no solo Abraham su hijo, sino también Sarai su nuera y Lot su nieto son conmemorados, porque los llevó consigo? ¿Por qué, pensamos, sino tal vez porque había desertado de la piedad paterna y fraterna, y se había adherido a la superstición de los caldeos, y después de allí, ya sea arrepintiéndose, o habiendo sufrido persecución porque se le tenía por sospechoso, también él mismo emigró? Pues en el libro que se titula Judit, cuando Holofernes, enemigo de los israelitas, preguntaba qué nación era aquella, si se debía guerrear contra ella, así le respondió Aquior, jefe de los amonitas: "Escuche nuestro señor la palabra de la boca de su mozo, y te referiré la verdad sobre el pueblo que habita junto a ti en esta montaña, y no saldrá mentira de la boca de tu siervo. Pues esta progenie es del pueblo de los caldeos, y antes habitaron Mesopotamia, porque no quisieron seguir a los dioses de sus padres, que fueron gloriosos en la tierra de los caldeos, sino que se desviaron del camino de sus padres y adoraron al Dios del cielo, al cual conocieron, y los arrojaron de la presencia de sus dioses, y huyeron a Mesopotamia, y habitaron allí muchos días. Y les dijo su Dios que salieran de su habitación e fueran a la tierra de Canaán; y allí habitaron" (Judit V, 5-9): y lo demás que narra Aquior el amonita. De donde es manifiesto que la casa de Taré sufrió persecución por parte de los caldeos por la verdadera piedad, por la cual el único y verdadero Dios era adorado por ellos.

Capítulo XIV.

Sobre los años de Taré, quien cumplió el tiempo de su vida en Carrán.

Habiendo muerto Taré en Mesopotamia, donde se refiere que vivió doscientos cinco años, ya comienzan a indicarse las promesas de Dios hechas a Abraham, pues está escrito así: "Y fueron los días de Taré en Carrán doscientos cinco años, y murió en Carrán" (Gén. XI, 32). Pero no ha de tomarse así, como si hubiera pasado todos estos días allí; sino porque allí completó todos los días de su vida, que fueron doscientos cinco años: de lo contrario, no se sabría cuántos años vivió Taré, ya que no se lee en qué año de su vida vino a Carrán; y es absurdo estimar en esa serie de las generaciones, donde se conmemora diligentemente cuántos años vivió cada uno, que el número de los años de la vida de este solo no haya sido encomendado a la memoria. Pues el hecho de que se callen los años de algunos a quienes la misma Escritura conmemora, es porque no están en este orden en que la enumeración de los tiempos se teje por la desaparición de los que engendran y la sucesión de los engendrados. Pero este orden, que se dirige desde Adán hasta Noé, y desde allí hasta Abraham, no contiene a nadie sin el número de los años de su vida.

Caput XV.

De tempore profectionis Abrahae, qua secundum praeceptum Dei exiit de Charra.

1. Quod vero, commemorata morte Tharae patris Abraham, deinde legitur, Et dixit Dominus ad Abram, Exi de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et caetera; non quia hoc sequitur in sermone libri, hoc etiam in rerum gestarum tempore sequi existimandum est. Erit quippe, si ita est, insolubilis quaestio. Post haec enim verba Dei, quae ad Abraham facta sunt, Scriptura sic loquitur: Et exiit Abram, quemadmodum locutus est illi Dominus, et abiit cum eo Lot. Abram autem erat quinque et septuaginta annorum, cum exiit ex Charra (Id. XII, 1, 4). Quomodo potest hoc verum esse, si post mortem patris sui exiit de Charra? Cum enim esset Thara septuaginta annorum, sicut supra intimatum est, genuit Abraham: cui numero additis septuaginta quinque annis, quos agebat Abraham, quando egressus est de Charra, fiunt anni centum quadraginta quinque. Tot igitur annorum erat Thara, quando exiit Abraham de illa Mesopotamiae civitate: agebat enim annum aetatis suae septuagesimum quintum; ac per hoc pater ejus, qui cum septuagesimo anno suo genuerat, agebat, ut dictum est, centesimum quadragesimum et quintum. Non ergo inde post mortem patris, id est post ducentos quinque annos, quibus pater ejus vixit, egressus est: sed annus de illo loco profectionis ejus, quoniam ipsius septuagesimus quintus erat, procul dubio patris ejus, qui eum septuagesimo suo anno genuerat, centesimus quadragesimus quintus fuisse colligitur. Ac per hoc intelligendum est more suo Scripturam redisse ad tempus, quod jam narratio illa transierat: sicut superius, cum filios filiorum Noe commemorasset, dixit illos fuisse in gentibus et linguis suis (Gen. X, 31), et tamen postea quasi hoc etiam in ordine temporum sequeretur, Et erat, inquit, omnis terra labium unum, et vox una omnibus (Id. XI, 1). Quomodo ergo secundum suas gentes et secundum suas linguas erant, si una erat omnibus; nisi quia ad illud quod jam transierat recapitulando est reversa narratio? Sic ergo et hic cum dictum esset, Et fuerunt dies Tharae in Charra quinque et ducenti anni, et mortuus est Thara in Charra (Ibid., 31): deinde Scriptura redeundo ad id quod ideo praetermiserat, ut prius de Thara id quod inchoatum fuerat compleretur, Et dixit, inquit, Dominus ad Abram, Exi de terra tua, et caetera. Post quae Dei verba subjungitur, Et exiit Abram, quemadmodum locutus est illi Dominus, et abiit cum eo Lot: Abram autem erat quinque et septuaginta annorum, cum exiit ex Charra.

Capítulo XV.

Sobre el tiempo de la partida de Abraham, por la cual según el precepto de Dios salió de Carrán.

1. Pero en cuanto al hecho de que, conmemorada la muerte de Taré el padre de Abraham, luego se lee: "Y dijo el Señor a Abram: Sal de tu tierra, y de tu parentela, y de la casa de tu padre", y lo demás; no porque esto siga en el discurso del libro, ha de pensarse que también siga en el tiempo de los hechos realizados. Pues si es así, habrá una cuestión insoluble. Pues después de estas palabras de Dios, que fueron hechas a Abraham, la Escritura habla así: "Y salió Abram, tal como le habló el Señor, y se fue con él Lot. Pero Abram era de setenta y cinco años cuando salió de Carrán" (Id. XII, 1, 4). ¿Cómo puede ser esto verdad, si salió de Carrán después de la muerte de su padre? Pues siendo Taré de setenta años, como se insinuó arriba, engendró a Abraham: a cuyo número sumados los setenta y cinco años que contaba Abraham cuando salió de Carrán, resultan ciento cuarenta y cinco años. De tantos años era, pues, Taré cuando Abraham salió de aquella ciudad de Mesopotamia: pues contaba el año septuagésimo quinto de su edad; y por esto su padre, que lo había engendrado en su año septuagésimo, contaba, como se ha dicho, el centésimo cuadragésimo quinto. No salió, pues, de allí después de la muerte de su padre, esto es, después de los doscientos cinco años que vivió su padre: sino que el año de su partida de aquel lugar, puesto que era el suyo septuagésimo quinto, sin duda alguna se deduce que fue el centésimo cuadragésimo quinto de su padre, que lo había engendrado en su año septuagésimo. Y por esto ha de entenderse que la Escritura, según su costumbre, volvió al tiempo que aquella narración ya había pasado: tal como arriba, cuando hubo conmemorado a los hijos de los hijos de Noé, dijo que habían estado en sus naciones y lenguas (Gén. X, 31), y sin embargo después, como si esto también siguiera en el orden de los tiempos: "Y era", dice, "toda la tierra de un solo labio, y una sola voz para todos" (Id. XI, 1). ¿Cómo, pues, estaban según sus naciones y según sus lenguas, si había una sola para todos; sino porque la narración ha vuelto recapitulando a aquello que ya había pasado? Así, pues, también aquí, habiéndose dicho: "Y fueron los días de Taré en Carrán doscientos cinco años, y murió Taré en Carrán" (Ibid., 31): luego la Escritura, volviendo a aquello que por eso había omitido, para que primero se completara lo que se había iniciado sobre Taré: "Y dijo", dice, "el Señor a Abram: Sal de tu tierra", y lo demás. Después de cuyas palabras de Dios se añade: "Y salió Abram, tal como le habló el Señor, y se fue con él Lot: pero Abram era de setenta y cinco años cuando salió de Carrán".

Tunc itaque factum est, quando pater ejus centesimum quadragesimum et quintum annum agebat aetatis: tunc enim fuit hujus septuagesimus quintus. Soluta est autem quaestio ista et aliter, ut septuaginta quinque anni Abrahae, quando egressus est de Charra, ex illo computarentur, ex quo de igne Chaldaeorum liberatus, non ex quo natus est, tanquam tunc potius natus habendus sit.

2. Sed beatus Stephanus in Actibus Apostolorum cum ista narraret, Deus, inquit, gloriae apparuit Abrahae patri nostro, cum esset in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charra, et ait ad illum, Exi de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram, quam tibi demonstrabo. Secundum haec verba Stephani non post mortem patris ejus locutus est Deus Abrahae, qui utique in Charra mortuus est, ubi cum illo et ipse filius habitavit; sed priusquam habitaret in eadem civitate, jam tamen cum esset in Mesopotamia. Jam ergo exierat a Chaldaeis. Quod itaque adjungit Stephanus, Tunc Abraham egressus est de terra Chaldaeorum, et habitavit in Charra, non demonstrat quid sit factum, posteaquam locutus est illi Deus (neque enim post illa Dei verba egressus est de terra Chaldaeorum, cum dicat ei locutum Deum cum esset in Mesopotamia), sed ad totum illud tempus pertinet quod ait, Tunc, id est, ex quo egressus est a Chaldaeis, et habitavit in Charra. Item quod sequitur, Et inde postquam mortuus est pater ejus, collocavit illum in terra hac, in qua vos nunc habitatis, et patres vestri (Act. VII, 2-4): non ait, Postquam mortuus est pater ejus, exiit de Charra; sed inde hic eum collocavit, postquam mortuus est pater ejus. Intelligendum est igitur locutum Deum fuisse ad Abraham, cum esset in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charra; sed eum in Charram pervenisse cum patre, retento apud se praecepto Dei, et inde exisse septuagesimo et quinto suo, patris autem sui centesimo quadragesimo quinto anno. Collocationem vero ejus in terra Chanaan, non profectionem de Charra, post mortem patris ejus factam esse dicit; quia jam mortuus erat pater ejus, quando emit terram, cujus ibi jam suae rei coepit esse possessor. Quod autem jam in Mesopotamia constituto, hoc est jam egresso de terra Chaldaeorum, dicit Deus, Exi de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui; non ut corpus inde ejiceret, quod jam fecerat, sed ut animum avelleret, dicitur. Non enim exierat inde animo, si spe redeundi et desiderio tenebatur, quae spes et desiderio, Deo jubente ac juvante, et illo obediente, fuerat amputandum. Non sane incredibiliter existimatur, cum postea secutus esset Nachor patrem suum, tunc Abraham praeceptum Domini implesse, ut cum Sarra conjuge sua et Lot filio fratris sui exiret de Charra.

Entonces, pues, sucedió, cuando su padre contaba el centésimo cuadragésimo quinto año de su edad: pues entonces fue el septuagésimo quinto de este. Pero se solucionó aquella cuestión también de otra manera, para que los setenta y cinco años de Abraham, cuando salió de Carrán, se computaran desde aquel momento en que fue librado del fuego de los caldeos, no desde que nació, como si entonces más bien hubiera de tenérsele por nacido.

2. Pero el bienaventurado Esteban, en los Hechos de los Apóstoles, cuando narraba estas cosas, dice: "El Dios de la gloria apareció a nuestro padre Abraham cuando estaba en Mesopotamia, antes de que habitara en Carrán, y le dijo: Sal de tu tierra, y de tu parentela, y de la casa de tu padre, y ven a la tierra que te mostraré". Según estas palabras de Esteban, Dios no habló a Abraham después de la muerte de su padre, el cual ciertamente murió en Carrán, donde habitó también el mismo hijo con él; sino antes de que habitara en la misma ciudad, aunque ya cuando estaba en Mesopotamia. Ya, pues, había salido de los caldeos. Por lo cual, lo que añade Esteban: "Entonces salió Abraham de la tierra de los caldeos y habitó en Carrán", no demuestra qué se hizo después de que Dios le habló (pues no salió de la tierra de los caldeos después de aquellas palabras de Dios, ya que dice que Dios le habló cuando estaba en Mesopotamia), sino que pertenece a todo aquel tiempo de lo que dice: "Entonces", esto es, desde que salió de los caldeos y habitó en Carrán. Asimismo lo que sigue: "Y de allí, después de que su padre murió, lo colocó en esta tierra en que vosotros habitáis ahora, y vuestros padres" (Hech. VII, 2-4): no dice: "Después de que su padre murió, salió de Carrán"; sino que de allí lo colocó aquí, después de que su padre murió. Ha de entenderse, pues, que Dios había hablado a Abraham cuando estaba en Mesopotamia, antes de que habitara en Carrán; pero que él llegó a Carrán con su padre, habiendo retenido consigo el precepto de Dios, y de allí salió en su año septuagésimo quinto, pero en el centésimo cuadragésimo quinto año de su padre. Dice, pues, que su colocación en la tierra de Canaán, no su partida de Carrán, se hizo después de la muerte de su padre; porque ya había muerto su padre cuando compró la tierra, de la cual allí comenzó ya a ser poseedor de su propiedad. Pero en cuanto al hecho de que a él, ya establecido en Mesopotamia, esto es, habiendo salido ya de la tierra de los caldeos, Dios le dice: "Sal de tu tierra, y de tu parentela, y de la casa de tu padre"; se dice no para que expulsara de allí su cuerpo, lo cual ya había hecho, sino para que arrancara su ánimo. Pues no había salido de allí en su ánimo si estaba retenido por la esperanza de volver y por el deseo, cuya esperanza y deseo, mandándolo y ayudando Dios, y obedeciendo él, debían ser amputados. No ciertamente de manera increíble se piensa que, cuando Nacor hubo seguido después a su padre, entonces Abraham cumplió el precepto del Señor, para que con Sara su esposa y Lot el hijo de su hermano saliera de Carrán.

Caput XVI.

De ordine et qualitate promissionum Dei, quae ad Abraham factae sunt.

Jam considerandae sunt promissiones Dei factae ad Abraham. In his enim apertiora Dei nostri, hoc est Dei veri, oracula apparere coeperunt de populo piorum, quem prophetica praenuntiavit auctoritas.

Harum prima ita legitur: Et dixit Dominus ad Abram: Exi de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et vade in terram, quam tibi demonstravero; et faciam te in gentem magnam, et benedicam te, et magnificabo nomen tuum, et eris benedictus, et benedicam benedicentes te, et maledicam maledicentes te, et benedicentur in te omnes tribus terrae. Advertendum est igitur, duas res promissas Abrahae: unam scilicet, quod terram Chanaan possessurum fuerat semen ejus, quod significatur, ubi dictum est, Vade in terram, quam tibi demonstravero, et faciam te in gentem magnam: aliam vero longe praestantiorem, non de carnali, sed de spirituali semine, per quod pater est, non unius gentis Israeliticae, sed omnium gentium quae fidei ejus vestigia consequuntur, quod promitti coepit his verbis, Et benedicentur in te omnes tribus terrae. Hanc promissionem factam arbitratur Eusebius septuagesimo quinto anno aetatis Abrahae, tanquam mox ut facta est, de Charra exierit Abraham: quoniam Scripturae contradici non potest, ubi legitur, Abram erat quinque et septuaginta annorum, cum exiit ex Charra (Gen. XII, 1-4). Sed si eo anno facta est ista promissio, jam utique in Charra cum patre suo demorabatur Abraham. Neque enim inde exire posset, nisi prius ibi habitasset. Numquidnam ergo contradicitur Stephano dicenti: Deus gloriae apparuit Abrahae patri nostro cum esset in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charra (Act. VII, 2)? Sed intelligendum est, quod eodem anno facta sint omnia, et Dei promissio antequam in Charra habitaret Abraham, et in Charra habitatio ejus, et inde profectio: non solum quia Eusebius in Chronicis ab anno hujus promissionis computat et ostendit post quadringentos et triginta annos exitum esse de Aegypto, quando lex data est; verum etiam quia id commemorat apostolus Paulus (Galat. III, 17).

Caput XVII.

De tribus excellentioribus gentium regnis, quorum unum, id est Assyriorum, jam Abraham genito sublimius eminebat.

Capítulo XVI.

Del orden y calidad de las promesas de Dios que fueron hechas a Abraham.

Ahora deben considerarse las promesas de Dios hechas a Abraham. Pues en estas comenzaron a aparecer oráculos más claros de nuestro Dios, es decir, del Dios verdadero, sobre el pueblo de los piadosos, al cual la autoridad profética anunció de antemano.

La primera de estas se lee así: "Y dijo el Señor a Abram: Sal de tu tierra, y de tu parentela, y de la casa de tu padre, y ve a la tierra que yo te mostraré; y te convertiré en una gran nación, y te bendeciré, y magnificaré tu nombre, y serás bendito, y bendeciré a los que te bendigan, y maldeciré a los que te maldigan, y en ti serán benditas todas las tribus de la tierra." Se debe advertir, por tanto, que dos cosas fueron prometidas a Abraham: una, a saber, que su descendencia poseería la tierra de Canaán, lo cual se significa donde se dice: "Ve a la tierra que yo te mostraré, y te convertiré en una gran nación"; y otra ciertamente mucho más excelente, no sobre la descendencia carnal, sino sobre la espiritual, por la cual es padre, no de una sola nación israelita, sino de todas las naciones que siguen las huellas de su fe, lo cual comenzó a prometerse con estas palabras: "Y en ti serán benditas todas las tribus de la tierra." Eusebio piensa que esta promesa fue hecha en el año setenta y cinco de la edad de Abraham, como si Abraham hubiera salido de Carrán tan pronto como fue hecha: porque no se puede contradecir a la Escritura, donde se lee: "Abram tenía setenta y cinco años cuando salió de Carrán" (Gén. 12, 1-4). Pero si en aquel año se hizo esta promesa, ciertamente Abraham ya permanecía en Carrán con su padre. Pues no podría salir de allí si antes no hubiera habitado allí. ¿Acaso se contradice entonces a Esteban cuando dice: "El Dios de gloria se apareció a nuestro padre Abraham cuando estaba en Mesopotamia, antes de que habitara en Carrán" (Hech. 7, 2)? Pero debe entenderse que todas las cosas se hicieron en el mismo año, tanto la promesa de Dios antes de que Abraham habitara en Carrán, como su habitación en Carrán y su partida de allí: no solo porque Eusebio en sus Crónicas computa desde el año de esta promesa y muestra que después de cuatrocientos treinta años fue la salida de Egipto cuando se dio la ley; sino también porque el apóstol Pablo conmemora esto (Gál. 3, 17).

Capítulo XVII.

De los tres reinos más excelentes de las naciones, de los cuales uno, es decir, el de los asirios, ya sobresalía más sublimemente cuando nació Abraham.

Per idem tempus eminentia regna erant gentium, in quibus terrigenarum civitas, hoc est societas hominum secundum hominem viventium, sub dominatu angelorum desertorum insignius excellebat; regna videlicet tria, Sicyoniorum, Aegyptiorum, Assyriorum. Sed Assyriorum multo erat potentius atque sublimius. Nam rex ille Ninus Beli filius, excepta India, universae Asiae populos subjugaverat. Asiam nunc dico, non illam partem quae hujus majoris Asiae una provincia est, sed eam quae universa Asia nuncupatur, quam quidam in altera duarum, plerique autem in tertia totius orbis parte posuerunt, ut sint omnes, Asia, Europa, et Africa: quod non aequali divisione fecerunt. Namque ista quae Asia nuncupatur, a meridie per orientem usque ad septentrionem pervenit: Europa vero a septentrione usque ad occidentem; atque inde Africa ab occidente usque ad meridiem. Unde videntur orbem dimidium duae tenere, Europa et Africa, alium vero dimidium sola Asia. Sed ideo illae duae partes factae sunt, quia inter utramque ab Oceano ingreditur quidquid aquarum terras interluit, et hoc mare magnum nobis facit. Quapropter si in duas partes orbem dividas, Orientis et Occidentis, Asia erit in una, in altera vero Europa et Africa. Quamobrem trium regnorum, quae tunc praecellebant, scilicet Sicyoniorum non erat sub Assyriis, quia in Europa sunt: Aegyptiorum autem quomodo eis non subjacebat, a quibus tota Asia tenebatur, solis Indis, ut perhibetur, exceptis? In Assyria igitur praevaluerat dominatus impiae civitatis: hujus caput erat illa Babylon, cujus terrigenae civitatis nomen aptissimum est, id est Confusio. Ibi jam Ninus regnabat post mortem patris sui Beli, qui primus illic regnaverat sexaginta quinque annos. Filius vero ejus Ninus, qui defuncto patri successit in regnum, quinquaginta duos regnavit annos, et habebat in regno quadraginta tres, quando natus est Abraham, qui erat annus circiter millesimus ducentesimus ante conditam Romam, veluti alteram in Occidente Babyloniam.

Caput XVIII.

De iterato alloquio Dei ad Abraham, quo ei et semini ejus Chanaan terra promittitur.

Egressus ergo Abraham de Charra septuagesimo quinto anno aetatis suae, centesimo autem quadragesimo et quinto patris sui, cum Lot filio fratris et Sarra conjuge perrexit in terram Chanaan, et pervenit usque ad Sichem, ubi rursus accepit divinum oraculum, de quo ita scriptum est: Et apparuit Dominus Abrahae, et dixit illi, Semini tuo dabo terram hanc (Gen. XII, 7). Nihil hic de illo semine promissum est, in quo pater factus est omnium gentium: sed de illo solo, de quo pater est unius Israeliticae gentis; ab hoc enim semine terra illa possessa est.

Por el mismo tiempo había reinos eminentes de las naciones, en los cuales la ciudad de los nacidos de la tierra, esto es, la sociedad de los hombres que viven según el hombre, sobresalía más notablemente bajo el dominio de los ángeles desertores; a saber, tres reinos: el de los sicionios, el de los egipcios y el de los asirios. Pero el de los asirios era mucho más poderoso y sublime. Pues aquel rey Nino, hijo de Belo, exceptuando la India, había subyugado a los pueblos de toda el Asia. Digo Asia ahora, no aquella parte que es una provincia de esta Asia mayor, sino aquella que es llamada Asia entera, la cual algunos pusieron en una de las dos partes de todo el orbe, pero la mayoría en la tercera parte, de modo que sean todas: Asia, Europa y África: lo cual no hicieron con una división igual. Porque esta que es llamada Asia llega desde el mediodía por el oriente hasta el septentrión: Europa ciertamente desde el septentrión hasta el occidente; y desde allí África desde el occidente hasta el mediodía. Por lo cual parece que dos partes, Europa y África, ocupan la mitad del orbe, y Asia sola la otra mitad. Pero aquellas dos partes se hicieron porque entre ambas entra desde el Océano cuanta agua baña las tierras, y esto forma para nosotros el mar grande. Por lo cual, si divides el orbe en dos partes, de Oriente y de Occidente, Asia estará en una, y en la otra Europa y África. Por lo cual, de los tres reinos que entonces sobresalían, el de los sicionios no estaba bajo los asirios, porque están en Europa; pero el de los egipcios, ¿cómo no les estaba sujeto, siendo que por ellos era poseída toda el Asia, exceptuados los indios, según se cuenta? En Asiria, por tanto, había prevalecido el dominio de la ciudad impía: la cabeza de esta era aquella Babilonia, cuyo nombre es el más apto para la ciudad nacida de la tierra, esto es, Confusión. Allí reinaba ya Nino después de la muerte de su padre Belo, quien primero había reinado allí sesenta y cinco años. Su hijo Nino, que sucedió al padre difunto en el reino, reinó cincuenta y dos años, y estaba en el cuadragésimo tercer año de su reino cuando nació Abraham, que fue aproximadamente el año mil doscientos antes de la fundación de Roma, como si fuera otra Babilonia en el Occidente.

Capítulo XVIII.

Del repetido coloquio de Dios con Abraham, por el cual se le promete a él y a su descendencia la tierra de Canaán.

Habiendo salido, pues, Abraham de Carrán en el año setenta y cinco de su edad, y en el ciento cuarenta y cinco de la de su padre, partió con Lot, el hijo de su hermano, y Sara su esposa, hacia la tierra de Canaán, y llegó hasta Siquem, donde de nuevo recibió un oráculo divino, del cual está escrito así: "Y se apareció el Señor a Abraham, y le dijo: A tu descendencia daré esta tierra" (Gén. 12, 7). Nada se prometió aquí sobre aquella descendencia en la cual fue hecho padre de todas las naciones; sino solo sobre aquella de la cual es padre de la única nación israelita; pues por esta descendencia fue poseída aquella tierra.

Caput XIX.

De Sarrae pudicitia in Aegypto per Deum custodita, quam Abraham non uxorem suam esse dixerat, sed sororem.

Deinde aedificato ibi altari, et invocato Deo, Abraham profectus est inde, et habitavit in eremo, atque inde ire in Aegyptum famis necessitate compulsus est. Ubi uxorem suam dixit sororem (Gen. XII, 7-19), nihil mentitus. Erat enim et hoc, quia propinqua erat sanguine: sicut etiam Lot eadem propinquitate, cum fratris ejus esset filius, frater ejus est dictus. Itaque uxorem tacuit, non negavit, conjugis tuendam pudicitiam committens Deo, et humanas insidias cavens ut homo: quoniam si periculum quantum caveri poterat, non caveret, magis tentaret Deum, quam speraret in Deum. De qua re contra calumniantem Faustum Manichaeum satis diximus (Lib. 22, cap. 36). Denique factum est quod de Domino praesumpsit Abraham. Nam Pharao rex Aegypti, qui eam sibi uxorem acceperat, graviter afflictus marido reddidit (Gen. XII, 20). Ubi absit ut credamus, alieno concubitu fuisse pollutam: quia multo est credibilius, hoc Pharaonem facere afflictionibus magnis non fuisse permissum.

Caput XX.

De secessione Lot et Abrahae, quae illis salva charitate complacuit.

Reverso igitur Abraham ex Aegypto in locum unde venerat, tunc Lot fratris filius ab illo in terram Sodomorum, salva charitate, discessit. Divites quippe facti erant, pastoresque multos pecorum habere coeperant, quibus inter se rixantibus, eo modo familiarum suarum pugnacem discordiam vitaverunt. Poterat quippe hinc, ut sunt humana, etiam inter ipsos aliqua rixa consurgere. Proinde hoc malum praecaventis Abrahae verba ista sunt ad Lot: Non sit rixa inter me et te, et inter pastores meos et pastores tuos, quia homines fratres nos sumus: nonne ecce tota terra ante te est? Discede a me: si tu in sinistram, ego in dextram; vel si tu in dextram, ego in sinistram (Id. XIII, 8 et 9). Hinc fortassis effecta est inter homines pacifica consuetudo, ut quando terrenorum aliquid partiendum est, major dividat, minor eligat.

Caput XXI.

De tertia promissione Dei, qua terram Chanaan Abrahae et semini ejus in perpetuum pollicetur.

Capítulo XIX.

De la castidad de Sara custodiada por Dios en Egipto, a quien Abraham había dicho que no era su esposa, sino su hermana.

Después, habiendo edificado allí un altar e invocado a Dios, Abraham partió de allí y habitó en el desierto, y desde allí fue compelido por la necesidad del hambre a ir a Egipto. Allí dijo que su esposa era su hermana (Gén. 12, 7-19), no mintiendo en nada. Pues también era esto, porque era parienta de sangre: así como Lot, por el mismo parentesco, siendo hijo de su hermano, fue llamado su hermano. Por tanto, calló que era su esposa, no lo negó, encomendando a Dios la custodia de la castidad de su cónyuge, y como hombre precaviéndose de las acechanzas humanas; ya que si no se precaviera del peligro cuanto podía precaverse, más bien tentaría a Dios que esperaría en Dios. Sobre la cual cosa hemos dicho bastante contra las calumnias de Fausto el maniqueo (Lib. 22, cap. 36). Finalmente, se hizo lo que Abraham presumió del Señor. Pues Faraón, rey de Egipto, que la había tomado para sí por esposa, gravemente afligido, la devolvió a su marido (Gén. 12, 20). Donde lejos de nosotros esté el creer que fue manchada por el concúbito ajeno; porque es mucho más creíble que a Faraón no le fue permitido hacer esto por las grandes aflicciones.

Capítulo XX.

De la separación de Lot y Abraham, que les plugo a salvo de la caridad.

Vuelto, pues, Abraham de Egipto al lugar de donde había venido, entonces Lot, el hijo de su hermano, se apartó de él hacia la tierra de Sodoma, a salvo de la caridad. Pues se habían hecho ricos, y habían comenzado a tener muchos pastores de ganados, quienes riñendo entre sí, evitaron de ese modo la discordia pugnaz de sus familias. Pues podría de aquí, como son las cosas humanas, surgir alguna riña incluso entre ellos mismos. Por tanto, las palabras de Abraham a Lot, precaviendo este mal, son estas: "No haya riña entre mí y ti, y entre mis pastores y tus pastores, porque somos hombres hermanos; ¿no está, pues, toda la tierra ante ti? Apártate de mí: si tú vas a la izquierda, yo a la derecha; o si tú a la derecha, yo a la izquierda" (Id. 13, 8 y 9). De aquí tal vez se estableció entre los hombres la costumbre pacífica de que, cuando algo de las cosas terrenas debe ser repartido, el mayor divida y el menor elija.

Capítulo XXI.

De la tercera promesa de Dios, por la cual se promete la tierra de Canaán a Abraham y a su descendencia para siempre.

Cum ergo digressi essent, separatimque habitarent Abraham et Lot necessitate sustentandae familiae, non foeditate discordiae, et Abraham in terra Chanaan, Lot autem esset in Sodomis, oraculo tertio Dominus dixit ad Abraham: Respiciens oculis tuis vide a loco in quo nunc tu es, ad Aquilonem, et Africum, et Orientem, et Mare; quia omnem terram quam tu vides, tibi dabo, et semini tuo usque in saeculum, et faciam semen tuum tanquam arenam terrae. Si potest aliquis dinumerare arenam terrae, et semen tuum dinumerabitur. Surgens perambula terram in longitudinem ejus, et in latitudinem, quia tibi dabo eam (Gen. XIII, 14-17). In hac promissione utrum sit etiam illa, qua pater factus est omnium gentium, non evidenter apparet. Potest enim videri ad hoc pertinere, Et faciam semen tuum tanquam arenam terrae: quod ea locutione dictum est, quam Graeci vocant hyperbolen; quae utique tropica est, non propria. Quo tamen modo, ut caeteris tropis uti solere Scripturam, nullus qui eam didicit, ambigit. Iste autem tropus, id est modus locutionis, fit quando id quod dicitur, longe est amplius, quam quod eo dicto significatur. Quis enim non videat, quam sit incomparabiliter amplior arenae numerus, quam potest esse omnium hominum ab ipso Adam usque ad terminum saeculi? quanto ergo magis quam semen Abrahae; non solum quod pertinet ad Israeliticam gentem, verum etiam quod est, et futurum est, secundum imitationem fidei, toto orbe terrarum in omnibus gentibus? Quod semen, in comparatione multitudinis impiorum, profecto in paucis est. quamvis et ipsi pauci faciant innumerabilem multitudinem suam, quae significata est secundum hyperbolen per arenam terrae. Sane ista multitudo quae promittitur Abrahae, non Deo est innumerabilis, sed hominibus: Deo autem nec arena terrae. Proinde quia non tantum gens Israelitica, sed universum semen Abrahae, ubi est et promissio, non secundum carnem, sed secundum spiritum plurium filiorum, congruentius arenae multitudini comparatur; potest hic intelligi utriusque rei facta promissio. Sed ideo diximus, quod non evidenter appareat, quia et illius gentis unius multitudo, quae secundum carnem nata est ex Abraham per ejus nepotem Jacob, in tantum crevit, ut pene omnes partes orbis impleverit. Et ideo potuit et ipsa secundum hyperbolen arenae multitudini comparari; quia et haec sola innumera est homini. Terram certe illam solam significatam, quae appellata est Chanaan, nemo ambigit. Sed quod dictum est, Tibi dabo eam, et semini tuo usque in saeculum; potest movere nonnullos, si usque in saeculum intelligant in aeternum.

Habiéndose, pues, apartado, y habitando separadamente Abraham y Lot por la necesidad de sustentar a su familia, no por la torpeza de la discordia, y estando Abraham en la tierra de Canaán, pero Lot en Sodoma, en un tercer oráculo dijo el Señor a Abraham: "Alzando tus ojos mira desde el lugar en que ahora estás, al Aquilón, y al Mediodía, y al Oriente, y al Mar; porque toda la tierra que tú ves, te la daré a ti, y a tu descendencia para siempre, y haré tu descendencia como la arena de la tierra." Si alguien puede contar la arena de la tierra, también tu descendencia será contada. Levantándote recorre la tierra en su longitud, y en su latitud, porque a ti te la daré (Gén. 13, 14-17). En esta promesa, si está también aquella por la cual fue hecho padre de todas las naciones, no aparece evidentemente. Pues puede parecer que pertenece a esto: "Y haré tu descendencia como la arena de la tierra"; lo cual se dijo con aquella locución que los griegos llaman hipérbole; la cual ciertamente es trópica, no propia. De qué modo, sin embargo, la Escritura suele usar otros tropos, ninguno que la haya estudiado lo duda. Este tropo, es decir, modo de locución, se produce cuando lo que se dice es mucho más amplio que lo que se significa con dicho dicho. Pues ¿quién no ve cuán incomparablemente más amplio es el número de la arena de lo que puede ser el de todos los hombres desde el mismo Adán hasta el fin del siglo? ¡Cuánto más, por tanto, que la descendencia de Abraham; no solo la que pertenece a la nación israelita, sino también la que es, y ha de ser, según la imitación de la fe, en todo el orbe de la tierra en todas las naciones! Cuya descendencia, en comparación con la multitud de los impíos, ciertamente se halla en unos pocos. Aunque esos mismos pocos hagan su multitud innumerable, la cual fue significada según la hipérbole por la arena de la tierra. Ciertamente aquella multitud que se promete a Abraham no es innumerable para Dios, sino para los hombres; pues para Dios ni siquiera la arena de la tierra lo es. Por tanto, porque no solo la nación israelita, sino toda la descendencia de Abraham, donde está también la promesa, no según la carne, sino según el espíritu de muchos hijos, se compara más congruentemente a la multitud de la arena; puede entenderse aquí hecha la promesa de ambas cosas. Pero por eso dijimos que no aparecía evidentemente, porque también la multitud de aquella sola nación, que nació según la carne de Abraham por su nieto Jacob, creció tanto que llenó casi todas las partes del orbe. Y por eso pudo también ella ser comparada según la hipérbole a la multitud de la arena; porque también esta sola es innumerable para el hombre. Ciertamente nadie duda que se significó solo aquella tierra que fue llamada Canaán. Pero lo que se dijo: "Te la daré a ti, y a tu descendencia para siempre"; puede inquietar a algunos si entienden "para siempre" (usque in saeculum) como eternamente.

Si autem in saeculum hoc loco sic accipiant, quemadmodum fideliter tenemus, initium futuri saeculi a fine praesentis ordiri, nihil eos movebit: quia etsi expulsi sunt Israelitae de Jerosolymis, manent tamen in aliis civitatibus terrae Chanaan, et usque in finem manebunt; et universa terra illa cum a christianis inhabitatur, etiam ipsum semen est Abrahae.

Caput XXII.

De superatis ab Abraham hostibus Sodomorum, quando et Lot de captivitate eripuit, et a Melchisedech sacerdote benedictus est.

Hoc responso promissionis accepto migravit Abraham, et mansit in alio ejusdem terrae loco, id est juxta quercum Mambre, quae erat Chebron (Gen. XIII, 18). Deinde ab hostibus qui Sodomis irruerant, cum quinque reges adversus quatuor bellum gererent, et victis Sodomitis etiam Lot captus esset, liberavit eum Abraham, adductis secum in praelium trecentis decem et octo vernaculis suis: et victoriam fecit regibus Sodomorum, nihilque spoliorum auferre voluit, cum rex cui vicerat obtulisset. Sed plane tunc benedictus est a Melchisedech, qui erat sacerdos Dei excelsi (Id. XIV, 1-20): de quo in Epistola quae inscribitur ad Hebraeos, quam plures apostoli Pauli esse dicunt, quidam vero negant, multa et magna conscripta sunt (Hebr. VII). Ibi quippe primum apparuit sacrificium, quod nunc a Christianis offertur Deo toto orbe terrarum, impleturque illud quod longe post hoc factum per prophetam dicitur ad Christum, qui fuerat adhuc venturus in carne: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech (Psal. CIX, 4). Non scilicet secundum ordinem Aaron: qui ordo fuerat auferendus illucescentibus rebus, quae illis umbris praenotabantur.

CAPUT XXIII.---De verbo Domini ad Abraham, quo ei promittitur secundum multitudinem stellarum multiplicanda posteritas; quod credens justificatus est adhuc in praeputio constitutus.

Etiam tunc factum est verbum Domini ad Abraham in visu. Qui cum ei protectionem mercedemque promitteret valde multam; ille de posteritate sollicitus, quemdam Eliezer vernaculum suum futurum sibi haeredem dixit: continuoque illi promissus est haeres, non ille vernaculus, sed qui de ipso Abraham fuerat exiturus: rursusque semen innumerabile, non sicut arena terrae, sed sicut stellae coeli (Gen. XV, 1-5): ubi mihi magis videtur promissa posteritas coelesti felicitate sublimis.

Pero si en este lugar toman "para el siglo" (in saeculum) del modo en que fielmente sostenemos, que el comienzo del siglo futuro arranca del fin del presente, nada les inquietará; porque aunque los israelitas hayan sido expulsados de Jerusalén, permanecen sin embargo en otras ciudades de la tierra de Canaán, y permanecerán hasta el fin; y cuando toda aquella tierra es habitada por cristianos, es también la misma descendencia de Abraham.

Capítulo XXII.

De los enemigos de Sodoma vencidos por Abraham, cuando también rescató a Lot de la cautividad, y fue bendecido por el sacerdote Melquisedec.

Habiendo recibido esta respuesta de la promesa, Abraham se trasladó y habitó en otro lugar de la misma tierra, esto es, junto a la encina de Mamre, que era Hebrón (Gén. 13, 18). Después, de los enemigos que habían irrumpido en Sodoma, cuando cinco reyes hacían la guerra contra cuatro, y vencidos los sodomitas también Lot había sido capturado, Abraham lo liberó, habiendo llevado consigo a la batalla a trescientos dieciocho de sus criados nacidos en su casa; y obtuvo la victoria para los reyes de Sodoma, y no quiso llevarse nada de los despojos, aunque el rey por quien había vencido se lo había ofrecido. Pero claramente entonces fue bendecido por Melquisedec, que era sacerdote del Dios Altísimo (Id. 14, 1-20): sobre el cual en la Epístola que se titula a los Hebreos, que muchos dicen que es del apóstol Pablo, pero algunos lo niegan, se han escrito muchas y grandes cosas (Heb. 7). Allí ciertamente apareció primero el sacrificio que ahora es ofrecido a Dios por los cristianos en todo el orbe de la tierra, y se cumple aquello que mucho tiempo después de este hecho se dice por el profeta a Cristo, que aún había de venir en la carne: "Tú eres sacerdote para siempre según el orden de Melquisedec" (Sal. 110, 4). No ciertamente según el orden de Aarón: el cual orden debía ser quitado al alborear las cosas que por aquellas sombras se prefiguraban.

CAPÍTULO XXIII.—De la palabra del Señor a Abraham, por la cual se le promete una posteridad que ha de multiplicarse según la multitud de las estrellas; creyendo la cual fue justificado, estando aún en el prepucio.

También entonces se dirigió la palabra del Señor a Abraham en una visión. Cuando le prometía protección y una recompensa muy grande; él, solícito por su posteridad, dijo que un cierto Eliezer, su criado nacido en casa, sería su heredero; y al punto le fue prometido un heredero, no aquel criado, sino el que había de salir del mismo Abraham; y de nuevo una descendencia innumerable, no como la arena de la tierra, sino como las estrellas del cielo (Gén. 15, 1-5): donde me parece que se prometió más bien una posteridad sublime en la felicidad celestial.

Nam quantum ad multitudinem pertinet, quid sunt stellae coeli ad arenam terrae, nisi quis et istam comparationem in tantum esse similem dicat, in quantum etiam stellae dinumerari non valent? quia nec omnes eas videri posse credendum est. Nam quanto quisque acutius intuetur, tanto plures videt: unde et acerrime cernentibus aliquas occultas esse merito existimatur, exceptis eis sideribus quae in alia parte orbis a nobis remotissima oriri et occidere perhibentur. Postremo quicumque universum stellarum numerum comprehendisse et conscripsisse jactantur, sicut Aratus vel Eudoxus, vel si qui alii sunt, eos libri hujus contemnit auctoritas. Hic sane illa sententia ponitur, cujus Apostolus meminit propter Dei gratiam commendandam, Credidit Abraham Deo, et deputatum est illi ad justitiam (Gen. XV, 6; Rom. IV, 3, et Galat. III, 6): ne circumcisio gloriaretur, gentesque incircumcisas ad fidem Christi nollet admitti. Hoc enim quando factum est, ut credenti Abrahae deputaretur fides ad justitiam, nondum fuerat circumcisus.

Caput XXIV.

De significatione sacrificii, quod Abraham offerre praeceptus est, cum poposcisset ut de his quae crediderat, doceretur.

1. In eodem visu cum loqueretur ei Deus, etiam hoc ait ad illum: Ego Deus qui te eduxi de regione Chaldaeorum, ut dem tibi terram hanc, ut haeres sis ejus. Ubi cum interrogasset Abraham secundum quid sciret, quod haeres ejus erit, dixit illi Deus: Accipe mihi juvencam trimam, et capram trimam, et arietem trimum, et turturem, et columbam. Accepit autem illi haec omnia, et divisit illa media, et posuit ea contra faciem alterum alteri: aves autem non divisit. Et descenderunt, sicut scriptum est, aves supra corpora quae divisa erant, et consedit illis Abram. Circa solis autem occasum pavor irruit super Abram, et ecce timor tenebrosus magnus incidit ei: et dictum est ad Abram, Sciendo scies, quia peregrinum erit semen tuum in terra non propria, et in servitutem redigent eos, et affligent eos quadringentis annis; gentem autem cui servierint, judicabo ego. Post haec vero exibunt huc cum suppellectili multa. Tu autem ibis ad patres tuos cum pace nutritus in senecta bona. Quarta vero generatione convertent se huc. Nondum enim impleta sunt peccata Amorrhaeorum usque adhuc. Cum autem jam sol erat ad occasum, facta est flamma, et ecce fornax fumabunda, et lampades ignis, quae pertransierunt per media divisa illa. In die illa disposuit Dominus Deus testamentum ad Abram, dicens: Semini tuo dabo terram hanc, a flumine Aegypti usque ad flumen magnum Euphratem, Cenaeos, et Cenezaeos, et Cedmonaeos, et Chetaeos, et Pheresaeos, et Raphaim, et Amorrhaeos, et Chananaeos, et Evaeos, et Gergesaeos, et Jebusaeos.

Pues en lo que toca a la multitud, ¿qué son las estrellas del cielo comparadas con la arena de la tierra, a no ser que alguien diga que esta comparación es semejante en tanto en cuanto tampoco las estrellas pueden contarse? Porque no debe creerse que todas ellas puedan verse. Pues cuanto más agudamente mira cada uno, tanto más ve; por lo cual se piensa con razón que algunas están ocultas incluso para los que ven con más agudeza, exceptuadas aquellas estrellas que se dice que salen y se ponen en otra parte del mundo muy remota de nosotros. Finalmente, cualesquiera que se jactan de haber comprendido y descrito el número universal de las estrellas, como Arato o Eudoxo, o si hay algunos otros, la autoridad de este libro los desprecia. Aquí ciertamente se pone aquella sentencia que el Apóstol menciona para encomendar la gracia de Dios: "Creyó Abraham a Dios, y le fue reputado para justicia" (Gén. 15, 6; Rom. 4, 3 y Gál. 3, 6): para que la circuncisión no se gloriara, y no quisiera admitir a las naciones incircuncisas a la fe de Cristo. Pues cuando esto se hizo, que se reputara la fe de Abraham para justicia, aún no había sido circuncidada.

Capítulo XXIV.

De la significación del sacrificio que se mandó ofrecer a Abraham, habiendo pedido que se le instruyera sobre las cosas que había creído.

1. En la misma visión, cuando Dios hablaba con él, también le dijo esto: "Yo soy el Dios que te saqué de la región de los caldeos, para darte esta tierra, para que seas su heredero". Donde, habiendo preguntado Abraham por qué medio sabría que sería su heredero, Dios le dijo: "Toma para mí una becerra de tres años, y una cabra de tres años, y un carnero de tres años, y una tórtola, y una paloma". Tomó, pues, todas estas cosas para Él, y las dividió por la mitad, y las puso una frente a otra, una contra otra; pero las aves no las dividió. Y descendieron, como está escrito, aves sobre los cuerpos que habían sido divididos, y Abram se sentó con ellos. Pero hacia el ocaso del sol, un pavor cayó sobre Abram, y he aquí que un gran temor tenebroso le sobrevino; y se le dijo a Abram: Sabiendo sabrás que tu descendencia será peregrina en tierra no propia, y los reducirán a servidumbre, y los afligirán por cuatrocientos años; pero a la nación a la que sirvan, yo la juzgaré. Después de estas cosas ciertamente saldrán de aquí con muchos enseres. Tú, por tu parte, irás a tus padres en paz, alimentado en una buena vejez. Pero en la cuarta generación volverán acá. Porque aún no se han completado los pecados de los amorreos hasta ahora. Cuando ya el sol se ponía, se produjo una llama, y he aquí un horno humeante y lámparas de fuego, que pasaron por medio de aquellas mitades divididas. En aquel día el Señor Dios dispuso un testamento con Abram, diciendo: A tu descendencia daré esta tierra, desde el río de Egipto hasta el gran río Éufrates: a los ceneos, y a los ceneceos, y a los cedmoneos, y a los heteos, y a los fereceos, y a los rafaítas, y a los amorreos, y a los cananeos, y a los heveos, y a los gergeseos, y a los jebuseos.

2. Haec omnia in visu facta divinitus atque dicta sunt, de quibus singulis enucleate disserere longum est, et intentionem operis hujus excedit. Quod ergo satis est, nosse debemus: posteaquam dictum est, credidisse Abraham Deo, et deputatum esse illi ad justitiam, non eum in fide defecisse, ut diceret, Dominator Domine, secundum quid sciam quia haeres ejus ero (Gen. XV, 7-21)? terrae quippe illius promissa erat haereditas. Non enim ait, Unde sciam, quasi adhuc non crederet: sed ait, Secundum quid sciam, ut ei rei quam crediderat, aliqua similitudo adhiberetur, qua ejus modus agnosceretur. Sicut non est virginis Mariae diffidentia, quod ait, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Quod enim futurum esse certa erat, modum quo fieret inquirebat. Et hoc cum quaesisset, audivit, Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi (Luc. I, 34, 35). Denique et hic similitudo data est de animalibus, juvenca, capra et ariete, et duabus volucribus, turture et columba: ut secundum haec futurum sciret, quod futurum esse jam non ambigeret. Sive ergo per juvencam significata sit plebs posita sub jugo legis, per capram eadem plebs peccatrix futura, per arietem eadem plebs etiam regnatura (quae animalia propterea trima dicuntur, quia cum sint insignes articuli temporum ab Adam usque ad Noe, et inde usque ad Abraham, et inde usque ad David, qui reprobato Saüle primus in regno gentis Israeliticae est Domini voluntate fundatus; in hoc ordine tertio, qui tenditur ex Abraham usque ad David, tanquam tertiam aetatem gerens ille populus adolevit); sive aliquid aliud convenientius ista significent; nullo tamen modo dubitaverim, spirituales in ea praefiguratos additamento turturis et columbae. Et ideo dictum est, Aves autem non divisit: quoniam carnales inter se dividuntur, spirituales autem nullo modo; sive a negotiosis conversationibus hominum se removeant, sicut turtur; sive inter illas degant, sicut columba: utraque tamen avis est simplex et innoxia; significans et in ipso Israelitico populo, cui terra illa danda erat, futuros individuos filios promissionis et haeredes regni in aeterna felicitate mansuri. Aves autem descendentes super corpora quae divisa erant, non boni aliquid, sed spiritus indicant aeris hujus, pastum quemdam suum de carnalium divisione quaerentes. Quod autem illis consedit Abraham, significat etiam inter illas carnalium divisiones veros usque in finem perseveraturos fideles. Et circa solis occasum quod pavor irruit in Abraham, et timor tenebrosus magnus, significat circa hujus saeculi finem magnam perturbationem ac tribulationem futuram fidelium: de qua Dominus dixit in Evangelio, Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio (Matth. XXIV, 21).

2. Todas estas cosas fueron hechas y dichas divinamente en una visión, sobre cada una de las cuales disertar detalladamente sería largo, y excede la intención de esta obra. Debemos conocer, por tanto, lo que es suficiente: después de que se dijo que Abraham creyó a Dios y le fue reputado para justicia, no desfalleció él en la fe para decir: "Señor Dios, ¿por qué medio sabré que seré su heredero?" (Gén. 15, 7-21); pues la herencia de aquella tierra le había sido prometida. Porque no dijo: "¿De dónde lo sabré?", como si aún no creyera; sino que dijo: "¿Por qué medio lo sabré?", para que a aquella cosa que había creído se le aplicara alguna semejanza por la cual se reconociera su modo. Así como no es desconfianza de la virgen María el que diga: "¿Cómo se hará esto, pues no conozco varón?". Porque estando cierta de que habría de ser, preguntaba el modo en que se haría. Y habiendo preguntado esto, oyó: "El Espíritu Santo vendrá sobre ti, y la virtud del Altísimo te hará sombra" (Luc. 1, 34, 35). Finalmente, también aquí se dio una semejanza tomada de los animales: una becerra, una cabra y un carnero, y dos aves, una tórtola y una paloma; para que según estas cosas supiera lo que habría de ser, lo cual ya no dudaba que sería. Sea, pues, que por la becerra se significó al pueblo puesto bajo el yugo de la ley, por la cabra al mismo pueblo que habría de ser pecador, por el carnero al mismo pueblo que también habría de reinar (animales que por eso se dicen de tres años, porque habiendo artículos notables de los tiempos desde Adán hasta Noé, y de allí hasta Abraham, y de allí hasta David, quien, reprobado Saúl, fue el primero fundado en el reino de la nación israelita por voluntad del Señor; en este tercer orden, que se extiende desde Abraham hasta David, aquel pueblo creció como llevando una tercera edad); o sea que estas cosas signifiquen algo más conveniente; de ningún modo dudaría que los espirituales fueron prefigurados en ella por el aditamento de la tórtola y de la paloma. Y por eso se dijo: "Pero a las aves no las dividió"; porque los carnales se dividen entre sí, pero los espirituales de ningún modo; ya sea que se retiren de las ruidosas conversaciones de los hombres, como la tórtola; o ya sea que vivan entre ellas, como la paloma; ambas aves son, sin embargo, simples e inofensivas; significando también en el mismo pueblo israelita, al cual se le debía dar aquella tierra, que habría futuros hijos individuales de la promesa y herederos del reino que permanecerían en la felicidad eterna. Pero las aves que descendían sobre los cuerpos que habían sido divididos no indican algo bueno, sino a los espíritus de este aire, que buscan un cierto pasto suyo en la división de los carnales. Pero el hecho de que Abraham se sentara con ellas significa que también entre aquellas divisiones de los carnales habría fieles verdaderos que perseverarían hasta el fin. Y el que hacia el ocaso del sol cayera un pavor sobre Abraham, y un gran temor tenebroso, significa hacia el fin de este siglo una gran perturbación y tribulación futura de los fieles; de la cual dijo el Señor en el Evangelio: "Habrá entonces una gran tribulación, cual no la hubo desde el principio" (Mat. 24, 21).

3. Quod vero dictum est ad Abraham, Sciendo scies quia peregrinum erit semen tuum in terra non propria, et in servitutem redigent eos, et affligent eos quadringentis annis; de populo Israel, qui fuerat in Aegypto serviturus, apertissime prophetatum est. Non quod in eadem servitute sub Aegyptiis affligentibus quadringentos annos ille populus fuerat peracturus; sed in ipsis quadringentis annis praenuntiatum est hoc futurum. Quemadmodum enim scriptum est de Thara patre Abrahae, Et fuerunt dies Tharae in Charra quinque et ducenti anni (Gen. XI, 32); non quia ibi omnes acti sunt, sed quia ibi completi sunt: ita et hic propterea interpositum est, Et in servitutem redigent eos, et affligent eos quadringentis annis; quoniam iste numerus in eadem afflictione completus est, non quia ibi universus peractus est. Quadringenti sane dicuntur anni propter numeri plenitudinem, quamvis aliquanto amplius sint; sive ex hoc tempore computentur, quo ista promittebantur Abrahae, sive ex quo natus est Isaac, propter semen Abrahae, de quo ista praedicuntur. Computantur enim, sicut superius jam diximus, ab anno septuagesimo et quinto Abrahae, quando ad eum facta est prima promissio, usque ad exitum Israel ex Aegypto, quadringenti et triginta anni: quorum Apostolus ita meminit: Hoc autem dico, inquit, testamentum confirmatum a Deo, quae post quadringentos et triginta annos facta est lex, non infirmat ad evacuandam promissionem (Galat. III, 17). Jam ergo isti quadringenti et triginta anni, quadringenti poterant nuncupari, quia non sunt multo amplius: quanto magis cum aliquot jam ex isto numero praeteriissent, quando illa in visu demonstrata et dicta sunt Abrahae; vel quando Isaac natus est centenario patri suo, a prima promissione post viginti et quinque annos, cum jam ex istis quadringentis triginta quadringenti et quinque remanerent, quos Deus quadringentos voluit nominare, et caetera quae sequuntur in verbis praenuntiantis Dei, nullus dubitaverit ad Israeliticum populum pertinere.

4. Quod vero adjungitur, Cum autem jam sol erat ad occasum, flamma facta est, et ecce fornax fumabunda, et lampades ignis, quae pertransierunt per media divisa illa; significat jam in fine saeculi per ignem judicandos esse carnales. Sicut enim afflictio civitatis Dei, qualis antea nunquam fuit, quae sub Antichristo futura speratur, significatur tenebroso timore Abrahae circa solis occasum, id est, propinquante jam fine saeculi: sic ad solis occasum, id est, ad ipsum jam finem, significatur isto igne dies judicii dirimens carnales per ignem salvandos, et in igne damnandos. Deinde testamentum factum ad Abraham, terram Chanaan proprie manifestat, et nominat in ea undecim gentes a flumine Aegypti usque ad flumen magnum Euphratem. Non ergo a flumine magno Aegypti, hoc est Nilo; sed a parvo, quod dividit inter Aegyptum et Palaestinam, ubi est civitas Rhinocorura.

3. En cuanto a lo que se dijo a Abraham: "Sabiendo sabrás que tu descendencia será extranjera en tierra no propia, y los reducirán a servidumbre, y los afligirán por cuatrocientos años", se profetizó muy claramente sobre el pueblo de Israel, que había de estar sirviendo en Egipto. No porque aquel pueblo hubiera de pasar cuatrocientos años en esa misma servidumbre bajo los egipcios que lo afligían; sino que se anunció que esto sucedería dentro de esos mismos cuatrocientos años. Pues así como está escrito de Taré, padre de Abraham: "Y fueron los días de Taré en Carrán doscientos cinco años" (Gén. 11, 32); no porque todos se pasaran allí, sino porque allí se completaron: así también aquí se interpuso por eso: "Y los reducirán a servidumbre, y los afligirán por cuatrocientos años"; porque ese número se completó en esa misma aflicción, no porque allí se pasara todo entero. Ciertamente se dicen cuatrocientos años por la plenitud del número, aunque sean algo más; ya sea que se cuenten desde este tiempo en que estas cosas se prometían a Abraham, o desde que nació Isaac, por causa de la descendencia de Abraham, de la cual se predicen estas cosas. Pues se cuentan, como ya dijimos arriba, desde el año setenta y cinco de Abraham, cuando se le hizo la primera promesa, hasta la salida de Israel de Egipto, cuatrocientos treinta años; de los cuales el Apóstol hace mención así: "Digo pues esto", dice, "el testamento confirmado por Dios, la ley que fue hecha después de cuatrocientos treinta años, no lo debilita para anular la promesa" (Gál. 3, 17). Ya pues estos cuatrocientos treinta años podían llamarse cuatrocientos, porque no son mucho más; cuánto más habiendo pasado ya algunos de ese número cuando aquellas cosas fueron mostradas y dichas a Abraham en la visión; o cuando nació Isaac a su padre centenario, veinticinco años después de la primera promesa, cuando ya de aquellos cuatrocientos treinta restaban cuatrocientos cinco, a los cuales Dios quiso nombrar cuatrocientos, y las demás cosas que siguen en las palabras de Dios que lo prenuncia, nadie dudaría que pertenecen al pueblo israelita.

4. Lo que se añade: "Y cuando ya el sol estaba al ocaso, se hizo una llama, y he aquí un horno humeante, y lámparas de fuego, que pasaron por medio de aquellas partes divididas", significa que ya al fin del siglo los carnales han de ser juzgados por el fuego. Pues así como la aflicción de la ciudad de Dios, cual no la hubo antes nunca, la cual se espera que habrá bajo el Anticristo, se significa por el temor tenebroso de Abraham hacia el ocaso del sol, es decir, acercándose ya el fin del siglo; así hacia el ocaso del sol, es decir, hacia el mismo fin, se significa por aquel fuego el día del juicio que discierne a los carnales que han de ser salvados por el fuego y condenados en el fuego. Después, el testamento hecho a Abraham manifiesta propiamente la tierra de Canaán, y nombra en ella a once naciones desde el río de Egipto hasta el gran río Éufrates. No, pues, desde el gran río de Egipto, esto es, el Nilo; sino desde el pequeño, que divide entre Egipto y Palestina, donde está la ciudad de Rinocorura.

Caput XXV.

De Agar ancilla Sarrae. quam eadem Sarra Abrahae voluit esse concubinam.

Jam hinc tempora consequuntur filiorum Abrahae, unius de Agar ancilla, alterius de Sarra libera, de quibus in libro superiore jam diximus (cap. 3). Quod autem attinet ad rem gestam, nullo modo est inurendum de hac concubina crimen Abrahae. Usus est ea quippe ad generandam prolem, non ad explendam libidinem; nec insultans, sed potius obediens conjugi, quae suae sterilitatis credidit esse solatium, si fecundum ancillae uterum, quoniam natura non poterat, voluntate faceret suum, et eo jure quo dicit Apostolus, Similiter et vir non habet potestatem corporis sui, sea mulier (I Cor. VII, 4), uteretur mulier ad pariendum ex altera, quod non poterat ex se ipsa. Nulla est hic cupido lasciviae, nulla nequitiae turpitudo. Ab uxore causa prolis ancilla marito traditur, a marito causa prolis accipitur: ab utroque non culpae luxus, sed naturae fructus exquiritur. Denique cum ancilla gravida, domina sterili, superbiret, et hoc Sarra suspicione muliebri viro potius imputaret, etiam ibi demonstravit Abraham non se amatorem servum, sed liberum fuisse genitorem, et in Agar Sarrae conjugi pudicitiam custodisse; nec voluptatem suam, sed voluntatem illius implevisse: accepisse, nec petiisse; accessisse, nec haesisse; seminasse, nec amasse. Ait enim: Ecce ancilla tua in manibus tuis, utere ea quomodo tibi placuerit (Gen. XVI, 6). O virum viriliter utentem feminis, conjuge temperanter, ancilla obtemperanter, nulla intemperanter!

Caput XXVI.

De testificatione Dei ad Abraham, qua eidem seni de sterili Sarra filium spondet, patremque eum gentium statuit, et promissi fidem sacramento circumcisionis obsignat.

1. Post haec est natus Ismael ex Agar, in quo putare posset impletum, quod ei promissum fuerat, cum sibi vernaculum suum adoptare voluisset, dicente Deo, Non erit haeres tuus hic; sed qui exiet de te, ille erit haeres tuus (Gen. XV, 4). Hoc ergo promissum ne in ancillae filio putaret impletum, jam cum esset annorum nonaginta et novem, apparuit ei Dominus, et dixit illi: Ego sum Deus, place in conspectu meo, et esto sine querela, et ponam testamentum meum inter me et inter te, et implebo te valde. Et procidit Abram in faciem suam.

Capítulo XXV.

De Agar, la esclava de Sara, a quien la misma Sara quiso que fuera concubina de Abraham.

Ya desde aquí siguen los tiempos de los hijos de Abraham, uno de Agar la esclava, el otro de Sara la libre, de los cuales ya hablamos en el libro anterior (cap. 3). En cuanto a lo que atañe al hecho mismo, de ningún modo ha de marcarse como crimen de Abraham lo referente a esta concubina. Pues hizo uso de ella para engendrar prole, no para saciar la libido; ni insultando, sino más bien obedeciendo a su esposa, la cual creyó que sería un consuelo para su esterilidad si hacía suyo por voluntad el fecundo vientre de la esclava, ya que la naturaleza no podía, y por aquel derecho por el cual dice el Apóstol: "Del mismo modo también el varón no tiene potestad sobre su propio cuerpo, sino la mujer" (1 Cor. 7, 4), usara la mujer al varón para parir de otra lo que no podía de sí misma. No hay aquí ningún deseo de lascivia, ninguna torpeza de maldad. Por la esposa, por causa de la prole, la esclava es entregada al marido; por el marido, por causa de la prole, es recibida: por ambos se busca no el lujo de la culpa, sino el fruto de la naturaleza. Finalmente, cuando la esclava encinta, siendo la señora estéril, se ensoberbeció, y Sara por sospecha mujeril imputó esto más bien al marido, también allí demostró Abraham que no había sido un amante esclavo, sino un libre progenitor, y que en Agar había guardado el pudor para Sara su esposa; y que había cumplido no su propio placer, sino la voluntad de ella: habiendo recibido, no pedido; habiendo accedido, no quedado; habiendo sembrado, no amado. Pues dice: "He aquí tu esclava en tus manos, úsala como te plazca" (Gén. 16, 6). ¡Oh varón que varonilmente usa de las mujeres, de la esposa con templanza, de la esclava con obediencia, de ninguna con destemplanza!

Capítulo XXVI.

Del testimonio de Dios a Abraham, por el cual promete al mismo anciano un hijo de la estéril Sara, y lo establece padre de las naciones, y sella la fe de la promesa con el sacramento de la circuncisión.

1. Después de estas cosas nació Ismael de Agar, en quien pudo pensar cumplido lo que se le había prometido, cuando había querido adoptar a su siervo nacido en casa, diciendo Dios: "No será este tu heredero; sino el que saliere de ti, ese será tu heredero" (Gén. 15, 4). Para que, pues, no pensara cumplida esta promesa en el hijo de la esclava, ya cuando era de noventa y nueve años, se le apareció el Señor y le dijo: "Yo soy Dios, agrada en mi presencia y sé sin queja, y pondré mi testamento entre mí y ti, y te colmaré sobremanera". Y Abram cayó sobre su rostro.

Et locutus est illi Deus, dicens: Et ego, ecce testamentum meum tecum; et eris pater multitudinis gentium: et non appellabitur adhuc nomen tuum Abram, sed erit nomen tuum Abraham; quia patrem multarum gentium posui te: et augebo te valde, et ponam te in gentes, et reges ex te exibunt: statuam testamentum meum inter me et inter te, et inter semen tuum post te in generationes eorum in testamentum aeternum, ut sim tibi Deus, et semini tuo post te. Et dabo tibi et semini tuo post te terram, in qua incola es, omnem terram Chanaan in possessionem aeternam, et ero illis Deus. Et dixit Deus ad Abraham: Tu autem testamentum meum conservabis, tu et semen tuum post te in progenies suas. Et hoc est testamentum quod conservabis inter me et vos, et inter semen tuum post te in generationes suas. Circumcidetur vestrum omne masculinum, et circumcidemini carnem praeputii vestri: et erit in signum testamenti inter me et vos. Et puer octo dierum circumcidetur, vestrum omne masculinum in progenies vestras. Vernaculus et emptitius ab omni filio alienigena, qui non est de semine tuo, circumcisione circumcidetur: vernaculus domus tuae et emptitius. Et erit testamentum meum in carne vestra in testamentum aetenum. Et qui non fuerit circumcisus, masculus qui non circumcidetur carnem praeputii sui octavo die, interibit anima illa de genere ejus; quia testamentum meum dissipavit. Et dixit Deus ad Abraham: Sara uxor tua, non appellabitur nomen ejus Sara, sed Sarra erit nomen ejus. Benedicam autem illam, et dabo tibi ex ea filium: et benedicam illum; et erit in nationes, et reges gentium ex eo erunt. Et procidit Abraham super faciem suam; et risit, et dixit in animo suo, dicens: Si mihi centum annos habenti nascetur filius, et si Sarra annorum nonaginta pariet? Dixit autem Abraham ad Deum: Ismael hic vivat in conspectu tuo. Dixit autem Deus ad Abraham: Ita, ecce Sarra uxor tua pariet tibi filium, et vocabis nomen ejus Isaac: et statuam testamentum meum ad illum in testamentum aeternum, esse illi Deus, et semini ejus post illum. De Ismael autem ecce exaudivi te: ecce benedixi eum, et ampliabo illum, et multiplicabo illum valde. Duodecim gentes generabit: et dabo illum in gentem magnam. Testamentum autem meum statuam ad Isaac, quem pariet tibi Sarra in tempore hoc ad annum sequentem (Gen. XVII, 1-21).

2. Hic apertiora promissa sunt de vocatione Gentium in Isaac, id est, in filio promissionis, quo significatur gratia, non natura: quia de sene et anu sterili promittitur filius. Quamvis enim et naturalem procreationis excursum Deus operetur: ubi tamen evidens opus Dei est, vitiata et cessante natura, ibi evidentius intelligitur gratia. Et quia hoc non per generationem, sed per regenerationem futurum erat, ideo nunc imperata est circumcisio, quando de Sarra promissus est filius.

Y habló Dios con él, diciendo: "Y yo, he aquí mi testamento contigo; y serás padre de una multitud de naciones: y no se llamará ya más tu nombre Abram, sino que será tu nombre Abraham; porque te he puesto por padre de muchas naciones: y te aumentaré sobremanera, y te pondré en naciones, y reyes saldrán de ti: estableceré mi testamento entre mí y ti, y entre tu descendencia después de ti en sus generaciones para un testamento eterno, para serte a ti por Dios y a tu descendencia después de ti." Y te daré a ti y a tu descendencia después de ti la tierra en la que eres morador, toda la tierra de Canaán en posesión eterna, y seré para ellos Dios". Y dijo Dios a Abraham: "Tú, pues, guardarás mi testamento, tú y tu descendencia después de ti en sus linajes. Y este es el testamento que guardarás entre mí y vosotros, y entre tu descendencia después de ti en sus generaciones. Se circuncidará todo varón vuestro, y circuncidaréis la carne de vuestro prepucio: y será por señal del testamento entre mí y vosotros. And a boy of eight days shall be circumcised, every male of yours in your progenies. El nacido en casa y el comprado de cualquier hijo extranjero, que no es de tu descendencia, será circuncidado con la circuncisión: el nacido en tu casa y el comprado. Y estará mi testamento en vuestra carne para un testamento eterno. Y el que no fuere circuncidado, el varón que no se circuncidare la carne de su prepucio al octavo día, perecerá aquella alma de su linaje; porque disipó mi testamento". Y dijo Dios a Abraham: "Sara tu mujer, no se llamará su nombre Sara, sino que Sarra será su nombre. And I will bless her, and I will give to you from her a son: and I will bless him; and he shall be into nations, and kings of nations shall be from him." Y cayó Abraham sobre su rostro; y se rió, y dijo en su ánimo, diciendo: "¿Si a mí, teniendo cien años, me nacerá un hijo, y si Sarra de noventa años parirá?". Dijo pues Abraham a Dios: "Viva este Ismael en tu presencia". Dijo pues Dios a Abraham: "Así, he aquí que Sara tu mujer te parirá un hijo, y llamarás su nombre Isaac: y estableceré mi testamento con él para un testamento eterno, para serle Dios, y a su descendencia después de él. Pero de Ismael, he aquí que te he oído: he aquí que lo he bendecido, y lo ampliaré, y lo multiplicaré sobremanera. Doce naciones engendrará: y lo daré para una gran nación. Pero mi testamento lo estableceré con Isaac, a quien te parirá Sara en este tiempo para el año siguiente" (Gén. 17, 1-21).

2. Aquí las promesas son más claras sobre la vocación de las gentes en Isaac, es decir, en el hijo de la promesa, por quien se significa la gracia, no la naturaleza: porque de un anciano y de una anciana estéril se promete un hijo. Pues aunque Dios opera también el curso natural de la procreación: sin embargo, donde la obra de Dios es evidente, estando viciada y cesando la naturaleza, allí se entiende más claramente la gracia. Y porque esto había de ser no por generación, sino por regeneración, por eso ahora se mandó la circuncisión, cuando se prometió el hijo de Sara.

Et quod omnes, non solum filios, verum etiam servos vernaculos et emptitios circumcidi jubet, ad omnes istam gratiam pertinere testatur. Quid enim aliud circumcisio significat, quam vetustate exuta naturam renovatam? et quid aliud quam Christum octavus dies, qui hebdomada completa, hoc est post sabbatum, resurrexit? Parentum mutantur et nomina, omnia resonant novitatem, et in Testamento vetere obumbratur novum. Quid est enim quod dicitur Testamentum vetus, nisi occultatio novi? et quid est aliud quod dicitur novum, nisi veteris revelatio? Risus Abrahae, exsultatio est gratulantis, non irrisio diffidentis. Verba quoque ejus illa in animo suo, Si mihi centum annos habenti nascetur filius, et si Sarra annorum nonaginta pariet? non sunt dubitantis, sed admirantis. Si quem vero movet quod dictum est, Et dabo tibi et semini tuo post te terram, in qua tu incola es, omnem terram Chanaan in possessionem aeternam; quomodo accipiatur impletum, sive adhuc exspectetur implendum, cum possessio quaecumque terrena aeterna cuilibet genti esse non possit: sciat aeternum a nostris interpretari, quod Graeci appellant *αἰώνιον* quod a saeculo derivatum est: *αἰών* quippe graece saeculum nuncupatur. Sed non sunt ausi Latini hoc dicere saeculare, ne longe in aliud mitterent sensum. Saecularia quippe dicuntur multa, quae in hoc saeculo sic aguntur, ut brevi etiam tempore transeant: *αἰώνιον* autem quod dicitur, aut non habet finem, aut usque in hujus saeculi tenditur finem.

Caput XXVII.

De masculo, qui si octavo die non fuerit circumcisus, perit anima ejus, quia testamentum Dei dissipavit.

Item potest movere, quomodo intelligi operteat quod hic dictum est, Masculus qui non circumcidetur carnem praeputii sui octavo die, interibit anima illa de genere ejus, quia testamentum meum dissipavit: cum haec nulla culpa sit parvuli, cujus dixit animam perituram; nec ipse dissipaverit testamentum Dei, sed majores qui eum circumcidere non curarunt: nisi quia etiam parvuli, non secundum suae vitae proprietatem, sed secundum communem generis humani originem, omnes in illo uno testamentum Dei dissipaverunt, in quo omnes peccaverunt (Rom. V. 12). Multa quippe appellantur testamenta Dei, exceptis illis duobus magnis, vetere et novo, quod licet cuique legendo cognoscere. Testamentum autem primum, quod factum est ad hominem primum, profecto illud est: Qua die ederitis, morte moriemini (Gen. II, 17). Unde scriptum est in libro, qui Ecclesiasticus appellatur, Omnis caro sicut vestis veterascit. Testamentum enim a saeculo, Morte morieris (Eccli. XIV, 18, sec. LXX).

Y el que mande circuncidar a todos, no sólo a los hijos, sino también a los siervos nacidos en casa y a los comprados, testifica que esa gracia pertenece a todos. ¿Pues qué otra cosa significa la circuncisión, sino la naturaleza renovada, despojada de la vejez? ¿And qué otra cosa sino a Cristo significa el octavo día, el cual, completada la semana, esto es, después del sábado, resucitó? Se cambian también los nombres de los padres, todas las cosas resuenan novedad, y en el Testamento Viejo se ensombrece el Nuevo. ¿Pues qué es lo que se llama Testamento Viejo, sino la ocultación del Nuevo? ¿And qué otra cosa es lo que se llama Nuevo, sino la revelación del Viejo? El risa de Abraham es la exultación del que se congratula, no la irrisión del que desconfía. También aquellas palabras suyas en su ánimo: "¿Si a mí, teniendo cien años, me nacerá un hijo, y si Sarra de noventa años parirá?", no son de quien duda, sino de quien se admira. Si a alguien le mueve lo que se dijo: "Y te daré a ti y a tu descendencia después de ti la tierra en la que eres morador, toda la tierra de Canaán en posesión eterna"; cómo se ha de entender cumplido, o si aún se espera por cumplir, ya que cualquier posesión terrena no puede ser eterna para ninguna nación: sepa que eterno es interpretado por los nuestros lo que los griegos llaman aiónion (αἰώνιον), lo cual se deriva de aión (αἰών): pues aión se llama en griego siglo (saeculum). Pero no se atrevieron los latinos a decir a esto secular, para no desviar el sentido hacia otra cosa. Pues se dicen seculares muchas cosas que en este siglo se actúan de tal modo que pasan incluso en breve tiempo: pero lo que se llama aiónion, o no tiene fin, o se extiende hasta el fin de este siglo.

Capítulo XXVII.

Del varón que, si al octavo día no fuere circuncidado, perece su alma, porque disipó el testamento de Dios.

Del mismo modo puede mover a duda cómo conviene entender lo que aquí se dijo: "El varón que no se circuncidare la carne de su prepucio al octavo día, perecerá aquella alma de su linaje, porque disipó mi testamento"; siendo así que esto no es culpa ninguna del párvulo, de quien dijo que perecería el alma; ni él mismo ha disipado el testamento de Dios, sino los mayores que no cuidaron de circuncidarlo: a no ser porque también los párvulos, no según la propiedad de su propia vida, sino según el origen común del género humano, todos en aquel solo hombre disiparon el testamento de Dios, en el cual todos pecaron (Rom. 5, 12). Pues se llaman muchos testamentos de Dios, exceptuando aquellos dos grandes, el viejo y el nuevo, lo cual le es lícito a cualquiera conocer leyendo. Pero el testamento primero, que se hizo al primer hombre, ciertamente es aquel: "El día que comiereis, moriréis de muerte" (Gén. 2, 17). Por lo cual está escrito en el libro que se llama Eclesiástico: "Toda carne como un vestido envejece. Pues el testamento desde el siglo es: Morirás de muerte" (Ecli. 14, 18, según los LXX).

Cum enim lex evidentior postea data sit, et dicat Apostolus, Ubi autem non est lex, nec praevaricatio (Rom. IV, 15): quo pacto quod legitur in Psalmo verum est, Praevaricatores aestimavi omnes peccatores terrae (Psal. CXVIII, 119); nisi quia omnes legis alicujus praevaricatae sunt rei, qui aliquo peccato tenentur obstricti? Quamobrem si etiam parvuli, quod vera fides habet, nascuntur non proprie, sed originaliter peccatores, unde illis gratiam remissionis peccatorum necessariam confitemur; profecto eo modo quo sunt peccatores, etiam praevaricatores legis illius, quae in paradiso data est, agnoscuntur; ut verum sit utrumque, quod scriptum est, et, Praevaricatores aestimavi omnes peccatores terrae; et, Ubi lex non est; nec praevaricatio. Ac per hoc, quia circumcisio signum regenerationis fuit, et non immerito parvulum propter originale peccatum, quo primum Dei dissipatum est testamentum, generatio disperdet, nisi regeneratio liberet: sic intelligenda sunt haec divina verba, tanquam dictum sit, Qui non fuerit regeneratus, interibit anima illa de populo ejus, quia testamentum dei dissipavit, quando in Adam cum omnibus etiam ipse peccavit. Si enim dixisset, Quia hoc testamentum meum dissipavit; nonnisi de ista circumcisione intelligi cogeret: nunc vero, quoniam non expressit cujusmodi testamentum parvulus dissipaverit, liberum est intelligere de illo testamento dictum, cujus dissipatio pertinere possit ad parvulum. Si autem quisquam hoc nonnisi de ista circumcisione dictum esse contendit, quod in ea testamentum Dei, quoniam non est circumcisus, dissipaverit parvulus; quaerat locutionis aliquem modum, quo non absurde possit intelligi, ideo dissipasse testamentum, quia licet non ab illo, tamen in illo est dissipatum. Verum sic quoque animadvertendum est, nulla in se negligentia sua injuste interire incircumcisi animam parvuli, nisi originalis obligatione peccati.

Caput XXVIII.

De commutatione nominum Abrahae et Sarrae, qui cum ob unius sterilitatem, ob utriusque autem senectutem generare non possent, munus fecunditatis indepti sunt.

Facta igitur promissione tam magna tamque dilucida ad Abraham, cui evidentissime dictum est, Patrem multarum gentium posui te; et augebo te valde, et ponam te in gentes, et reges exibunt ex te: et dabo tibi ex Sarra filium; et benedicam illum, et erit in nationes, et reges gentium ex eo erunt: quam promissionem nunc in Christo cernimus reddi: ex illo deinceps illi conjuges non vocantur in Scripturis, sicut antea vocabantur, Abram et Sara; sed sicut nos eos ab initio vocavimus, quoniam sic jam vocantur ab omnibus, Abraham et Sarra.

Pues habiéndose dado después una ley más evidente, y diciendo el Apóstol: "Donde no hay ley, tampoco hay prevaricación" (Rom. 4, 15): ¿de qué modo es verdad lo que se lee en el Salmo: "Prevaricadores estimé a todos los pecadores de la tierra" (Sal. 118, 119); sino porque todos son reos de alguna ley prevaricada, los que están ligados por algún pecado? Por lo cual, si también los párvulos, según sostiene la verdadera fe, nacen no propiamente sino originalmente pecadores, por lo cual confesamos que les es necesaria la gracia de la remisión de los pecados; ciertamente del modo en que son pecadores, se reconocen también como prevaricadores de aquella ley que fue dada en el paraíso; para que sea verdad lo uno y lo otro que está escrito, tanto: "Prevaricadores estimé a todos los pecadores de la tierra", como: "Donde no hay ley, tampoco hay prevaricación". Y por esto, porque la circuncisión fue signo de regeneración, y no sin mérito la generación perderá al párvulo por el pecado original, por el cual se disipó el primer testamento de Dios, a no ser que la regeneración lo libre: así se han de entender estas divinas palabras, como si se dijera: El que no fuere regenerado, perecerá aquella alma de su pueblo, porque disipó el testamento de Dios, cuando en Adán con todos también él mismo pecó. Pues si hubiera dicho: Porque disipó *este* mi testamento; no obligaría a entenderlo sino de esta circuncisión: pero ahora, puesto que no expresó de qué clase de testamento disipó el párvulo, es libre entenderlo dicho de aquel testamento cuya disipación puede pertenecer al párvulo. Pero si alguien sostiene que esto no se ha dicho sino de esta circuncisión, que en ella disipó el párvulo el testamento de Dios, porque no fue circuncidado; busque algún modo de hablar por el cual pueda entenderse no absurdamente que por eso disipó el testamento, porque aunque no fue por él, sin embargo en él fue disipado. Pero así también debe advertirse que por ninguna negligencia propia perece injustamente el alma del párvulo incircunciso, sino por la obligación del pecado original.

Capítulo XXVIII.

De la mudanza de los nombres de Abraham y Sara, quienes, no pudiendo engendrar por la esterilidad de la una y por la senectud de ambos, recibieron el don de la fecundidad.

Hecha, pues, una promesa tan grande y tan clara a Abraham, a quien se le dijo muy evidentemente: "Te he puesto por padre de muchas naciones; y te aumentaré sobremanera, y te pondré en naciones, y reyes saldrán de ti; y te daré de Sara un hijo, y lo bendeciré, y será para naciones, y reyes de naciones saldrán de él"; cuya promesa vemos ahora cumplida en Cristo: desde entonces en adelante aquellos cónyuges no son llamados en las Escrituras como antes eran llamados, Abram y Sara; sino como nosotros los hemos llamado desde el principio, puesto que ya así son llamados por todos, Abraham y Sarra.

Cur autem mutatum sit nomen Abrahae, reddita est ratio: Quia patrem, inquit, multarum gentium posui te. Hoc ergo significare intelligendum est Abraham: Abram vero, quod ante vocabatur, interpretatur Pater excelsus. De nomine autem mutato Sarrae non est reddita ratio: sed, sicut aiunt, qui scripserunt interpretationes nominum hebraeorum, quae his sacris Litteris continentur, Sara interpretatur Princeps mea; Sarra autem Virtus. Unde scriptum est in Epistola ad Hebraeos: Fide et ipsa Sarra virtutem accepit ad emissionem seminis (Hebr. XI, 11). Ambo autem seniores erant, sicut Scriptura testatur: sed illa etiam sterilis, et cruore menstruo jam destituta; propter quod jam parere non posset, etiamsi sterilis non fuisset. Porro si femina ita sit provectioris aetatis, ut ei solita mulierum adhuc fluant, de juvene parere potest, de seniore non potest: quamvis adhuc possit ille senior, sed de adolescentula gignere: sicut Abraham post mortem Sarrae de Cethura potuit, quia vividam ejus invenit aetatem. Hoc ergo est quod mirum commendat Apostolus, et ad hoc dicit Abrahae jam fuisse corpus emortuum (Rom. IV, 19): quoniam non ex omni femina, cui esset adhuc aliquod pariendi tempus extremum, generare ipse in illa aetate adhuc posset. Ad aliquid enim emortuum corpus intelligere debemus, non ad omnia. Nam si ad omnia, non jam senectus vivi, sed cadaver est mortui. Quamvis etiam sic solvi soleat ista quaestio, quod de Cethura postea genuit Abraham, quia gignendi donum, quod a Domino accepit, etiam post obitum mansit uxoris. Sed propterea mihi videtur illa, quam secuti sumus, hujus quaestionis solutio praeferenda, quia centenarius quidem senex, sed temporis nostri, de nulla potest femina gignere; non tunc, quando adhuc tam diu vivebant, ut centum anni nondum facerent hominem decrepitae senectutis.

Caput XXIX.

De tribus viris vel angelis, in quibus ad quercum Mambre apparuisse Abrahae Dominus indicatur.

Item Deus apparuit Abrahae ad quercum Mambre in tribus viris, quos dubitandum non est Angelos fuisse; quamvis quidam existiment unum in eis fuisse Dominum Christum, asserentes eum etiam ante indumentum carnis fuisse visibilem. Est quidem divinae potestatis, et invisibilis, incorporalis incommutabilisque naturae, sine ulla sui mutatione etiam mortalibus aspectibus apparere, non per id quod est, sed per aliquid quod sibi subditum est. Quid autem illi subditum non est?

Pero por qué fue cambiado el nombre de Abraham, se dio la razón: "Porque", dice, "te he puesto por padre de muchas naciones". Esto, pues, ha de entenderse que significa Abraham: pero Abram, como se llamaba antes, se interpreta "Padre excelso". Pero del nombre cambiado de Sarra no se dio la razón; pero, según dicen quienes han escrito las interpretaciones de los nombres hebreos que se contienen en estas sagradas Letras, Sara se interpreta "Princesa mía", pero Sarra "Virtud" (o fuerza). Por lo cual está escrito en la Epístola a los Hebreos: "Por la fe también la misma Sarra recibió virtud (fuerza) para la emisión de la semilla" (Heb. 11, 11). Pero ambos eran ancianos, como la Escritura testifica; pero ella además estéril, y ya privada del flujo menstrual; por lo cual ya no podría parir, aunque no hubiera sido estéril. Además, si una mujer es de edad tan avanzada que aún le fluyen las cosas habituales de las mujeres, puede parir de un joven, pero de un anciano no puede; aunque aquel anciano aún podría, pero engendrar de una jovencita, como Abraham pudo de Cetura después de la muerte de Sara, porque encontró su edad lozana. Esto es, pues, lo que el Apóstol encomia como maravilloso, y para esto dice que el cuerpo de Abraham ya estaba muerto (Rom. 4, 19); puesto que no de toda mujer a quien le quedara aún algún tiempo extremo de parir, podría él mismo generar en aquella edad todavía. Pues debemos entender el cuerpo muerto para algo, no para todo. Pues si para todo, ya no es senectud de vivo, sino cadáver de muerto. Aunque también suele resolverse esta cuestión diciendo que Abraham engendró después de Cetura porque el don de engendrar que recibió del Señor permaneció incluso después del fallecimiento de su esposa. Pero por eso me parece preferible aquella solución de esta cuestión que hemos seguido, porque un anciano centenario, pero de nuestro tiempo, de ninguna mujer puede engendrar; no entonces, cuando aún vivían tanto tiempo que cien años no hacían todavía a un hombre de decrépita senectud.

Capítulo XXIX.

De los tres varones o ángeles, en los cuales se indica que el Señor se apareció a Abraham junto a la encina de Mamre.

Asimismo Dios se apareció a Abraham junto a la encina de Mamre en tres varones, de quienes no debe dudarse que fueron Ángeles; aunque algunos piensen que uno de ellos era el Señor Cristo, afirmando que Él era visible aun antes del revestimiento de la carne. Es ciertamente propio de la potestad divina, y de una naturaleza invisible, incorpórea e inconmutable, el aparecerse incluso a las miradas mortales sin mutación alguna de sí misma, no por lo que es, sino por algo que le está sometido. ¿And qué cosa no le está sometida?

Verumtamen si propterea confirmant horum trium aliquem fuisse Christum, quia cum tres vidisset, ad Dominum singulariter est locutus: sic enim scriptum est, Et ecce tres viri stabant super eum, et videns procucurrit obviam illis ab ostio tabernaculi sui, et adoravit super terram, et dixit: Domine, si inveni gratiam ante te (Gen. XVIII, 1-3), et caetera: cur non etiam illud advertunt, duos ex eis venisse, ut Sodomitae delerentur, cum adhuc Abraham ad unum loqueretur, Dominum appellans, et intercedens ne simul justum cum impio in Sodomis perderet? Illos autem duos sic suscepit Lot, ut etiam ipse in colloquio cum illis suo singulariter Dominum appellaret. Nam cum eis pluraliter dixisset, Ecce, domini, declinate in domum pueri vestri, et caetera quae ibi dicuntur: postea tamen ita legitur, Et tenuerunt Angeli manum ejus, et manum uxoris ejus, et manus duarum filiarum ejus, in eo quod parceret Dominus ipsi. Et factum est, mox ut eduxerunt illum foras, et dixerunt: Salvam fac animam tuam, ne respexeris retro, nec steteris in tota regione: in monte salvum te fac, ne quando comprehendaris. Dixit autem Lot ad illos: Oro, Domine, quia invenit puer tuus misericordiam ante te, et quae sequuntur. Deinde post haec verba singulariter illi respondit et Dominus, cum in duobus Angelis esset, dicens, Ecce miratus sum faciem tuam (Gen. XIX, 2-21), et caetera. Unde multo est credibilius, quod et Abraham in tribus et Lot in duobus viris Dominum agnoscebant, cui per singularem numerum loquebantur, etiam cum eos homines esse arbitrarentur: neque enim aliam ob causam sic eos susceperunt, ut tanquam mortalibus et humana refectione indigentibus ministrarent: sed erat profecto aliquid, quo ita excellebant, licet tanquam homines, ut in eis esse Dominum, sicut esse assolet in Prophetis, hi qui hospitalitatem illis exhibebant, dubitare non possent; atque ideo et ipsos aliquando pluraliter, et in eis Dominum aliquando singulariter appellabant. Angelos autem fuisse Scriptura testatur, non solum in hoc Genesis libro, ubi haec gesta narrantur; verum etiam in Epistola ad Hebraeos, ubi, cum hospitalitas laudaretur, Per hanc, inquit, etiam quidam nescientes hospitio receperunt Angelos (Hebr. XIII, 2). Per illos igitur tres viros, cum rursus filius Isaac de Sarra promitteretur Abrahae, divinum datum est etiam tale responsum, ut diceretur, Abraham erit in gentem magnam et multam, et benedicentur in eo omnes gentes terrae (Gen. XVIII, 18). Et hic duo illa brevissime plenissimeque promissa sunt, gens Israel secundum carnem, et omnes gentes secundum fidem.

Caput XXX.

De Lot a Sodomis liberato, atque eisdem coelesti igne consumptis; et de Abimelech; cujus concupiscentia castitati Sarrae nocere non potuit.

No obstante, si por esto confirman que alguno de estos tres era Cristo, porque habiendo visto a tres, habló al Señor en singular; pues así está escrito: "Y he aquí tres varones estaban sobre él, y viéndolos corrió a su encuentro desde la puerta de su tienda, y adoró sobre la tierra, y dijo: Señor, si he hallado gracia ante ti" (Gén. 18, 1-3), y lo demás: ¿por qué no advierten también aquello, que dos de ellos vinieron para que los sodomitas fueran borrados, cuando aún hablaba Abraham con uno, llamándolo Señor, e intercediendo para que no perdiera al justo con el impío juntamente en Sodoma? A aquellos dos, en cambio, los recibió Lot de tal modo que también él mismo en su coloquio con ellos llamó al Señor en singular. Pues habiéndoles dicho en plural: "He aquí, señores, desviaos a la casa de vuestro siervo", y lo demás que allí se dice: después, sin embargo, se lee así: "Y tomaron los Ángeles su mano, y la mano de su mujer, y las manos de sus dos hijas, en cuanto que el Señor le perdonaba. Y sucedió que, tan pronto como lo sacaron fuera, dijeron: Salva tu alma, no mires atrás, ni te detengas en toda la región: sálvate en el monte, no sea que seas alcanzado. Dijo pues Lot a ellos: Ruego, Señor, porque tu siervo ha hallado misericordia ante ti", y lo que sigue. Luego, después de estas palabras, también el Señor le respondió en singular, estando en los dos Ángeles, diciendo: "He aquí que he admirado tu rostro" (Gén. 19, 2-21), y lo demás. Por lo cual es mucho más creíble que tanto Abraham en los tres como Lot en los dos varones reconocían al Señor, al cual hablaban por el número singular, aun cuando los juzgaran ser hombres; pues no por otra causa los recibieron de tal modo que les sirvieron como a mortales y necesitados de humana refacción: sino que había ciertamente algo por lo cual de tal modo sobresalían, aunque como hombres, que quienes les exhibían hospitalidad no podían dudar que en ellos estaba el Señor, como suele estar en los Profetas; y por eso tanto a ellos a veces en plural, como al Señor en ellos a veces en singular llamaban. Que fueran Ángeles, por lo demás, la Escritura lo testifica, no sólo en este libro del Génesis, donde se narran estos hechos; sino también en la Epístola a los Hebreos, donde, al alabarse la hospitalidad: "Por ésta", dice, "también algunos sin saberlo recibieron a Ángeles en hospitalidad" (Heb. 13, 2). Por aquellos tres varones, por tanto, cuando de nuevo se prometía a Abraham el hijo Isaac de Sara, se dio también tal respuesta divina que se dijera: "Abraham será para una nación grande y mucha, y en él serán benditas todas las naciones de la tierra" (Gén. 18, 18). Y aquí aquellas dos cosas brevísimamente y plenísimamente son prometidas: la nación de Israel según la carne, y todas las naciones según la fe.

Capítulo XXX.

De Lot librado de Sodoma, y de la consumación de los mismos por el fuego celestial; y de Abimelec, cuya concupiscencia no pudo dañar la castidad de Sara.

Post hanc promissionem liberato de Sodomis Lot, et veniente igneo imbre de coelo, tota illa regio impiae civitatis in cinerem versa est, ubi stupra in masculos in tantam consuetudinem convaluerant, quantam leges solent aliorum factorum praebere licentiam. Verum et hoc eorum supplicium specimen futuri judicii divini fuit. Nam quo pertinet quod prohibiti sunt qui liberabantur ab Angelis retro respicere, nisi quia non est animo redeundum ad veterem vitam, qua per gratiam regeneratus exuitur, si ultimum evadere judicium cogitamus? Denique uxor Lot, ubi respexit, remansit; et in salem conversa (Gen. XIX) hominibus fidelibus quoddam praestitit condimentum, quo sapiant aliquid, unde illud caveatur exemplum. Inde rursus Abraham fecit in Geraris apud regem civitatis illius Abimelech, quod in Aegypto de conjuge fecerat, eique intacta similiter reddita est. Ubi sane Abraham objurganti regi cur tacuisset uxorem, sororemque dixisset, aperiens quid timuerit, etiam hoc addidit: Etenim vere soror mea est de patre, sed non de matre (Gen. XX, 2): quia de patre suo soror erat Abrahae, de quo propinqua ejus erat. Tantae autem pulchritudinis fuit, ut etiam in illa aetate posset adamari.

Caput XXXI.

De Isaac secundum promissionem nato, cui nomen ex risu utriusque parentis est inditum.

Post haec natus est Abrahae, secundum promissionem Dei, de Sarra filius, eumque nominavit Isaac, quod interpretatur Risus. Riserat enim et pater, quando ei promissus est, admirans in gaudio: riserat et mater, quando per illos tres viros iterum promissus est, dubitans in gaudio; quamvis exprobrante angelo quod risus ille, etiamsi gaudii fuit, tamen plenae fidei non fuit (Gen. XVIII, 12-15). Post ab eodem angelo in fide etiam confirmata est. Ex hoc ergo puer nomen accepit. Nam quod risus ille non ad irridendum opprobrium, sed ad celebrandum gaudium pertinebat, nato Isaac, et eo nomine vocato, Sarra monstravit; ait quippe, Risum mihi fecit Dominus; quicumque enim audierit, congaudebit mihi (Id. XXI, 6). Sed post aliquantulum tempus ancilla de domo ejicitur cum filio suo, et duo illa secundum Apostolum Testamenta significantur, vetus et novum: ubi Sarra illa supernae Jerusalem, hoc est civitatis Dei, figuram gerit (Galat. IV, 26).

Caput XXXII.

De obedientia et fide Abrahae, qua per oblationem immolandi filii probatus est, et de morte Sarrae.

Después de esta promesa, habiendo sido librado Lot de Sodoma, y viniendo una lluvia de fuego del cielo, toda aquella región de la ciudad impía se convirtió en ceniza, donde los estupros con varones habían cobrado tanta fuerza por la costumbre, cuanta licencia suelen dar las leyes para otros hechos. Pero también este suplicio de ellos fue una muestra del futuro juicio divino. ¿A qué atañe el que se les prohibiera mirar atrás a los que eran librados por los Ángeles, sino a que no se debe volver con el ánimo a la antigua vida de la cual se despoja el regenerado por la gracia, si pensamos en evadir el último juicio? Finalmente, la mujer de Lot, donde miró atrás, permaneció; y convertida en sal (Gén. 19), proporcionó a los hombres fieles un cierto condimento con el que saboreen algo para que se evite aquel ejemplo. De allí nuevamente hizo Abraham en Gerara ante el rey de aquella ciudad, Abimelec, lo que había hecho en Egipto sobre su cónyuge, y de igual modo le fue devuelta intacta. Donde ciertamente Abraham, al rey que le increpaba por qué había callado que era su esposa y había dicho que era su hermana, manifestando qué había temido, añadió también esto: "Porque verdaderamente es hermana mía por parte de padre, pero no por parte de madre" (Gén. 20, 2): porque era hermana de Abraham por su padre, de quien era pariente cercana. Pues fue de tanta belleza que aun en aquella edad podía ser amada apasionadamente.

Capítulo XXXI.

De Isaac nacido según la promesa, a quien se le puso el nombre por la risa de ambos padres.

Después de estas cosas le nació a Abraham, según la promesa de Dios, un hijo de Sara, y lo llamó Isaac, que se interpreta "Risa". Pues se había reído el padre cuando se le prometió, admirándose en el gozo; se había reído también la madre cuando por aquellos tres varones se le prometió de nuevo, dudando en el gozo; aunque el ángel le reprochó que aquella risa, aun siendo de gozo, no era sin embargo de plena fe (Gén. 18, 12-15). Después por el mismo ángel fue también confirmada en la fe. De esto, pues, recibió el nombre el niño. Pues que aquella risa no pertenecía a un oprobio de burla, sino a la celebración del gozo, lo demostró Sara una vez nacido Isaac y llamado con ese nombre; pues dice: "Risa me ha hecho el Señor; pues quienquiera que lo oyere, se alegrará conmigo" (Gén. 21, 6). Pero después de un poco de tiempo la esclava es echada de casa con su hijo, y se significan aquellos dos Testamentos según el Apóstol, el viejo y el nuevo: donde aquella Sara lleva la figura de la Jerusalén celestial, esto es, de la ciudad de Dios (Gál. 4, 26).

Capítulo XXXII.

De la obediencia y fe de Abraham, por la cual fue probado mediante la oblación del hijo que debía ser inmolado, y de la muerte de Sara.

1. Inter haec, quae omnia commemorare nimis longum est, tentatur Abraham de immolando dilectissimo filio ipso Isaac, ut pia ejus obedientia probaretur, saeculis in notitiam proferenda, non Deo. Neque enim omnis est culpanda tentatio: quia et gratulanda est, qua fit probatio. Et plerumque aliter animus humanus sibi ipsi innotescere non potest, nisi vires suas sibi, non verbo, sed experimento, tentatione quodammodo interrogante, respondeat: ubi si Dei munus agnoverit, tunc pius est, tunc solidatur firmitate gratiae, non inflatur inanitate jactantiae. Nunquam sane crederet Abraham, quod victimis Deus delectaretur humanis: quamvis, divino intonante praecepto, obediendum sit, non disputandum. Verumtamen Abraham confestim filium, cum fuisset immolatus, resurrecturum credidisse laudandus est. Dixerat namque illi Deus, cum de ancilla et filio ejus foras ejiciendis voluntatem conjugis nollet implere: In Isaac vocabitur tibi semen. Et certe ibi sequitur ac dicitur, Filium autem ancillae hujus in magnam gentem faciam illum ; quia semen tuum est (Gen. XXI, 12, 13). Quomodo ergo dictum est, In Isaac vocabitur tibi semen, cum et Ismaelem Deus semen ejus vocaverit? Exponens autem Apostolus, quid sit, In Isaac vocabitur tibi semen: Id est, inquit, non qui filii carnis, hi filii Dei; sed filii promissionis deputantur in semine . (Rom. IX, 8). Ac per hoc filii promissionis, ut sint semen Abrahae, in Isaac vocantur, hoc est, in Christum vocante gratia congregantur. Hanc ergo promissionem pater pius fideliter tenens, quia per hunc oportebat impleri, quem Deus jubebat occidi, non haesitavit quod sibi reddi poterat immolatus, qui dari potuit non speratus. Sic intellectum est et in Epistola ad Hebraeos, et sic expositum. Fide, inquit, praecessit Abraham, in Isaac tentatus; et unicum obtulit, qui promissiones suscepit, ad quem dictum est, In Isaac vocabitur tibi semen: cogitans quia et ex mortuis excitare potest Deus. Proinde addidit, Pro hoc etiam eum et in similitudinem adduxit (Hebr. XI, 17-19). Cujus similitudinem, nisi illius de quo dicit idem Apostolus, Qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum (Rom. VIII, 32)? Propterea et Isaac, sicut Dominus, crucem suam, ita sibi ligna ad victimae locum, quibus fuerat imponendus, ipse portavit. Postremo quia Isaac occidi non oportebat, posteaquam est pater ferire prohibitus, quis erat ille aries, quo immolato impletum est significativo sanguine sacrificium? Nempe quando eum vidit Abraham, cornibus in frutice tenebatur. Quis ergo illo figurabatur, nisi Jesus, antequam immolaretur, spinis Judaicis coronatus?

1. Entre estas cosas, todas las cuales conmemorar es demasiado largo, Abraham es tentado sobre la inmolación de su carísimo hijo Isaac, para que su piadosa obediencia fuera probada, para ser presentada a la noticia de los siglos, no de Dios. Pues no toda tentación es de culpar: porque incluso debe congratularse aquella por la cual se hace la prueba. Y por lo general, de otro modo el ánimo humano no puede darse a conocer a sí mismo si no responde a sí mismo sobre sus propias fuerzas, no con la palabra, sino con el experimento, interrogando en cierto modo la tentación: donde si reconociere el don de Dios, entonces es piadoso, entonces se consolida con la firmeza de la gracia, no se infla con la vacuidad de la jactancia. Jamás creería ciertamente Abraham que Dios se deleitara con víctimas humanas; aunque, al tronar el precepto divino, se debe obedecer, no disputar. No obstante, Abraham debe ser alabado por haber creído que su hijo, una vez inmolado, resucitaría al punto. Pues le había dicho Dios, cuando él no quería cumplir la voluntad de su cónyuge sobre echar fuera a la esclava y a su hijo: "En Isaac será llamada tu descendencia". Y ciertamente allí sigue y se dice: "Pero al hijo de esta esclava lo haré una gran nación, porque es descendencia tuya" (Gén. 21, 12. 13). ¿Cómo, pues, se dijo: "En Isaac será llamada tu descendencia", habiendo llamado Dios también a Ismael descendencia suya? Exponiendo, por su parte, el Apóstol qué es: "En Isaac será llamada tu descendencia": "Es decir", dice, "not los que son hijos de la carne, estos son hijos de Dios; sino los hijos de la promesa son contados como descendencia" (Rom. 9, 8). Y por esto los hijos de la promesa, para que sean descendencia de Abraham, son llamados en Isaac, esto es, son congregados en Cristo por la gracia que llama. Esta promesa, pues, teniéndola fielmente el piadoso padre, porque por medio de este convenía que se cumpliera, a quien Dios mandaba matar, no dudó que le podía ser devuelto inmolado quien le pudo ser dado no esperado. Así se entendió también en la Epístola a los Hebreos, y así se expuso: "Por la fe", dice, "precedió Abraham, tentado en Isaac; y ofreció al unigénito, quien recibió las promesas, a quien se le dijo: En Isaac será llamada tu descendencia; pensando que Dios puede incluso resucitar de entre los muertos". Por lo cual añadió: "Por esto también lo trajo incluso a una semejanza" (Heb. 11, 17-19). ¿Semejanza de quién, sino de Aquel de quien dice el mismo Apóstol: "El cual no perdonó a su propio Hijo, sino que lo entregó por todos nosotros" (Rom. 8, 32)? Por eso también Isaac, así como el Señor llevó su cruz, así él mismo llevó para sí la leña al lugar de la víctima, sobre la cual debía ser puesto. Finalmente, porque no convenía que Isaac fuera muerto, después de que se prohibió al padre herirlo, ¿quién era aquel carnero por cuya inmolación se completó con sangre significativa el sacrificio? Sin duda cuando lo vio Abraham, estaba trabado por los cuernos en un zarzal. ¿Quién, pues, era figurado por él, sino Jesús, antes de ser inmolado, coronado con las espinas judaicas?

2. Sed divina per Angelum verba potius audiamus. Ait quippe Scriptura: Et extendit Abraham manum suam sumere machaeram, ut occideret filium suum. Et vocavit illum Angelus Domini de coelo, et dixit: Abraham! Ille autem dixit: Ecce ego. Et dixit: Non injicias manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam: nunc enim scivi quia times Deum tu, et non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Nunc scivi, dictum est, nunc sciri feci: neque enim hoc nondum sciebat Deus. Deinde ariete illo immolato pro Isaac filio suo, vocavit, ut legitur, Abraham nomen loci illius, Dominus vidit: ut dicant hodie, In monte Dominus apparuit. Sicut dictum est, Nunc scivi, pro eo quod est, Nunc sciri feci: ita hic, Dominus vidit; pro eo quod est, Dominus apparuit; hoc est, Videri se fecit. Et vocavit Angelus Domini Abraham secundo de coelo, dicens: Per memetipsum juravi, dicit Dominus, propter quod fecisti verbum hoc, et non pepercisti filio tuo allecto propter me, nisi benedicens benedicam te, et multiplicans multiplicabo semen tuum, sicut stellas coeli, et tanquam arenam quae est juxta labium maris. Et haereditate possidebit semen tuum civitates adversariorum; et benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae; quia obaudisti vocem meam (Gen. XXII, 10-18). Hoc modo est illa de vocatione gentium in semine Abrahae, post holocaustum, quo significatus est Christus, etiam juratione Dei firmata promissio. Saepe enim promiserat, sed nunquam juraverat. Quid autem est Dei veri veracisque juratio, nisi promissi confirmatio, et infidelium quaedam increpatio?

3. Post haec Sarra mortua est, centesimo et vicesimo septimo anno vitae suae (Gen. XXIII, 1), centesimo autem et tricesimo septimo viri sui. Decem quippe annis eam praecedebat aetate; sicut ipse, quando sibi ex illa promissus est filius, ait, Si mihi annorum centum nascetur filius, et si Sarra annorum nonaginta pariet (Id. XVII, 17)? Tunc emit agrum Abraham, in quo sepelivit uxorem. Tunc ergo, secundum narrationem Stephani, in terra illa est collocatus, quoniam coepit ibi esse possessor (Act. VII, 4); post mortem scilicet patris sui, qui colligitur ante biennium fuisse defunctus.

Caput XXXIII.

De Rebecca nepte Nachor, quam Isaac accepit uxorem.

2. Pero escuchemos mejor las palabras divinas a través del Ángel. Pues dice la Escritura: Y extendió Abraham su mano para tomar el cuchillo y matar a su hijo. Y el Ángel del Señor le llamó desde el cielo y dijo: ¡Abraham! Y él dijo: Heme aquí. Y dijo: No extiendas tu mano sobre el muchacho, ni le hagas nada; porque ahora he conocido que temes a Dios, y no perdonaste a tu hijo amado por mi causa. "Ahora he conocido", se dice, es decir, "ahora he hecho que se conozca": pues Dios no ignoraba todavía esto. Luego, habiendo sido inmolado aquel carnero en lugar de Isaac su hijo, llamó Abraham, según se lee, el nombre de aquel lugar: El Señor ha visto; de modo que dicen hoy: En el monte el Señor se ha aparecido. Así como se dijo: "Ahora he conocido", por aquello que es: "Ahora he hecho que se conozca"; así aquí: "El Señor ha visto"; por aquello que es: "El Señor se ha aparecido"; esto es, se hizo ver. Y el Ángel del Señor llamó a Abraham por segunda vez desde el cielo, diciendo: Por mí mismo he jurado, dice el Señor, por cuanto has hecho esta palabra, y no perdonaste a tu hijo amado por mi causa, de cierto bendiciendo te bendeciré, y multiplicando multiplicaré tu descendencia como las estrellas del cielo y como la arena que está junto al labio del mar. Y tu descendencia poseerá por herencia las ciudades de los adversarios; y en tu descendencia serán bendecidas todas las naciones de la tierra; por cuanto obedeciste a mi voz. De este modo, después del holocausto con el que fue significado Cristo, quedó confirmada incluso por el juramento de Dios aquella promesa sobre la vocación de las naciones en la descendencia de Abraham. Pues a menudo había prometido, pero nunca había jurado. ¿Y qué es el juramento del Dios verdadero y veraz, sino la confirmación de lo prometido y una cierta reprensión de los infieles?

3. Después de estas cosas murió Sara, en el año ciento veintisiete de su vida, y en el ciento treinta y siete de su marido. Pues él la precedía en edad por diez años; como él mismo dijo cuando se le prometió un hijo de ella: "¿Acaso me nacerá un hijo de cien años, y Sara, que tiene noventa años, dará a luz?". Entonces compró Abraham un campo en el que sepultó a su mujer. Entonces, pues, según el relato de Esteban, fue colocado en aquella tierra, puesto que comenzó a ser poseedor allí; a saber, después de la muerte de su padre, de quien se deduce que había fallecido dos años antes.

Capítulo XXXIII.

De Rebeca, sobrina de Nacor, a quien Isaac tomó por esposa.

Deinde Rebeccam, neptem Nachor patrui sui, cum annorum quadraginta esset Isaac, duxit uxorem, centesimo scilicet et quadragesimo anno vitae patris sui, triennio post mortem matris suae. Ut autem illam duceret, quando ab ejus patre in Mesopotamiam servus missus est, quid aliud demonstratum est, cum eidem servo dixit Abraham, Pone manum tuam sub femore meo, et adjurabo te per Dominum Deum coeli et Dominum terrae, ut non sumas filio meo Isaac uxorem de filiabus Chananaeorum (Gen. XXIV, 2, 3), nisi Dominum Deum coeli et Dominum terrae in carne, quae ex illo femore trahebatur, fuisse venturum? Numquid haec parva sunt praenuntiatae indicia veritatis, quam compleri videmus in Christo?

Caput XXXIV.

Quid intelligendum sit in eo quod Abraham post mortem Sarrae accepit uxorem Cethuram.

Quid autem sibi vult, quod Abraham post mortem Sarrae Cethuram duxit uxorem? Ubi absit ut incontinentiam suspicemur, praesertim in illa jam aetate, et in illa fidei sanctitate. An adhuc procreandi filii quaerebantur, cum jam Deo promittente tanta multiplicatio filiorum ex Isaac per stellas coeli et arenam terrae fide probatissima teneretur? Sed profecto si Agar et Ismael, doctore Apostolo, significaverunt carnales veteris Testamenti (Galat. IV, 24); cur non etiam Cethura et filii ejus significent carnales, qui se ad Testamentum novum existimant pertinere? Ambae quippe et uxores Abrahae, et concubinae sunt appellatae: Sarra vero nunquam dicta est concubina. Nam et quando data est Agar Abrahae, ita scriptum est: Et apprehendit Sarra uxor Abram Agar Aegyptiam ancillam suam, post decem annos quam habitaverat Abram in terra Chanaan, et dedit eam Abram viro suo, ipsi uxorem (Gen. XVI, 3). De Cethura autem quam post obitum Sarrae accepit, sic legitur: Adjiciens autem Abraham sumpsit uxorem, cui nomen Cethura. Ecce ambae dicuntur uxores: ambae porro concubinae fuisse reperiuntur, postea dicente Scriptura, Dedit autem Abraham omnem censum suum Isaac filio suo, et filiis concubinarum suarum dedit Abraham dationes, et dimisit eos ab Isaac filio suo adhuc se vivo, ad Orientem, in terran Orientis (Id. XXV, 1, 5, 6). Habent ergo nonnulla munera filii concubinarum, sed non perveniunt ad regnum promissum, nec haeretici, nec Judaei carnales: quia praeter Isaac nullus est haeres; et non qui filii carnis, hi filii Dei; sed filii promissionis deputantur in semine (Rom. IX, 8), de quo dictum est, In Isaac vocabitur tibi semen (Gen. XXI, 12). Neque enim video, cur etiam Cethura post uxoris mortem ducta, nisi propter hoc mysterium, dicta sit concubina. Sed quisquis haec non vult in istis significationibus accipere, non calumnietur Abrahae.

Luego Isaac, cuando tenía cuarenta años, tomó por esposa a Rebeca, sobrina de su tío Nacor, a saber, en el año ciento cuarenta de la vida de su padre, tres años después de la muerte de su madre. Pero en cuanto a tomarla, cuando el siervo fue enviado por su padre a Mesopotamia, ¿qué otra cosa se demostró, cuando dijo Abraham al mismo siervo: "Pon tu mano bajo mi muslo, y te juramentaré por el Señor Dios del cielo y Señor de la tierra, que no tomes para mi hijo Isaac esposa de las hijas de los cananeos", sino que el Señor Dios del cielo y Señor de la tierra había de venir en la carne, la cual se derivaba de aquel muslo? ¿Acaso son estos pequeños indicios de la verdad prenunciada, la cual vemos cumplida en Cristo?

Capítulo XXXIV.

Qué ha de entenderse en el hecho de que Abraham, después de la muerte de Sara, tomara por esposa a Cetura.

¿Y qué quiere decir que Abraham, después de la muerte de Sara, tomara por esposa a Cetura? Lejos de nosotros sospechar incontinencia, sobre todo en aquella edad ya, y en aquella santidad de fe. ¿O es que aún se buscaba procrear hijos, cuando ya por la promesa de Dios se poseía por fe probadísima tan gran multiplicación de hijos de Isaac como las estrellas del cielo y la arena de la tierra? Pero ciertamente, si Agar e Ismael, según enseña el Apóstol, significaron a los carnales del Antiguo Testamento; ¿por qué no han de significar también Cetura y sus hijos a los carnales que creen pertenecer al Nuevo Testamento? Pues ambas fueron llamadas tanto esposas como concubinas de Abraham: pero Sara nunca fue llamada concubina. Pues también cuando fue dada Agar a Abraham, así se escribió: "Y tomó Sarra, mujer de Abram, a Agar la egipcia, su sierva, después de diez años que había habitado Abram en la tierra de Canaán, y la dio a su marido Abram por mujer". Sobre Cetura, a quien tomó después del fallecimiento de Sara, así se lee: "Y añadiendo Abraham tomó una mujer, cuyo nombre era Cetura". He aquí que ambas son llamadas esposas: además se descubre que ambas fueron concubinas, diciendo después la Escritura: "Y dio Abraham toda su hacienda a su hijo Isaac, y a los hijos de sus concubinas dio Abraham donaciones, y los despidió de junto a su hijo Isaac, viviendo él aún, hacia el Oriente, a la tierra del Oriente". Tienen, pues, algunos dones los hijos de las concubinas, pero no llegan al reino prometido, ni los herejes ni los judíos carnales: porque fuera de Isaac no hay heredero; y "no los que son hijos de la carne, estos son hijos de Dios; sino que los hijos de la promesa son contados como descendencia", de quien se dijo: "En Isaac te será llamada descendencia". Pues no veo por qué incluso Cetura, tomada tras la muerte de la esposa, fuera llamada concubina, sino por este misterio. Pero quien no quiera aceptar estas cosas en estas significaciones, no calumnie a Abraham.

Quid si enim et hoc provisum est contra haereticos futuros secundarum adversarios nuptiarum, ut in ipso patre multarum gentium post obitum conjugis iterum conjugari demonstraretur non esse peccatum? Et mortuus est Abraham, cum esset annorum centum septuaginta quinque (Id. XXV, 7). Annorum ergo septuaginta quinque Isaac filium dereliquit, quem centenarius genuit.

Caput XXXV.

De geminis adhuc in utero Rebeccae matris inclusis quid indicaverit divina responsio.

Jam ex hoc, quemadmodum per posteros Abrahae civitatis Dei procurrant tempora, videamus. A primo igitur anno vitae Isaac, usque ad sexagesimum quo ei nati sunt filii, illud memorabile est, quod cum illi Deum roganti ut pareret uxor ejus, quae sterilis erat, concessisset Dominus quod petebat, atque haberet illa conceptum, gestiebant gemini adhuc in utero ejus inclusi. Qua molestia cum angeretur, Dominum interrogavit, accepitque responsum: Duae gentes in utero tuo sunt, et duo populi de ventre tuo separabuntur, et populus populum superabit, et major serviet minori (Ibid., 23). Quod Paulus apostolus magnum vult intelligi gratiae documentum: quia nondum illis natis, nec aliquid agentibus boni seu mali, sine ullis bonis meritis eligitur minor, majore reprobato (Rom. IX, 11-13): quando procul dubio, quantum attinet ad originale peccatum, ambo pares erant; quantum autem ad proprium, ullius eorum nullum erat. Sed nunc de hac re dicere aliquid latius, instituti operis ratio non sinit, unde et in aliis jam multa diximus. Quod autem dictum est, Major serviet minori, nemo fere nostrum aliter intellexit, quam majorem populum Judaeorum minori populo Christiano serviturum. Et revera quamvis in gente Idumaeorum, quae nata est de majore, cui duo nomina erant (nam et Esau vocabatur, et Edom, unde Idumaei), hoc videri possit impletum; quia postea superanda fuerat a populo, qui ortus est ex minore, id est Israelitico, eique fuerat futura subjecta: tamen in aliquid majus intentam fuisse istam prophetiam, qua dictum est, Populus populum superabit, et major serviet minori, convenientius creditur. Et quid est hoc, nisi quod in Judaeis et Christianis evidenter impletur?

Caput XXXVI.

De oraculo et benedictione, quam Isaac non aliter quam pater ipsius, merito ejusdem dilectus, accepit.

¿Y si también se previó esto contra los futuros herejes adversarios de las segundas nupcias, para que en el mismo padre de muchas naciones se demostrara que volver a casarse después del fallecimiento del cónyuge no es pecado? Y murió Abraham cuando tenía ciento setenta y cinco años. Dejó, pues, a su hijo Isaac de setenta y cinco años, a quien engendró siendo centenario.

Capítulo XXXV.

Qué indicó la respuesta divina sobre los gemelos aún encerrados en el vientre de su madre Rebeca.

Veamos ya desde aquí cómo transcurren los tiempos de la ciudad de Dios a través de los descendientes de Abraham. Así pues, desde el primer año de la vida de Isaac hasta el sexagésimo, en el que le nacieron hijos, es memorable aquello de que habiéndole concedido el Señor lo que pedía al rogar a Dios que pariera su mujer, que era estéril, y teniendo ella un concepto, forcejeaban los gemelos aún encerrados en su vientre. Angustiada por esta molestia, interrogó al Señor y recibió la respuesta: "Dos naciones hay en tu vientre, y dos pueblos se separarán de tus entrañas, y un pueblo superará al otro pueblo, y el mayor servirá al menor". Lo cual el apóstol Pablo quiere que se entienda como un gran documento de la gracia: porque no habiendo nacido aún ellos, ni haciendo nada bueno o malo, sin ningún mérito bueno es elegido el menor, reprobado el mayor: cuando sin duda alguna, en lo que respecta al pecado original, ambos eran iguales; y en cuanto al propio, no había ninguno de ninguno de ellos. Pero la razón de la obra instituida no permite ahora decir algo más extensamente sobre este asunto, por lo cual ya hemos dicho muchas cosas en otros lugares. Pero en cuanto a lo que se dijo: "El mayor servirá al menor", casi ninguno de los nuestros lo ha entendido de otro modo sino que el pueblo mayor de los judíos serviría al pueblo menor cristiano. Y en verdad, aunque en la nación de los idumeos, que nació del mayor, el cual tenía dos nombres (pues se llamaba tanto Esaú como Edom, de donde vienen los idumeos), pueda parecer cumplido esto; porque después había de ser superada por el pueblo que surgió del menor, es decir, el israelita, y le había de estar sujeta: sin embargo, se cree más convenientemente que esta profecía, por la que se dijo: "Un pueblo superará al otro pueblo, y el mayor servirá al menor", estaba encaminada a algo mayor. ¿Y qué es esto sino lo que se cumple evidentemente en los judíos y los cristianos?

Capítulo XXXVI.

Del oráculo y la bendición que recibió Isaac no de otro modo que su padre, amado por el mérito del mismo.

Accepit etiam Isaac oraculum tale, quale aliquoties pater ejus acceperat. De quo oraculo sic scriptum est: Facta est autem fames super terram, praeter famem quae prius facta est in tempore Abrahae. Abiit autem Isaac ad Abimelech regem Philistinorum in Gerara. Apparuit autem illi Dominus, et dixit: Noli descendere in Aegyptum: habita autem in terra quam tibi dixero, et incole in terra hac; et ero tecum, et benedicam te. Tibi enim et semini tuo dabo omnem terram hanc: et statuam juramentum meum quod juravi Abrahae patri tuo; et multiplicabo semen tuum tanquam stellas coeli, et dabo semini tuo omnemne, et benedicentur terram ha in semine tuo omnes gentes terrae, pro eo quod obaudivit Abraham pater tuus vocem meam, et custodivit praecepta mea, et mandata mea, et justificationes meas, et legitima mea (Gen. XXVI, 1-5). Iste patriarcha nec uxorem habuit aliam, nec aliquam concubinam, sed posteritate duorum geminorum ex uno concubitu procreatorum contentus fuit. Timuit sane etiam ipse periculum de pulchritudine conjugis, cum habitaret inter alienos, fecitque quod pater, ut eam sororem diceret, taceret uxorem: erat enim ei propinqua paterno et materno sanguine: sed etiam ipsa ab alienigenis, cognito quod uxor ejus esse, mansit intacta. Nec ideo tamen istum patri ejus praeferre debemus, quia iste nullam feminam praeter unam conjugem noverat. Erant enim procul dubio paternae fidei et obedientiae merita potiora, in tantum ut propter illum dicat Deus, huic se facere bona quae facit: Benedicentur, inquit, in semine tuo omnes gentes terrae, pro eo quod obaudivit Abraham pater tuus vocem meam, et custodivit praecepta mea, et mandata mea, et justificationes meas, et legitima mea. Et alio rursus oraculo: Ego sum, inquit, Deus Abraham patris tui: noli timere; tecum enim sum, et benedixi te, et multiplicabo semen tuum propter Abraham patrem tuum (Ibid. 24). Ut intelligamus quam caste Abraham fecerit, quod hominibus impudicis et nequitiae suae de Scripturis sanctis patrocinia requirentibus videtur fecisse libidine: deinde ut etiam hoc noverimus, non ex bonis singulis inter se homines comparare, sed in unoquoque consideremus universa. Fieri enim potest, ut habeat aliquid in vita et moribus quispiam quo superat alium, idque sit longe praestabilius, quam est illud unde ab alio superatur. Ac per hoc sano veroque judicio, cum continentia conjugio praeferatur, melior est tamen homo fidelis conjugatus, quam continens infidelis. But an infidel man is not only less to be praised, but even most greatly to be detested. Constituamus ambos bonos; etiam sic profecto melior est conjugatus fidelissimus et obedientissimus Deo, quam continens minoris fidei minorisque obedientiae: si vero paria sint caetera, continentem conjugato praeferre quis ambigat?

Caput XXXVII.

De his quae in Esau et Jacob mystice praefigurabantur.

Recibió también Isaac un oráculo tal cual algunas veces había recibido su padre. Sobre el cual oráculo así está escrito: "Y hubo hambre sobre la tierra, además del hambre que hubo antes en tiempo de Abraham. Y se fue Isaac a Abimelec, rey de los filisteos, en Gerara. Y se le apareció el Señor y dijo: No desciendas a Egipto; habita en la tierra que yo te diré, y mora en esta tierra; y yo estaré contigo y te bendeciré. Pues a ti y a tu descendencia daré toda esta tierra: y estableceré mi juramento que juré a Abraham tu padre; y multiplicaré tu descendencia como las estrellas del cielo, y daré a tu descendencia toda esta tierra, y en tu descendencia serán bendecidas todas las naciones de la tierra, por cuanto obedeció Abraham tu padre a mi voz, y guardó mis preceptos, y mis mandatos, y mis justificaciones, y mis leyes". Este patriarca no tuvo otra mujer ni ninguna concubina, sino que estuvo contento con la posteridad de dos gemelos procreados de un solo concúbito. Ciertamente temió él también el peligro por la hermosura de su cónyuge mientras habitaba entre extraños, e hizo lo que su padre, diciendo que era su hermana y callando que era su mujer: pues le era cercana por sangre paterna y materna; pero también ella, al saberse que era su mujer, permaneció intacta por los extranjeros. Sin embargo, no por eso debemos preferir a este sobre su padre, porque este no hubiera conocido a ninguna mujer fuera de una sola esposa. Pues sin duda eran más poderosos los méritos de la fe y obediencia paternas, tanto que por causa de él dice Dios que hace a este los bienes que hace: "En tu descendencia serán bendecidas todas las naciones de la tierra, por cuanto obedeció Abraham tu padre a mi voz, y guardó mis preceptos, y mis mandatos, y mis justificaciones, y mis leyes". Y de nuevo en otro oráculo: "Yo soy —dice— el Dios de Abraham tu padre; no temas, pues contigo estoy, y te he bendecido, y multiplicaré tu descendencia por causa de Abraham tu padre". Para que entendamos cuán castamente hizo Abraham aquello que a los hombres impúdicis y que buscan para su maldad patrocinios de las Sagradas Escrituras les parece haber hecho por libido; luego para que también sepamos esto, no comparar a los hombres entre sí por bienes aislados, sino que consideremos en cada uno todas las cosas. Pues puede suceder que alguien tenga algo en su vida y costumbres en lo que supera a otro, y eso sea mucho más excelente que aquello en lo que es superado por el otro. Y por esto, según un juicio sano y verdadero, aunque la continencia se prefiera al matrimonio, es mejor, sin embargo, el hombre fiel casado que el continente infiel. Pero el hombre infiel no solo es menos digno de alabanza, sino incluso sumamente detestable. Supongamos a ambos buenos; aun así, ciertamente es mejor el casado fidelísimo y obedientísimo a Dios que el continente de menor fe y menor obediencia; pero si lo demás es igual, ¿quién dudaría en preferir al continente sobre el casado?

Capítulo XXXVII.

De las cosas que en Esaú y Jacob se prefiguraban místicamente.

Duo igitur Isaac filii, Esau et Jacob, pariter crescunt. Primatus majoris transfunditur in minorem ex pacto et placito inter illos, eo quod lenticulam, quem cibum minor paraverat, major immoderatius concupivit, eoque pretio primogenita sua fratri juratione interposita vendidit. Ubi discimus in vescendo non cibi genere, sed aviditate immoderata quemque culpandum. Senescit Isaac, ejusque oculis per senectam visus aufertur. Vult benedicere filium majorem, et pro illo nesciens benedicit minorem, pro fratre majore, qui erat pilosus, se paternis manibus supponentem, haedinis sibi pelliculis coaptatis velut aliena peccata portantem. Iste dolus Jacob, ne putaretur fraudulentus dolus, et non in eo magnae rei mysterium quaereretur, superius praedixit Scriptura: Erat Esau homo sciens venari, agrestis: Jacob autem homo simplex, habitans domum (Gen. XXV, 29-34, 27). Hoc nostri quidam interpretati sunt, sine dolo. Sive autem sine dolo, sive simplex, sive potius sine fictione dicatur, quod est graece ἄπλαστος, quis est in ista percipienda benedictione dolus hominis sine dolo? quis est dolus simplicis, quae fictio non mentientis, nisi profundum mysterium veritatis? Ipsa autem benedictio qualis est? Ecce, inquit, odor filii mei tanquam odor agri pleni, quem benedixit Dominus. Et det tibi Deus de rore coeli, et de ubertate terrae, et multitudinem frumenti et vini: et serviant tibi gentes, et adorent te principes, et fias dominus fratris tui, et adorabunt te filii patris tui. Qui maledixerit te, maledictus; et qui benedixerit te, benedictus. Benedictio igitur Jacob, praedicatio Christi est in omnibus gentibus. Hoc fit, hoc agitur: Lex et Prophetia est Isaac: etiam per os Judaeorum Christus ab illa benedicitur velut a nesciente, quia ipsa nescitur. Odore nominis Christi, sicut ager, mundus impletur: ejus est benedictio de rore coeli, hoc est, de verborum pluvia divinorum; et de ubertate terrae, hoc est, de congregatione populorum: ejus est multitudo frumenti et vini, hoc est, multitudo quam colligit frumentum et vinum in Sacramento corporis et sanguinis ejus. Ei serviunt gentes, ipsum adorent principes. Ipse est dominus fratris sui, quia populus ejus dominatur Judaeis. Ipsum adorant filii patris ejus, hoc est, filii Abrahae secundum fidem: quia et ipse filius est Abrahae secundum carnem. Ipsum qui maledixerit, maledictus; et qui benedixerit, benedictus est. Christus, inquam, noster etiam ex ore Judaeorum, quamvis errantium, sed tamen Legem Prophetasque cantantium benedicitur, id est veraciter dicitur; et alius benedici putatur, qui ab eis errantibus exspectatur.

Crecen, pues, juntos los dos hijos de Isaac, Esaú y Jacob. La primogenitura del mayor se transfiere al menor por un pacto y acuerdo entre ellos, debido a que el mayor codició inmoderadamente la lenteja, manjar que el menor había preparado, y por ese precio vendió su primogenitura al hermano, mediando un juramento. Donde aprendemos que en el comer no debe culparse a nadie por el género del alimento, sino por la avidez inmoderada. Envejece Isaac, y por la vejez se le quita la vista de los ojos. Quiere bendecir al hijo mayor, y sin saberlo bendice al menor en lugar de aquel, poniéndose este bajo las manos paternas por el hermano mayor, que era velludo, habiéndose aplicado pieles de cabrito como si cargara con los pecados ajenos. Para que este dolo de Jacob no se pensara que era un dolo fraudulento y no se buscara en él el misterio de una gran cosa, predijo antes la Escritura: "Era Esaú hombre que sabía cazar, montaraz; pero Jacob era hombre sencillo, que habitaba en casa". Esto lo han interpretado algunos de los nuestros como "sin dolo". Pero ya se diga "sin dolo", o "sencillo", o más bien "sin fingimiento", que en griego es áplastos, ¿qué dolo hay en percibir esa bendición en un hombre sin dolo? ¿qué dolo hay en el sencillo, qué fingimiento en el que no miente, sino un profundo misterio de la verdad? ¿Y cómo es la bendición misma? "He aquí —dice— el olor de mi hijo como el olor de un campo lleno, al cual el Señor ha bendecido. Y te dé Dios del rocío del cielo, y de la grosura de la tierra, y abundancia de trigo y vino; y sírvante las gentes, y adórente los príncipes, y sé señor de tu hermano, y te adorarán los hijos de tu padre. El que te maldijere, maldito sea; y el que te bendijere, benedito sea." La bendición de Jacob, por tanto, es la predicación de Cristo en todas las naciones. Esto sucede, esto se está haciendo: la Ley y la Profecía son Isaac; incluso por boca de los judíos, Cristo es bendecido por ella como por quien no sabe, porque Él mismo no es conocido. Con el olor del nombre de Cristo, como un campo, se llena el mundo; de Él es la bendición del rocío del cielo, esto es, de la lluvia de las palabras divinas; y de la grosura de la tierra, esto es, de la congregación de los pueblos; de Él es la abundancia de trigo y vino, esto es, la multitud que el trigo y el vino congregan en el Sacramento de su cuerpo y de su sangre. A Él le sirven las gentes, a Él le adoran los príncipes. Él es el señor de su hermano, porque su pueblo domina a los judíos. A Él le adoran los hijos de su padre, esto es, los hijos de Abraham según la fe; porque también Él mismo es hijo de Abraham según la carne. Al que le maldijere, maldito sea; y el que te bendijere, bendito sea. Nuestro Cristo, digo, incluso por boca de los judíos, aunque errantes, pero que cantan la Ley y los Profetas, es bendecido, es decir, es nombrado con verdad; y se piensa que se bendice a otro, al cual esperan ellos en su error.

Ecce benedictionem promissam repetente majore, expavescit Isaac, et alium pro alio se benedixisse cognoscens miratur, et quisnam ille sit, percunctatur: nec tamen se deceptum esse conqueritur; imo confestim revelato sibi intus in corde magno sacramento devitat indignationem, confirmat benedictionem. Quis ergo, inquit, venatus est mihi venationem, et intulit mihi, et manducavi ab omnibus, antequam tu venires, et benedixi eum, et sit benedictus (Gen. XXVII, 27-29, 33)? Quis non hic maledictionem potius exspectaret irati, si haec non superna inspiratione, sed terreno more gererentur? O res, gestas sed prophetice gestas; in terra, sed coelitus; per homines, sed divinitus! Si excutiantur singula tantis fecunda mysteriis, multa sunt implenda volumina: sed huic operi modus moderate imponendus nos in alia festinare compellit.

Caput XXXVIII.

De misso Jacob in Mesopotamiam ad accipiendam uxorem, et de visione quam in itinere somniavit, et de quatuor ipsius feminis, cum unam petiisset uxorem.

1. Mittitur Jacob a parentibus in Mesopotamiam, ut ibi ducat uxorem. Patris mittentis haec verba sunt: Non accipies uxorem ex filiabus Chananaeorum: surgens fuge in Mesopotamiam in domum Bathuel, patris matris tuae, et sume tibi inde uxorem de filiabus Laban, fratris matris tuae. Deus autem meus benedicat te, et augeat te, et multiplicet te; et eris in congregationes gentium; et det tibi benedictionem Abrahae patris tui, tibi et semini tuo post te, ut haeres fias terrae incolatus tui, quam dedit Deus Abrahae (Gen. XXVIII, 1-4). Hic jam intelligimus segregatum semen Jacob ab alio semine Isaac, quod factum est per Esau. Quando enim dictum est, In Isaac vocabitur tibi semen (Id. XXII, 12), pertinens utique semen ad civitatem Dei; separatum est inde aliud semen Abrahae, quod erat in ancillae filio, et quod futurum erat in filiis Cethurae. Sed adhuc erat ambiguum de duobus geminis filiis Isaac, an ad utrumque, an ad unum eorum illa benedictio pertineret; et si ad unum, quisnam esset illorum. Quod nunc declaratum est, cum prophetice a patre benedicitur Jacob, et dicitur ei: Et eris in congregationes gentium, et det tibi benedictionem Abrahae patris tui.

2. Pergens itaque in Mesopotamiam Jacob, in somnis accepit oraculum, de quo sic scriptum est: Et exiit Jacob a Puteo jurationis, et profectus est in Charram, et devenit in locum, et dormivit ibi: occiderat enim sol: et sumpsit ex lapidibus loci, et posuit ad caput suum, et dormivit in loco illo, et somniavit.

He aquí que al reclamar el mayor la bendición prometida, se espanta Isaac, y reconociendo que ha bendecido a uno por otro, se maravilla y pregunta quién será aquel; sin embargo, no se queja de haber sido engañado; antes bien, revelado súbitamente en su corazón un gran sacramento, evita la indignación y confirma la bendición. "¿Quién, pues, —dice— me ha cazado una pieza y me la ha traído, y he comido de todo antes de que tú vinieras, y le he bendecido, y será bendito?". ¿Quién no esperaría aquí más bien la maldición de un airado, si estas cosas no se hicieran por inspiración celestial, sino al modo terreno? ¡Oh cosas, hechas, pero hechas proféticamente; en la tierra, pero desde el cielo; por hombres, pero divinamente! Si se examinaran una por una estas cosas fecundas en tantos misterios, habría que llenar muchos volúmenes; pero el límite que debe imponerse moderadamente a esta obra nos obliga a apresurarnos hacia otras cosas.

Capítulo XXXVIII.

De Jacob enviado a Mesopotamia para tomar esposa, y de la visión que soñó en el camino, y de sus cuatro mujeres, habiendo pedido una sola esposa.

1. Jacob es enviado por sus padres a Mesopotamia para que tome allí esposa. Las palabras del padre que le envía son estas: "No tomarás esposa de las hijas de los cananeos; levantándote huye a Mesopotamia, a la casa de Batuel, padre de tu madre, y toma para ti de allí esposa de las hijas de Labán, hermano de tu madre. Y mi Dios te bendiga, y te aumente, y te multiplique; y serás en congregaciones de naciones; y te dé la bendición de Abraham tu padre, a ti y a tu descendencia después de ti, para que seas heredero de la tierra de tu peregrinación, la cual dio Dios a Abraham". Aquí entendemos ya segregada la descendencia de Jacob de la otra descendencia de Isaac, lo cual se hizo a través de Esaú. Pues cuando se dijo: "En Isaac te será llamada descendencia", perteneciendo ciertamente la descendencia a la ciudad de Dios; se separó de allí la otra descendencia de Abraham, la que estaba en el hijo de la esclava, y la que había de estar en los hijos de Cetura. Pero aún era ambiguo respecto a los dos hijos gemelos de Isaac si a ambos o a uno de ellos pertenecía aquella bendición; y si a uno, quién de ellos era. Lo cual ahora ha quedado declarado cuando Jacob es bendecido proféticamente por su padre y se le dice: "Y serás en congregaciones de naciones, y te dé la bendición de Abraham tu padre".

2. Partiendo, pues, Jacob hacia Mesopotamia, recibió en sueños un oráculo, sobre el cual así está escrito: "Y salió Jacob del Pozo del juramento, y partió hacia Carrán, y llegó a un lugar y durmió allí; pues se había puesto el sol: y tomó de las piedras del lugar y la puso a su cabecera, y durmió en aquel lugar y soñó.

Et ecce scala stabilita super terram, cujus caput pertingebat ad coelum: et Angeli Dei ascendebant et descendebant per illam; et Dominus incumbebat super illam; et dixit: Ego sum Deus Abraham patris tui, et Deus Isaac, noli timere: terram in qua tu dormis super eam, tibi dabo illam, et semini tuo: et erit semen tuum sicut arena terrae; et dilatabitur super Mare, et in Africum, et in Aquilonem, et ad Orientem: et benedicentur in te omnes tribus terrae, et in semine tuo. Et ecce ego sum tecum, custodiens te in omni via quacumque ibis; et reducam te in terram hanc: quia non te derelinquam, donec faciam omnia, quae tecum locutus sum. Et surrexit Jacob de somno suo, et dixit: Quia Dominus est in loco hoc, ego autem nesciebam. Et timuit, et dixit: Quam terribilis locus hic! non est hoc nisi domus Dei, et haec porta est coeli. Et surrexit Jacob, et sumpsit lapidem quem supposuit ibi ad caput, et statuit illum in titulum, et superfudit oleum in cacumen ejus: et vocavit Jacob nomen loci illius, Domus Dei (Gen. XXVIII, 10-19). Hoc ad prophetiam pertinet: nec more idololatriae lapidem perfudit oleo Jacob, velut faciens illum deum; neque enim adoravit eumdem lapidem, vel ei sacrificavit: sed quoniam Christi nomen a chrismate est, id est ab unctione; profecto figuratum est hic aliquid, quod ad magnum pertineat sacramentum. Scalam vero istam intelligitur ipse Salvator nobis in memoriam revocare in Evangelio, ubi cum dixisset de Nathanaele, Ecce vere Israelita, in quo dolus non est; quia Israel viderat istam visionem, ipse est enim Jacob: eodem loco ait, Amen, amen dico vobis, videbitis coelum apertum, et Angelos Dei ascendentes et descendentes super Filium hominis (Joan. 1, 47, 51).

3. Perrexit ergo Jacob in Mesopotamiam, ut inde acciperet uxorem. Unde autem illi acciderit quatuor habere feminas, de quibus duodecim filios et unam filiam procreavit, cum earum nullam concupisceret illicite, divina Scriptura indicat. Ad unam quippe accipiendam venerat (Gen. XXIX); sed cum illi altera pro altera supposita fuisset, nec ipsam dimisit, qua nesciens usus fuerat in nocte, ne ludibrio eam videretur habuisse; et eo tempore, quando multiplicandae posteritatis causa plures uxores lex nulla prohibebat, accepit etiam illam, cui uni jam futuri conjugii fidem fecerat. Qua cum esset sterilis, ancillam suam, de qua filios ipsa susciperet, marito dedit: quod etiam major soror ejus, quamvis peperisset, imitata, quoniam multiplicare prolem cupiebat, effecit. Nullam Jacob legitur petiisse praeter unam, nec usus plurimis nisi gignendae prolis officio, conjugali jure servato, ut neque hoc faceret, nisi uxores ejus id fieri flagitassent, quae corporis viri sui habebant legitimam potestatem. Genuit ergo duodecim filios et unam filiam ex quatuor mulieribus. Deinde ingressus est in Aegyptum per filium suum Joseph, qui venditus ab invidentibus fratribus eo perductus fuit, atque ibidem sublimatus.

Y he aquí una escala establecida sobre la tierra, cuya cima llegaba al cielo; y los ángeles de Dios subían y bajaban por ella; y el Señor se apoyaba sobre ella; y dijo: Yo soy el Dios de Abraham tu padre, y el Dios de Isaac, no temas; la tierra en la que duermes sobre ella, a ti te la daré y a tu descendencia: y será tu descendencia como la arena de la tierra; y se dilatará sobre el Mar, y hacia el África, y hacia el Aquilón, y hacia el Oriente: y serán bendecidas en ti todas las tribus de la tierra, y en tu descendencia. Y he aquí yo estoy contigo, guardándote en todo camino por donde fueres; y te reduciré a esta tierra; porque no te desampararé hasta que haga todas las cosas que he hablado contigo. Y se levantó Jacob de su sueño y dijo: Porque el Señor está en este lugar, y yo no lo sabía. Y temió y dijo: ¡Cuán terrible es este lugar! No es esto sino la casa de Dios, y esta es la puerta del cielo. Y se levantó Jacob y tomó la piedra que puso allí a la cabecera, y la erigió en título, y derramó aceite sobre su cima; y llamó Jacob el nombre de aquel lugar: Casa de Dios". Esto pertenece a la profecía; ni derramó Jacob aceite sobre la piedra al modo de la idolatría, como si la hiciera un dios; pues ni adoró la misma piedra ni le sacrificó; sino que como el nombre de Cristo viene del crisma, esto es, de la unción; ciertamente se figuró aquí algo que pertenece a un gran sacramento. Y esta escala se entiende que el mismo Salvador nos la recuerda en el Evangelio, donde habiendo dicho de Natanael: "He aquí un verdadero israelita, en quien no hay dolo"; porque Israel había visto esta visión, pues él mismo es Jacob; en el mismo lugar dice: "En verdad, en verdad os digo: veréis el cielo abierto y a los ángeles de Dios subiendo y bajando sobre el Hijo del hombre".

3. Partió, pues, Jacob hacia Mesopotamia para tomar de allí esposa. Pero cómo le sucedió tener cuatro mujeres, de las cuales procreó doce hijos y una hija, sin codiciar a ninguna de ellas ilícitamente, lo indica la divina Escritura. Pues había venido para tomar a una sola; pero habiéndosele supuesto una por otra, no despidió a aquella de quien se había servido sin saberlo en la noche, para no parecer que la había tenido en burla; y en aquel tiempo, cuando ninguna ley prohibía tener varias mujeres por causa de multiplicar la posteridad, tomó también a aquella a quien sola ya había dado palabra de futuro matrimonio. Como esta fuera estéril, dio a su marido su sierva para recibir ella misma hijos de ella; lo cual también su hermana mayor, aunque había parido, imitó, porque deseaba multiplicar la prole. No se lee que Jacob pidiera a ninguna fuera de una sola, ni usó de varias sino en el oficio de engendrar prole, guardado el derecho conyugal, de modo que ni siquiera hiciera esto si sus mujeres no hubieran exigido que se hiciera, las cuales tenían legítima potestad sobre el cuerpo de su marido. Engendró, pues, doce hijos y una hija de cuatro mujeres. Luego entró en Egipto por su hijo José, que vendido por sus envidiosos hermanos fue llevado allí, y en el mismo lugar fue sublimado.

Caput XXXIX.

Quae ratio fuerit ut Jacob etiam Israel cognominaretur.

Jacob autem etiam Israel, sicut paulo ante dixi, vocabatur: quod nomen magis populus ex illo procreatus obtinuit. Hoc autem nomen illi ab Angelo impositum est, qui cum illo fuerat in itinere de Mesopotamia redeunte luctatus, typum Christi evidentissime gerens. Nam quod ei praevaluit Jacob, utique volenti, ut mysterium figuraret, significat passionem Christi, ubi visi sunt ei praevalere Judaei. Et tamen benedictionem ab eodem angelo, quem superaverat, impetravit: ac sic hujus nominis impositio benedictio fuit. Interpretatur autem Israel, Videns Deum: quod erit in fine praemium omnium sanctorum. Tetigit porro illi idem angelus velut praevalenti latitudinem femoris, eumque isto modo claudum reddidit (Gen. XXXII, 24-29). Erat itaque unus atque idem Jacob et benedictus et claudus; benedictus in eis qui in Christum ex eodem populo crediderunt, atque in infidelibus claudus. Nam femoris latitudo, generis est multitudo. Plures quippe sunt in ea stirpe, de quibus prophetice praedictum est: Et claudicaverunt a semitis suis (Psal. XVII, 46).

Caput XL.

Quomodo Jacob cum septuaginta quinque animabus Aegyptum narretur ingressus; cum plerique ex his qui commemorantur, tempore posteriore sint geniti.

Ingressi itaque referuntur in Aegyptum simul cum ipso Jacob septuaginta quinque homines (Gen. XLVI, 27, sec. LXX, et Act. VII, 14), annumerato ipso cum filiis suis. In quo numero duae tantum feminae commemorantur, una filia, neptis altera. Sed res diligenter considerata non indicat, quod tantus numerus fuerit in progenie Jacob die vel anno quo ingressus est Aegyptum. Commemorati sunt quippe in eis etiam pronepotes Joseph, qui nullo modo jam tunc esse potuerunt: quoniam tunc centum triginta annorum erat Jacob, filius vero ejus Joseph triginta novem; quem cum accepisse tricesimo anno suo, vel amplius, constet uxorem, quomodo potuit per novem annos habere pronepotes de filiis, quos ex eadem uxore suscepit? Cum igitur nec filios haberent Ephraem et Manasses filii Joseph, sed eos pueros infra quam novennes Jacob Aegyptum ingressus invenerit, quo pacto eorum non solum filii, sed etiam nepotes, in illis septuaginta quinque numerantur, qui tunc Aegyptum ingressi sunt cum Jacob?

Capítulo XXXIX.

Qué razón hubo para que Jacob fuera también sobrenombrado Israel.

Pero Jacob también se llamaba Israel, como dije poco antes; cuyo nombre obtuvo más especialmente el pueblo procreado de él. Este nombre le fue impuesto por el ángel que había luchado con él en el camino de regreso de Mesopotamia, representando muy evidentemente el tipo de Cristo. Pues que Jacob prevaleciera sobre él, ciertamente queriéndolo él, para figurar un misterio, significa la pasión de Cristo, donde pareció que los judíos prevalecían sobre Él. Y sin embargo, alcanzó la bendición del mismo ángel a quien había superado; y así la imposición de este nombre fue una bendición. Se interpreta Israel: "El que ve a Dios", que será al fin el premio de todos los santos. Además, el mismo ángel le tocó, como si él prevaleciera, la anchura del muslo, y de este modo lo dejó cojo. Era, pues, uno mismo Jacob bendito y cojo; bendito en los que de aquel mismo pueblo creyeron en Cristo, y cojo en los infieles. Pues la anchura del muslo es la multitud del linaje. Porque son más en esa estirpe de quienes se predijo proféticamente: "Y cojearon de sus sendas".

Capítulo XL.

Cómo se narra que Jacob entró en Egipto con setenta y cinco almas; aunque la mayoría de los que se conmemoran nacieron en un tiempo posterior.

Se refiere, pues, que entraron en Egipto junto con el mismo Jacob setenta y cinco hombres, contándose él mismo con sus hijos. En cuyo número se conmemoran solo dos mujeres, una hija y otra nieta. Pero la cosa diligentemente considerada no indica que tal número hubiera en la progenie de Jacob el día o el año en que entró en Egipto. Pues se conmemoran entre ellos incluso los bisnietos de José, los cuales de ningún modo podían estar ya entonces; puesto que entonces Jacob era de ciento treinta años, pero su hijo José de treinta y nueve; habiendo tomado esposa, según consta, en su año trigésimo o más tarde, ¿cómo pudo en nueve años tener bisnietos de los hijos que recibió de la misma esposa? No teniendo, pues, hijos Efraín y Manasés, hijos de José, sino habiéndolos encontrado Jacob al entrar en Egipto como niños menores de nueve años, ¿de qué modo no solo sus hijos, sino también sus nietos, se cuentan en aquellos setenta y cinco que entonces entraron en Egipto con Jacob?

Nam commemoratur ibi Machir filius Manasse, nepos Joseph, et ejusdem Machir filius, id est Galaad, nepos Manasse, pronepos Joseph: ibi est et quem genuit Ephraem, alter filius Joseph, id est Utalaam, nepos Joseph; et filius ipsius Utalaae Edem, nepos Ephraem, pronepos Joseph (Gen. L, 22; Num. XXVI, 29 sqq.): qui nullo modo esse potuerunt, quando Jacob in Aegyptum venit, et filios Joseph nepotes suos, avos istorum, minores quam novem annorum pueros invenit. Sed nimirum introitus Jacob in Aegyptum, quando eum in septuaginta quinque animabus Scriptura commemorat, non unus dies, vel unus annus, sed totum illud est tempus, quamdiu vixit Joseph, per quem factum est ut iutrarent. Nam de ipso Joseph eadem Scriptura sic loquitur: Et habitavit Joseph in Aegypto, ipse et fratres ejus, et omnis cohabitatio patris ejus: et vixit annos centum et decem, et vidit Joseph filios Ephraem usque in tertiam generationem. Ipse est ille pronepos ejus ab Ephraem tertius. Generationem quippe tertiam dicit, filium, nepotem, pronepotem. Deinde sequitur: Et filii Machir, filii Manasse, nati sunt supra femora Joseph (Gen. L, 22). Et hic ille ipse est nepos Manasse, pronepos Joseph. Sed pluraliter appellati sunt, sicut Scriptura consuevit; quae unam quoque filiam Jacob filias nuncupavit: sicut in latinae linguae consuetudine liberi dicuntur pluraliter filii, etiamsi non sint uno amplius. Cum ergo ipsius Joseph praediceretur felicitas, quia videre potuit pronepotes, nullo modo putandi sunt jam fuisse tricesimo nono anno proavi sui Joseph, quando ad eum in Aegyptum Jacob pater ejus advenit. Illud autem est, quod fallit minus ista diligenter intuentes, quoniam scriptum est, Haec autem nomina filiorum Israel, qui intraverunt in Aegyptum simul cum Jacob patre suo (Id. XLVI, 8). Hoc enim dictum est, quia simul cum ille computantur septuaginta quinque, non quia simul jam erant omnes, quando Aegyptum ingressus est ipse: sed, ut dixi, totum tempus habetur ejus ingressus, quo vixit Joseph, per quem videtur ingressus.

Caput XLI.

De benedictione, quam Jacob in Judam filium suum promisit.

Igitur propter populum christianum, in quo Dei civitas peregrinatur in terris, si carnem Christi in Abrahae semine requiramus, remotis concubinarum filiis, occurrit Isaac: si in semine Isaac, remoto Esau, qui est etiam Edom, occurrit Jacob, qui est et Israel: si in semine Israel ipsius, remotis caeteris, occurrit Judas, quia de tribu Juda exortus est Christus. Ac per hoc cum in Aegypto moriturus Israel filios suos benediceret, quemadmodum Judam prophetice benedixerit, audiamus: Juda, inquit, te laudabunt fratres tui. Manus tuae super dorsum inimicorum tuorum: adorabunt te filii patris tui.

Pues se conmemora allí a Maquir, hijo de Manasés, nieto de José; y al hijo del mismo Maquir, esto es, Galaad, nieto de Manasés, bisnieto de José: allí está también el que engendró Efraín, el otro hijo de José, esto es, Sutalaam, nieto de José; y al hijo del mismo Sutalaam, Erán, nieto de Efraín, bisnieto de José; los cuales de ningún modo pudieron existir cuando Jacob vino a Egipto y encontró a los hijos de José, sus nietos, abuelos de estos, como niños de menos de nueve años. Pero sin duda la entrada de Jacob en Egipto, cuando la Escritura lo conmemora en setenta y cinco almas, no es un solo día o un solo año, sino todo aquel tiempo mientras vivió José, por quien se hizo que entraran. Pues de José mismo habla así la misma Escritura: "Y habitó José en Egipto, él y sus hermanos, y toda la cohabitación de su padre; y vivió ciento diez años, y vio José a los hijos de Efraín hasta la tercera generación". Ese es su bisnieto, tercero desde Efraín. Pues llama tercera generación al hijo, al nieto y al bisnieto. Luego sigue: "Y los hijos de Maquir, hijos de Manasés, nacieron sobre los muslos de José". Y aquí este mismo es el nieto de Manasés, bisnieto de José. Pero se les llamó en plural, como suele la Escritura; la cual también a la única hija de Jacob llamó "hijas"; así como en la costumbre de la lengua latina se llama en plural "hijos" (filii) a los niños (liberi), aunque no sean más de uno. Siendo, pues, predicha la felicidad de José mismo porque pudo ver bisnietos, de ningún modo debe pensarse que ya existieran en el año treinta y nueve de su bisabuelo José, cuando llegó a él en Egipto su padre Jacob. Pero aquello es lo que engaña a los que miran estas cosas menos diligentemente, puesto que está escrito: "Estos son los nombres de los hijos de Israel que entraron en Egipto junto con su padre Jacob". Pues esto se dijo porque se computan setenta y cinco junto con él, no porque ya estuvieran todos juntos cuando él mismo entró en Egipto; sino que, como dije, se tiene por tiempo de su entrada todo aquel en que vivió José, por quien se considera que entró.

Capítulo XLI.

De la bendición que Jacob prometió en su hijo Judá.

Por tanto, a causa del pueblo cristiano, en el cual la Ciudad de Dios (civitas Dei) peregrina en la tierra, si buscamos la carne de Cristo en la descendencia de Abraham, apartados los hijos de las concubinas, ocurre Isaac; si en la descendencia de Isaac, apartado Esaú, que es también Edom, ocurre Jacob, que es también Israel; si en la descendencia de Israel mismo, apartados los demás, ocurre Judá, porque de la tribu de Judá nació Cristo. Y por esto, cuando Israel, estando para morir en Egipto, bendecía a sus hijos, escuchemos de qué modo bendijo proféticamente a Judá: "Judá", dijo, "tus hermanos te alabarán. Tus manos sobre el dorso de tus enemigos: te adorarán los hijos de tu padre.

Catulus leonis Juda: ex germinatione, fili mi, ascendisti: recumbens dormisti ut leo, et ut catulus leonis, quis suscitabit eum? Non deficiet princeps ex Juda, et dux de femoribus ejus, donec veniant quae reposita sunt ei: et ipse exspectatio gentium; alligans ad vitem pullum suum, et cilicio pullum asinae suae. Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uvae amictum suum. Fulvi oculi ejus a vino, et dentes candidiores lacte (Gen. XLIX, 8-12). Exposui haec adversus Manichaeum Faustum disputans (Contra Faustum Manichaeum, lib. 12, cap. 42): et satis esse arbitror, quantum veritas prophetiae hujus elucet; ubi et mors Christi praedicta est verbo dormitionis, et non necessitas, sed potestas in morte, nomine leonis. Quam potestatem in Evangelio ipse praedicat, dicens: Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo eam tollit a me: sed ego eam pono a me, et iterum sumo eam (Joan. X, 18, 17). Sic leo fremuit, sic quod dixit implevit. Ad eam namque pertinet potestatem, quod de resurrectione ejus adjunctum est, Quis suscitabit eum? hoc est, quia nullus hominum, nisi se ipse, qui etiam de corpore suo dixit, Solvite templum hoc, et in triduo resuscitabo illud (Id. II, 19). Ipsum autem genus mortis, hoc est sublimitas crucis, in uno verbo intelligitur, quod ait, Ascendisti. Quod vero addidit, Recumbens dormisti, evangelista exponit, ubi dicit, et inclinato capite tradidit spiritum (Id. XIX, 30). Aut certe sepultura ejus agnoscitur, in qua recubuit dormiens; et unde illum nullus hominum, sicut Prophetae aliquos, vel sicut ipse alios suscitavit, sed sicut a somno ipse surrexit. Stola porro ejus quam lavat in vino, id est, mundat a peccatis in sanguine suo, cujus sanguinis sacramentum baptizati sciunt, unde et adjungit, Et in sanguine uvae amictum suum, quid est nisi Ecclesia? Et fulvi oculi ejus a vino: spirituales ejus inebriati poculo ejus, de quo canit Psalmus, Et calix tuus inebrians quam praeclarus est (Psal. XXII, 5)! Et dentes ejus candidiores lacte: quod potant apud Apostolum parvuli, verba scilicet nutrientia, nondum idonei solido cibo (I Cor. III, 2). Ipse igitur est in quo reposita erant promissa Judae, quae donec venirent, nunquam principes, hoc est reges, Israel ab illa stirpe defuerunt. Et ipse exspectatio gentium: quod clarius est videndo, quam sit exponendo.

Caput XLII.

De filiis Joseph, quos Jacob prophetica manuum suarum transmutatione benedixit.

Cachorro de león es Judá: de la germinación, hijo mío, subiste: recostado dormiste como león, y como cachorro de león, ¿quién lo despertará? No faltará príncipe de Judá, ni caudillo de sus muslos, hasta que vengan las cosas que le están reservadas: y él mismo es la expectación de las gentes (exspectatio gentium); atando a la vid su pollino, y al cilicio el pollino de su asna. Lavará en vino su estola, y en la sangre de la uva su manto. Rojizos sus ojos por el vino, y sus dientes más blancos que la leche (Gén. XLIX, 8-12). Expuse estas cosas disputando contra el maniqueo Fausto (Contra Fausto Maniqueo, lib. 12, cap. 42): y juzgo que es suficiente cuanto la verdad de esta profecía resplandece; donde también se predice la muerte de Cristo con el verbo de la dormición, y no la necesidad, sino el poder en la muerte, con el nombre del león. El cual poder él mismo predica en el Evangelio, diciendo: "Tengo poder para poner mi vida, y tengo poder para tomarla de nuevo. Nadie me la quita: sino que yo mismo la pongo, y la tomo de nuevo (Juan X, 18, 17). Así rugió el león, así cumplió lo que dijo. Pues a aquel poder pertenece lo que se añadió de su resurrección: "¿Quién lo despertará?", esto es, porque ningún hombre, sino él mismo, que también dijo de su propio cuerpo: "Destruid este templo, y en tres días lo resucitaré" (Id. II, 19). Pero el mismo género de muerte, esto es, la sublimidad de la cruz, se entiende en una sola palabra, que dice: "Subiste". Lo que en verdad añadió: "Recostado dormiste", lo explica el Evangelista donde dice: "y habiendo inclinado la cabeza, entregó el espíritu" (Id. XIX, 30). O ciertamente se reconoce su sepultura, en la cual se recostó durmiendo; y de donde ningún hombre lo despertó, como despertaron los Profetas a algunos, o como él mismo despertó a otros, sino que como de un sueño él mismo se levantó. Además, su estola que lava en vino, esto es, limpia de pecados en su propia sangre, cuyo sacramento de sangre conocen los bautizados, de donde también añade: "Y en la sangre de la uva su manto", ¿qué es sino la Iglesia? Y rojizos sus ojos por el vino: sus espirituales embriagados con su cáliz, de cual canta el Salmo: "¡Y cuán preclaro es tu cáliz embriagador!" (Salmo XXII, 5)! Y sus dientes más blancos que la leche: lo que beben los párvulos junto al Apóstol, a saber, las palabras que nutren, no siendo aún idóneos para el alimento sólido (I Cor. III, 2). Él es, por tanto, en quien estaban depositadas las promesas de Judá, las cuales hasta que vinieran, nunca faltaron príncipes, esto es, reyes de Israel de aquella estirpe. Y él mismo es la expectación de las gentes: lo cual es más claro viéndolo que exponiéndolo.

Capítulo XLII.

De los hijos de José, a quienes Jacob bendijo por la profética transmutación de sus manos.

Sicut autem duo Isaac filii, Esau et Jacob, figuram praebuerunt duorum populorum in Judaeis et Christianis (quamvis quod ad carnis propaginem pertinet, nec Judaei venerint ex semine Esau, sed Idumaei; nec Christianae gentes de Jacob, sed potius Judaei, ad hoc enim tantum figura valuit, quod dictum est, Major serviet minori [Gen. XXV, 23]); ita factum est etiam in duobus filiis Joseph: nam major gessit typum Judaeorum, Christianorum autem minor. Quos cum benediceret Jacob, manum dexteram ponens super minorem, quem habebat ad sinistram; sinistram super majorem, quem habebat ad dextram: grave visum est patri eorum, et admonuit patrem velut corrigens ejus errorem, et quisnam eorum esset major ostendens. At ille mutare manus noluit, sed dixit: Scio, fili, scio. Et hic erit in populum, et et hic exaltabitur: sed frater ejus junior major illo erit, semen ejus erit in multitudinem gentium (Gen. XLVIII, 19). Etiam hic duo illa promissa demonstrat. Nam ille in populum, iste in multitudinem gentium: quid evidentius quam his duabus promissionibus contineri populum Israelitarum orbemque terrarum in semine Abrahae, illum secundum carnem, istum secundum fidem?

Caput XLIII.

De temporibus Moysi, et Jesu Nave, ac Judicum, atque exinde Regum, quorum quidem Saül primus est, sed David praecipuus et sacramento habetur et merito.

1. Defuncto Jacob, defuncto etiam Joseph, per reliquos centum quadraginta quatuor annos, donec exiretur de terra Aegypti, in modum incredibilem illa gens crevit, etiam tantis attrita persecutionibus, ut quodam tempore nati masculi necarentur, cum mirantes Aegyptios nimia populi illius incrementa terrerent. Tunc Moyses subtractus furto trucidatoribus parvulorum, ad domum regiam, ingentia per eum Deo praeparante, pervenit, nutritusque et adoptatus a filia Pharaonis (quod nomen in Aegypto omnium regum fuit), in tantum pervenit virum, ut ipse illam gentem mirabiliter multiplicatam, ex durissimo et gravissimo, quod ibi ferebat, jugo servitutis extraheret, imo per eum Deus, qui hoc promiserat Abrahae. Prius quippe exinde fugiens, quod, cum Israelitam defenderet, Aegyptium occiderat, et fuerat territus; postea divinitus missus in potestate Spiritus Dei superavit resistentes Pharaonis magos.

Así como los dos hijos de Isaac, Esaú y Jacob, presentaron la figura de los dos pueblos en los judíos y los cristianos (aunque en lo que pertenece a la descendencia de la carne, ni los judíos vinieron de la descendencia de Esaú, sino los idumeos; ni las naciones cristianas de Jacob, sino más bien los judíos, pues para esto solo valió la figura, en lo que se dijo: "El mayor servirá al menor"); así sucedió también en los dos hijos de José: pues el mayor llevó el tipo de los judíos, y el menor el de los cristianos. A los cuales cuando Jacob bendecía, poniendo la mano derecha sobre el menor, a quien tenía a su izquierda; y la izquierda sobre el mayor, a quien tenía a su derecha: pareció grave al padre de ellos, y amonestó a su padre como corrigiendo su error, y mostrando quién de ellos era el mayor. Pero él no quiso mudar las manos, sino que dijo: "Lo sé, hijo, lo sé. También este será un pueblo, y también este será ensalzado: pero su hermano menor será mayor que él, su descendencia será una multitud de gentes (multitudinem gentium) (Gén. XLVIII, 19). También aquí demuestra aquellas dos promesas. Pues aquel "un pueblo", este "una multitud de gentes": ¿qué hay más evidente que el que en estas dos promesas se contengan el pueblo de los israelitas y el orbe de la tierra en la descendencia de Abraham, aquel según la carne (secundum carnem), este según la fe (secundum fidem)?

Capítulo XLIII.

De los tiempos de Moisés, y de Josué hijo de Nun, y de los Jueces, y desde entonces de los Reyes, de los cuales Saúl es el primero, pero David es el principal y se tiene tanto por sacramento como por mérito.

1. Muerto Jacob, muerto también José, por los restantes ciento cuarenta y cuatro años, hasta que se salió de la tierra de Egipto, aquella nación creció de un modo increíble, aun siendo desgastada por tantas persecuciones, de suerte que en cierto tiempo los varones nacidos eran matados, cuando los egipcios, admirados, se aterraban por los excesivos incrementos de aquel pueblo. Entonces Moisés, sustraído a hurtadillas de los matadores de los párvulos, llegó a la casa real, preparando Dios por él grandes cosas, y habiendo sido nutrido y adoptado por la hija de Faraón (cuyo nombre fue el de todos los reyes en Egipto), llegó a ser un varón tan grande que él mismo sacara a aquella nación maravillosamente multiplicada del durísimo y gravísimo yugo de servidumbre que allí soportaba, o más bien Dios por él, quien había prometido esto a Abraham. Pues huyendo primero de allí porque, al defender a un israelita, había matado a un egipcio y se había aterrado; después, enviado divinamente en el poder del Espíritu de Dios, superó a los magos de Faraón que se resistían.

Tunc per eum Aegyptiis illatae sunt decem memorabiles plagae, cum dimittere populum Dei nollent; aqua in sanguinem versa, ranae et sciniphes, cynomyia, mors pecorum, ulcera, grando, locusta, tenebrae, mors primogenitorum. Ad extremum Israelitas, quos plagis tot tantisque perfracti tandem aliquando dimiserant, Aegyptii in mari Rubro dum persequuntur, exstincti sunt. Illis quippe abeuntibus divisum mare viam fecit: hos autem insequentes in se rediens unda submersit. Deinde per annos quadraginta, duce Moyse, Dei populus per desertum actus est, quando Tabernaculum testimonii nuncupatum est, ubi Deus sacrificiis futura praenuntiantibus colebatur: cum scilicet jam data lex fuisset in monte multum terribiliter; attestabatur enim evidentissima mirabilibus signis vocibusque divinitas. Quod factum est mox ut exitum est de Aegypto, et in deserto populus esse coepit, quinquagesimo die post celebratum Pascha per ovis immolationem: qui usque adeo typus Christi est, praenuntians eum per victimam passionis de hoc mundo transiturum ad Patrem (Pascha quippe hebraea lingua Transitus interpretatur [Exod. XII, 11,]), ut jam cum revelaretur Testamentum novum, posteaquam Pascha nostrum immolatus est Christus, quinquagesimo die veniret de coelo Spiritus sanctus: qui dictus est in Evangelio digitus Dei (Luc. XI, 20), ut recordationem nostram in primi praefigurati facti memoriam revocaret; quia et legis illae tabulae digito Dei scriptae referuntur (Exod. XXXI, 18).

2. Defuncto Moyse, populum rexit Jesus Nave, et in terram promissionis introduxit, eamque populo divisit. Ab his duobus mirabilibus ducibus bella etiam prosperrime ac mirabiliter gesta sunt, Deo contestante non tam propter merita Hebraei populi, quam propter peccata earum quae debellabantur gentium, illas eis provenisse victorias. Post istos duces, Judices fuerunt, jam in terra promissionis populo collocato: ut inciperet interim reddi Abrahae prima promissio de gente una, id est Hebraea, et terra Chanaan; nondum de omnibus gentibus et toto orbe terrarum: quod Christi adventus in carne, et non veteris Legis observationes, sed Evangelii fides fuerat impletura. Cujus rei praefiguratio facta est, quod non Moyses, qui legem populo acceperat in monte Sina, sed Jesus, cui etiam nomen Deo praecipiente mutatum fuerat ut Jesus vocaretur, populum in terram promissionis induxit. Temporibus autem Judicum, sicut se habebant et peccata populi et misericordia Dei, alternaverunt prospera et adversa bellorum.

Entonces por él fueron inferidas a los egipcios diez memorables plagas, no queriendo ellos dejar ir al pueblo de Dios: el agua convertida en sangre, ranas y mosquitos, cinomía, muerte de los ganados, úlceras, granizo, langosta, tinieblas, muerte de los primogénitos. Al final, mientras los egipcios perseguían en el mar Rojo (mari Rubro) a los israelitas, a los cuales, quebrantados por tantas y tan grandes plagas, al fin alguna vez habían dejado ir, fueron extinguidos. Pues a aquellos que se iban, el mar dividido les hizo camino; pero a estos que los seguían, la onda volviendo sobre sí los sumergió. Después, por cuarenta años, siendo Moisés el guía, el pueblo de Dios fue conducido por el desierto, cuando fue nombrado el Tabernáculo del testimonio (Tabernaculum testimonii), donde Dios era colultado con sacrificios que prenunciaban las cosas futuras: a saber, habiendo sido ya dada la ley en el monte muy terriblemente; pues la divinidad se atestiguaba evidentísimamente con maravillosos signos y voces. Lo cual se hizo tan pronto como se salió de Egipto, y el pueblo empezó a estar en el desierto, el quincuagésimo día después de celebrada la Pascua (Pascha) por la inmolación de la oveja: la cual es hasta tal punto tipo de Cristo, prenunciando que él, por la víctima de su pasión, pasaría de este mundo al Padre (pues Pascua en lengua hebrea se interpreta Tránsito [Transitus]), que ya cuando se revelaba el Nuevo Testamento (Testamentum novum), después de que nuestra Pascua, Cristo, fue inmolado, el quincuagésimo día viniera del cielo el Espíritu Santo: el cual fue llamado en el Evangelio dedo de Dios (digitus Dei), para que trajera nuestra recordación a la memoria del primer hecho prefigurado; porque también aquellas tablas de la ley se refiere que fueron escritas por el dedo de Dios (Éxodo XXXI, 18).

2. Muerto Moisés, Josué hijo de Nun (Jesus Nave) rigió al pueblo, y lo introdujo en la tierra de promisión, y la dividió al pueblo. Por estos dos maravillosos guías también se gestionaron guerras muy próspera y maravillosamente, atestiguando Dios que aquellas victorias les habían sobrevenido no tanto por los méritos del pueblo hebreo, cuanto por los pecados de aquellas naciones que eran combatidas. Después de estos guías, hubo Jueces, estando ya el pueblo colocado en la tierra de promisión: para que empezara entretanto a cumplirse para Abraham la primera promesa sobre una nación, esto es, la hebrea, y la tierra de Canaán (terra Chanaan); no todavía sobre todas las naciones y todo el orbe de la tierra: lo cual el advenimiento de Cristo en la carne, y no las observaciones de la antigua Ley, sino la fe del Evangelio, había de cumplir. De cuya cosa se hizo una prefiguración en que no Moisés, que había recibido la ley para el pueblo en el monte Sinaí, sino Josué (Jesus), a quien también el nombre por mandato de Dios le había sido cambiado para que se llamara Josué, introdujo al pueblo en la tierra de promisión. Pero en los tiempos de los Jueces, según se tenían tanto los pecados del pueblo como la misericordia de Dios, alternaron las cosas prósperas y adversas de las guerras.

3. Inde ventum est ad Regum tempora: quorum primus regnavit Saül: quo reprobato et bellica clade prostrato, ejusque stirpe rejecta, ne inde reges orirentur, David successit in regnum, cujus maxime Christus dictus est filius. In quo articulus quidam factus est et exordium quodammodo juventutis populi Dei: cujus generis quaedam velut adolescentia ducebatur ab ipso Abraham usque ad hunc David. Neque enim frustra Matthaeus evangelista sic generationes commemoravit, ut hoc primum intervallum quatuordecim generationibus commendaret, ab Abraham scilicet usque ad David (Matth. I, 17). Ab adolescentia quippe incipit homo posse generare: propterea generationum ex Abraham sumpsit exordium; qui etiam pater gentium constitutus est, quando mutatum nomen accepit. Ante hunc ergo velut pueritia fuit hujus generis populi Dei, a Noe usque ad ipsum Abraham: et ideo prima lingua inventa est, id est hebraea. A pueritia namque homo incipit loqui post infantiam, quae hinc appellata est, quia fari non potest. Quam profecto aetatem primam demergit oblivio, sicut aetas prima generis humani est deleta diluvio. Quotus enim quisque est, qui suam recordetur infantiam? Quamobrem in isto procursu civitatis Dei, sicut superior unam eamdemque primam, ita duas aetates secundam et tertiam liber iste contineat, in qua tertia propter vaccam trimam, capram trimam, et arietem trimum (Gen. XV, 9), impositum est Legis jugum, et apparuit abundantia peccatorum, et regni terreni surrexit exordium, ubi non defuerunt spirituales, quorum in turture et columba (Ibid.) figuratum est sacramentum.

3. De allí se llegó a los tiempos de los Reyes: de los cuales reinó primero Saúl (Saül): el cual, siendo reprobado y postrado por una matanza bélica, y rechazada su estirpe para que no nacieran de allí reyes, sucedió David en el reino, de quien Cristo fue llamado especialmente hijo. En el cual se hizo un cierto artículo y el exordio de algún modo de la juventud del pueblo de Dios: de cuyo género se conducía una cierta como adolescencia desde el mismo Abraham hasta este David. Pues no en vano el evangelista Mateo conmemoró así las generaciones, de modo que recomendó este primer intervalo con catorce generaciones, a saber, desde Abraham hasta David (Mat. I, 17). Pues desde la adolescencia empieza el hombre a poder engendrar: por eso tomó el exordio de las generaciones desde Abraham; el cual también fue constituido padre de las naciones cuando recibió el nombre mudado. Antes de este, pues, hubo como una niñez (pueritia) de este género de pueblo de Dios, desde Noé hasta el mismo Abraham: y por eso se encontró la primera lengua, esto es, la hebrea. Pues desde la niñez el hombre empieza a hablar después de la infancia (infantiam), la cual se llamó así de esto, porque no puede hablar (fari non potest). Cuya primera edad por cierto la sumerge el olvido, así como la primera edad del género humano fue borrada por el diluvio (diluvio). Pues, ¿cuántos hay que recuerden su propia infancia? Por lo cual, en este transcurso de la Ciudad de Dios, así como el libro anterior contuvo aquella una y misma primera edad, así este libro contenga dos edades, la segunda y la tercera, en la cual tercera, por causa de la vaca de tres años, la cabra de tres años y el carnero de tres años (Gén. XV, 9), se impuso el yugo de la Ley, y apareció la abundancia de los pecados, y surgió el exordio del reino terreno, donde no faltaron hombres espirituales, cuyo sacramento fue figurado en la tórtola y la paloma (turture et columba) (Ibíd.).

Liber D

ECIMUS SEPTIMUS.

In quo agitur de civitatis Dei procursu temporibus Regum et Prophetarum a Samuele et David usque ad Christum, et quae sacris Litteris mandatae sunt vaticinationes eorumdem temporum in Regum, Psalmorum et Salomonis libris de Christo et Ecclesia exponuntur.

Caput Primum.

De temporibus Prophetarum.

Promissiones Dei, quae factae sunt ad Abraham, cujus semini et gentem Israeliticam secundum carnem et omnes gentes deberi secundum fidem, Deo pollicente, didicimus, quemadmodum compleantur, per ordinem temporum procurrens Dei civitas indicabit. Quoniam ergo superioris libri usque ad regnum David factus est finis, nunc ab eodem regno, quantum suscepto operi sufficere videtur, caetera quae sequuntur attingimus. Hoc itaque tempus, ex quo sanctus Samuel prophetare coepit, et deinceps donec populus Israel captivus in Babyloniam duceretur, atque inde secundum sancti Jeremiae prophetiam post septuaginta annos reversis Israelitis (Jerem. XXV, 11) Dei domus instauraretur totum tempus est Prophetarum. Quamvis enim et ipsum Noe patriarcham, in cujus diebus universa terra diluvio deleta est, et alios supra et infra usque ad hoc tempus, quo reges in Dei populo esse coeperunt, propter quaedam per eos futura sive quoquo modo significata, sive praedicta, quae pertinerent ad civitatem Dei regnumque coelorum, non immerito possimus appellare prophetas; praesertim quia nonnullos eorum id expressius legimus nuncupatos, sicut Abraham (Gen. XX, 7), sicut Moysen (Deut. XXXIV, 10): tamen dies Prophetarum praecipue maximeque hi dicti sunt, ex quo coepit prophetare Samuel, qui et Saülem prius, et eo reprobato ipsum David, Deo praecipiente, unxit in regem, de cujus caeteri stirpe succederent, quousque illos succedere sic oporteret. Quae igitur a Prophetis sunt praedicta de Christo, cum moriendo decedentibus et nascendo succedentibus suis membris civitas Dei per ista curreret tempora, si omnia velim commemorare, in immensum pergitur.

Libro D

ECIMOSÉPTIMO.

En el cual se trata del transcurso de la ciudad de Dios en los tiempos de los Reyes y de los Profetas desde Samuel y David hasta Cristo, y se exponen las profecías de esos mismos tiempos que fueron encomendadas a las sagradas Letras en los libros de los Reyes, de los Salmos y de Salomón sobre Cristo y la Iglesia.

Capítulo Primero.

De los tiempos de los Profetas.

Las promesas de Dios que fueron hechas a Abraham, a cuya descendencia aprendimos, por promesa de Dios, que se deben tanto la nación israelita según la carne (secundum carnem) como todas las naciones según la fe (secundum fidem), la ciudad de Dios (civitas Dei) indicará cómo se cumplen transcurriendo por el orden de los tiempos. Puesto que el fin del libro anterior se hizo hasta el reino de David, ahora desde el mismo reino, en cuanto parece bastar para la obra emprendida, tocamos las demás cosas que siguen. Este tiempo, por tanto, desde el cual el santo Samuel empezó a profetizar, y de allí en adelante hasta que el pueblo de Israel fue llevado cautivo a Babilonia, y de allí, según la profecía del santo Jeremías, después de setenta años, regresados los israelitas (Jerem. XXV, 11), fue restaurada la casa de Dios, es todo el tiempo de los Profetas. Pues aunque tanto al mismo patriarca Noé, en cuyos días toda la tierra fue borrada por el diluvio, como a otros por arriba y por abajo hasta este tiempo en que empezaron a haber reyes en el pueblo de Dios, por ciertas cosas futuras o de cualquier modo significadas por ellos, o predichas, que pertenecieran a la ciudad de Dios y al reino de los cielos, no sin mérito podamos llamarlos profetas; especialmente porque leemos que algunos de ellos fueron nombrados así más expresamente, como Abraham (Gén. XX, 7), como Moisés (Deut. XXXIV, 10): sin embargo, los días de los Profetas fueron llamados especialmente y sobre todo estos, desde que empezó a profetizar Samuel, quien también ungió primero a Saúl (Saülem), y reprobado este, al mismo David por mandato de Dios como rey, de cuya estirpe los demás habían de suceder, hasta que así conviniera que sucedieran. Por tanto, las cosas que fueron predichas por los Profetas sobre Cristo, mientras la ciudad de Dios corría por estos tiempos con sus miembros que se marchaban al morir y sucedían al nacer, si quisiera conmemorar todas, se iría a lo inmenso.

Primum quia ipsa Scriptura, quae per ordinem Reges eorumque facta et eventa digerens, videtur tanquam historica diligentia rebus gestis occupata esse narrandis, si adjuvante Dei Spiritu considerata tractetur, vel magis, vel certe non minus praenuntiandis futuris, quam praeteritis enuntiandis, invenietur intenta. Et hoc perscrutando indagare ac disserendo monstrare, quam sit operosum atque prolixum, et quam multis indiguum voluminibus, quis ignorat, qui haec vel mediocriter cogitat? Deinde quia ea ipsa quae ad prophetiam non ambigitur pertinere, ita sunt multa de Christo regnoque coelorum, quae civitas Dei est, ut ad hoc aperiendum major sit disputatio necessaria, quam hujus operis modus flagitat. Proinde ita, si potuero, stilo moderabor meo, ut huic operi in Dei voluntate peragendo, nec ea quae supersint dicam, nec ea quae satis sint praetermittam.

Caput II.

Quo tempore sit impleta promissio Dei de terra Chanaan, quam in possessionem etiam Israel carnalis accepit.

In praecedente libro diximus, ab initio ad Abraham promissionum Dei duas res fuisse promissas: unam scilicet, quod terram Chanaan possessurum fuerat semen ejus; quod significatur, ubi dictum est, Vade in terram, quam tibi demonstravero, et faciam te in gentem magnam: aliam vero longe praestantiorem, non de carnali, sed de spirituali semine, per quod pater est, non unius gentis Israeliticae, sed omnium gentium, quae fidei ejus vestigia consequuntur; quod promitti coepit his verbis: Et benedicentur in te omnes tribus terrae (Gen. XII, 1-3). Et deinceps aliis multis admodum testimoniis haec duo promissa esse monstravimus. Erat igitur jam in terra promissionis semen Abrahae, id est populus Israel, secundum carnem: atque ibi non solum tenendo ac possidendo civitates adversariorum, verum etiam reges habendo, regnare jam coeperat, impletis de ipso populo promissionibus Dei jam magna ex parte; non solum quae illis tribus patribus, Abraham, Isaac, et Jacob, et quaecumque aliae temporibus eorum, verum etiam quae per ipsum Moysen, per quem populus idem de servitute Aegyptia liberatus est, et per quem cuncta praeterita revelata sunt temporibus ejus, cum populum per eremum duceret, factae fuerant. Neque autem per insignem ducem Jesum Nave, per quem populus ille in promissionis inductus est terram, expugnatisque gentibus, eam duodecim tribubus, quibus Deus jusserat, divisit, et mortuus est; neque post illum toto tempore Judicum impleta fuerat promissio Dei de terra Chanaan, a quodam flumine Aegypti usque ad flumen magnum Euphratem (Gen. XV, 18): nec tamen adhuc prophetabatur futurum, sed exspectabatur implendum.

Primero porque la misma Escritura, que disponiendo por orden los Reyes y sus hechos y eventos, parece como si estuviera ocupada con diligencia histórica en narrar las cosas gestadas, si se trata considerada con la ayuda del Espíritu de Dios, se encontrará intentada o más, o ciertamente no menos, a prenunciar las cosas futuras que a enunciar las pasadas. Y quién ignora, quien piense estas cosas aunque sea mediocremente, cuán trabajoso y prolijo es indagar esto escudriñando y mostrarlo discurriendo, y de cuántos volúmenes es digno. Luego porque esas mismas cosas que no se duda que pertenecen a la profecía, son tantas sobre Cristo y el reino de los cielos, que es la ciudad de Dios, que para abrir esto sería necesaria una disputa mayor de la que exige el modo de esta obra. Por consiguiente, así moderaré mi estilo, si pudiere, que al llevar a cabo esta obra en la voluntad de Dios, ni diga las cosas que sobren, ni pase por alto las que basten.

Capítulo II.

En qué tiempo se cumplió la promesa de Dios sobre la tierra de Canaán, la cual recibió en posesión incluso el Israel carnal.

En el libro precedente dijimos que desde el principio para Abraham en las promesas de Dios dos cosas fueron prometidas: una, a saber, que su descendencia había de poseer la tierra de Canaán (terra Chanaan); lo cual se significa donde se dice: "Ve a la tierra que te mostraré, y te haré una gran nación": pero otra mucho más excelente, no de la descendencia carnal, sino de la espiritual, por la cual es padre, no de una sola nación israelita, sino de todas las naciones que siguen las huellas de su fe; lo cual empezó a prometerse en estas palabras: "Y en ti serán benditas todas las tribus de la tierra" (Gén. XII, 1-3). Y de allí en adelante, con otros muchísimos testimonios, mostramos que estas dos cosas fueron prometidas. Estaba, pues, ya en la tierra de promisión la descendencia de Abraham, esto es, el pueblo de Israel, según la carne; y allí no solo teniendo y poseyendo las ciudades de los adversarios, sino incluso teniendo reyes, ya había empezado a reinar, cumplidas ya en gran parte las promesas de Dios sobre el mismo pueblo; no solo las que se hicieron a aquellos tres padres, Abraham, Isaac y Jacob, y cualesquiera otras en los tiempos de ellos, sino incluso las que a través del mismo Moisés, por quien el mismo pueblo fue liberado de la servidumbre egipcia, y por quien todas las cosas pasadas fueron reveladas en sus tiempos mientras conducía al pueblo por el desierto, habían sido hechas. Pero ni por el insigne caudillo Josué hijo de Nun (Jesus Nave), por quien aquel pueblo fue introducido en la tierra de promisión y, expugnadas las naciones, la dividió a las doce tribus a las cuales Dios había mandado, y murió; ni después de él en todo el tiempo de los Jueces se había cumplido la promesa de Dios sobre la tierra de Canaán "desde un cierto río de Egipto hasta el gran río Éufrates (Euphratem)" (Gén. XV, 18): ni sin embargo todavía se profetizaba como futuro, sino que se esperaba su cumplimiento.

Impletum est autem per David, et ejus filium Salomonem; cujus regnum tanto, quanto promissum fuerat, spatio dilatatum est: universos quippe illos subdiderunt, tributariosque fecerunt. Sic igitur in terra promissionis secundum carnem, hoc est in terra Chanaan, sub his regibus semen Abrahae fuerat constitutum, ut nihil deinde superesset, quo terrena illa Dei promissio compleretur, nisi ut in eadem terra, quantum ad prosperitatem attinet temporalem, per posteritatis successionem inconcusso statu usque ad mortalis saeculi hujus terminum gens permaneret Hebraea, si Domini Dei sui legibus obediret. Sed quoniam Deus noverat, hoc eam non esse facturam, usus est ejus etiam temporalibus poenis ad exercendos in ea paucos fideles suos, et admonendos qui postea futuri erant in omnibus gentibus, quod eos admoneri oportebat, in quibus alteram promissionem, revelato novo Testamento, per incarnationem Christi fuerat impleturus.

Caput III.

De tripartitis significationibus Prophetarum, quae nunc ad terrenam, nunc ad coelestem Jerusalem, nunc autem ad utramque referuntur.

1. Quocirca, sicut oracula illa divina ad Abraham, Isaac, et Jacob, et quaecumque alia signa, vel dicta prophetica, in sacris Litteris praecedentibus facta sunt: ita etiam caeterae ab isto Regum tempore prophetiae partim pertinent ad gentem carnis Abrahae, partim vero ad illud semen ejus, in quo benedicuntur omnes gentes cohaeredes Christi per Testamentum novum, ad possidendam vitam aeternam regnumque coelorum. Partim ergo ad ancillam, quae in servitutem generat, id est terrenam Jerusalem, quae servit cum filiis suis; partim vero ad liberam civitatem Dei, id est veram Jerusalem aeternam in coelis, cujus filii homines secundum Deum viventes peregrinantur in terris: sed sunt in eis quaedam, quae ad utramque pertinere intelliguntur, ad ancillam proprie, ad liberam figurate.

2. Tripartita itaque reperiuntur eloquia Prophetarum: siquidem aliqua sunt ad terrenam Jerusalem spectantia, aliqua ad coelestem, nonnulla ad utramque. Exemplis video probandum esse quod dico. Missus est Nathan propheta, qui regem David argueret de peccato gravi, et ei, quae consecuta sunt mala, futura praediceret (II Reg. XII). Haec atque hujusmodi sive publice, id est pro salute vel utilitate populi, sive privatim, cum pro suis quisque rebus divina promereretur eloquia, quibus pro usu temporalis vitae futuri aliquid nosceretur, ad terrénam civitatem pertinuisse, quis ambigat?

Se cumplió, en cambio, por David y su hijo Salomón (Salomonem); cuyo reino fue dilatado por tanto espacio cuanto había sido prometido: pues sometieron a todos aquellos y los hicieron tributarios. Así, pues, en la tierra de promisión según la carne, esto es, en la tierra de Canaán, bajo estos reyes había sido constituida la descendencia de Abraham, de modo que nada quedaba después por lo cual aquella promesa terrena de Dios se completara, sino que en la misma tierra, en lo que a la prosperidad temporal atañe, permaneciera por la sucesión de la posteridad en estado inconcuso hasta el término de este siglo mortal la nación hebrea, si obedeciera a las leyes del Señor su Dios. Pero puesto que Dios sabía que ella no había de hacer esto, usó también de sus penas temporales para ejercitar en ella a sus pocos fieles, y amonestar a los que después habían de existir en todas las naciones lo que convenía que fueran amonestados, en los cuales, revelado el Nuevo Testamento (novo Testamento), por la encarnación de Cristo había de cumplir la otra promesa.

Capítulo III.

De las tripartitas significaciones de los Profetas, que se refieren ahora a la Jerusalén terrena, ahora a la celestial, y ahora a ambas.

1. Por lo cual, así como aquellos oráculos divinos para Abraham, Isaac y Jacob, y cualesquiera otros signos o dichos proféticos fueron hechos en las precedentes sagradas Letras: así también las demás profecías desde este tiempo de los Reyes pertenecen en parte a la nación de la carne de Abraham, pero en parte a aquella descendencia suya en la cual son benditas todas las naciones, coherederas de Cristo por el Nuevo Testamento (Testamentum novum), para poseer la vida eterna y el reino de los cielos. En parte, por tanto, a la esclava (ancillam) que engendra para la servidumbre, esto es, la Jerusalén terrena (terrenam Jerusalem), que sirve con sus hijos; pero en parte a la libre ciudad de Dios (liberam civitatem Dei), esto es, la verdadera Jerusalén eterna en los cielos, cuyos hijos son hombres que viven según Dios como peregrinos en la tierra: pero hay en ellas ciertas cosas que se entienden pertenecer a ambas, a la esclava propiamente, a la libre figuradamente.

2. Así pues, se encuentran tripartitos los elocuentes dichos de los Profetas: pues algunos miran a la Jerusalén terrena, algunos a la celestial, algunos a ambas. Veo que debo probar con ejemplos lo que digo. Fue enviado el profeta Natán (Nathan) para argüir al rey David de un pecado grave, y para predecirle los males futuros que le siguieron (2 Sam. 12). ¿Quién dudaría que estas cosas y las semejantes, ya sea públicamente, esto es, por la salud o utilidad del pueblo, o privadamente, cuando cada uno por sus propios asuntos merecía los elocuentes dichos divinos por los cuales se conociera algo del futuro para el uso de la vida temporal, pertenecieron a la ciudad terrena?

Ubi autem legitur, Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et consummabo domui Israel et domui Juda testamentum novum, non secundum testamentum quod disposui patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Aegypti: quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo, et ego neglexi eos, dicit Dominus, Quia hoc est testamentum, quod constituam domui Israel: post dies illos, dicit Dominus, dabo leges meas in mentem eorum, et super corda eorum scribam eas, et videbo eos, et ero illis in Deum, et ipsi erunt mihi in plebem (Jerem. XXXI, 31-33; Hebr. VIII, 8-10); Jerusalem sine dubio superna prophetatur, cujus Deus ipse praemium est, eumque habere atque ipsius esse summum ibi est atque totum bonum. Ad utramque vero pertinet hoc ipsum, quod Jerusalem dicitur Dei civitas, et in ea prophetatur futura domus Dei, eaque prophetia videtur impleri, cum Salomon rex aedificat illud nobilissimum templum. Haec enim et in terrena Jerusalem secundum historiam contigerunt, et coelestis Jerusalem figurae fuerunt. Quod genus prophetiae ex utroque veluti compactum atque commixtum in Libris veteribus canonicis, quibus rerum gestarum narrationes continentur, valet plurimum, multumque exercuit et exercet ingenia scrutantium Litteras sacras, ut quod historice praedictum completumque legitur in semine Abrahae secundum carnem, etiam in semine Abrahae secundum fidem quid implendum allegorice significet inquiratur: in tantum ut quibusdam visum sit, nihil esse in eisdem libris vel praenuntiatum et effectum, vel effectum, quamvis non praenuntiatum, quod non insinuet aliquid ad supernam civitatem Dei ejusque filios in hac vita peregrinos figurata significatione referendum. Sed si hoc ita est, jam bipartita, non tripartita erunt eloquia Prophetarum, vel potius illarum Scripturarum omnium, quae veteris Instrumenti appellatione censentur. Nihil enim erit illic, quod ad Jerusalem terrenam tantum pertineat, si quidquid ibi de illa, vel propter illam, dicitur atque completur, significat aliquid, quod etiam Jerusalem coelestem allegorica praefiguratione referatur: sed erunt sola duo genera, unum quod ad Jerusalem liberam, alterum quod ad utramque pertineat. Mihi autem sicut multum videntur errare, qui nullas res gestas in eo genere litterarum aliquid aliud praeter id quod eo modo gestae sunt significare arbitrantur; ita multum audere, qui prorsus ibi omnia significationibus allegoricis involuta esse contendunt.

Pero donde se lee: "He aquí que vienen días, dice el Señor, y consumaré para la casa de Israel y para la casa de Judá un nuevo testamento (testamentum novum), no según el testamento que dispuse para sus padres en el día en que tomé su mano para sacarlos de la tierra de Egipto; porque ellos no permanecieron en mi testamento y yo los descuidé, dice el Señor. Porque este es el testamento que constituiré para la casa de Israel: después de aquellos días, dice el Señor, daré mis leyes en su mente y sobre sus corazones las escribiré, y los veré, y seré para ellos por Dios y ellos mismos serán para mí por pueblo" (Jer. 31, 31-33; Heb. 8, 8-10); sin duda se profetiza la Jerusalén celestial (Jerusalem superna), cuyo premio es Dios mismo, y el tenerlo a él y ser de él es allí el sumo y todo el bien (summum atque totum bonum). Pero a ambas pertenece esto mismo de que Jerusalén sea llamada ciudad de Dios, y en ella se profetice la futura casa de Dios, y esa profecía se vea cumplirse cuando el rey Salomón (Salomon) edifica aquel nobilísimo templo. Pues estas cosas tanto sucedieron en la Jerusalén terrena según la historia, como fueron figuras de la Jerusalén celestial. El cual género de profecía, como compactado y mezclado de ambos en los Libros antiguos canónicos en los que se contienen las narraciones de las cosas gestadas, vale muchísimo, y mucho ejercitó y ejercita los ingenios de los que escudriñan las Letras sagradas, para que lo que se lee históricamente predicho y completado en la descendencia de Abraham según la carne (secundum carnem), se indague también qué significa alegóricamente que ha de cumplirse en la descendencia de Abraham según la fe (secundum fidem): hasta el punto de que a algunos les ha parecido que nada hay en los mismos libros, ya sea prenunciado y efectuado, o efectuado aunque no prenunciado, que no insinúe algo que deba referirse a la celestial ciudad de Dios y a sus hijos peregrinos en esta vida por una significación figurada. Pero si esto es así, ya serán bipartitos, no tripartitos, los elocuentes dichos de los Profetas, o más bien de todas aquellas Escrituras que se consideran bajo la apelación del Antiguo Instrumento (veteris Instrumenti). Pues nada habrá allí que pertenezca solo a la Jerusalén terrena, si lo que allí se dice y completa sobre ella o por causa de ella, significa algo que también por una prefiguración alegórica se refiera a la Jerusalén celestial: sino que habrá solo dos géneros, uno que pertenezca a la Jerusalén libre (Jerusalem liberam), y otro que pertenezca a ambas. A mí, en cambio, así como me parece que yerran mucho los que piensan que ninguna de las cosas gestadas en ese género de letras significa otra cosa fuera de que fueron gestadas de ese modo; así me parece que se atreven mucho los que sostienen que absolutamente todo allí está envuelto en significaciones alegóricas.

Ideo tripartita, non bipartita esse dixi. Hoc enim existimo, non tamen culpans eos, qui potuerint illic de quacumque re gesta sensum intelligentiae spiritualis exsculpere, servata primitus duntaxat historiae veritate. Caeterum quae ita dicuntur, ut rebus humanitus seu divinitus gestis sive gerendis convenire non possint, quis fidelis dubitet non esse inaniter dicta? quis ea non ad intelligentiam spiritualem revocet, si possit, aut ab eo qui potest revocanda esse fateatur?

Caput IV.

De praefigurata commutatione Israelitici regni et sacerdotii, et de his quae Anna mater Samuelis, personam gerens Ecclesiae, prophetavit.

1. Procursus igitur civitatis Dei, ubi pervenit ad Regum tempora, quando David Saüle reprobato ita regnum primus obtinuit, ut ejus deinde posteri in terrena Jerusalem diuturna successione regnarent, dedit figuram, re gesta significans atque praenuntians, quod non est praetereundum silentio, de rerum mutatione futurarum, quod attinet ad duo Testamenta, vetus et novum: ubi sacerdotium regnumque mutatum est per sacerdotem eumdemque regem novum ac sempiternum, qui est Christus Jesus. Nam et Heli sacerdote reprobato substitutus in Dei ministerium Samuel, simul officio functus sacerdotis et judicis, et Saüle abjecto rex David fundatus in regno, hoc quod dico figuraverunt. Mater quoque ipsa Samuelis Anna, quae prius fuit sterilis, et posteriore fecunditate laetata est, prophetare aliud non videtur, cum gratulationem suam Domino fundit exsultans: quando eumdem puerum natum et ablactatum Deo reddit eadem pietate, qua voverat. Dicit enim: Confirmatum est cor meum in Domino, et exaltatum est cornu meum in Deo meo. Dilatatum es super inimicos meos os meum; laetata sum in salutari tuo. Quoniam non est sanctus, sicut Dominus; et non est justus, sicut Deus noster; non est sanctus praeter te. Nolite gloriari superbe, et nolite loqui excelsa, neque procedat magniloquium de ore vestro. Quoniam Deus scientiarum Dominus, et Deus praeparans adinventiones suas. Arcum potentium fecit infirmum, et infirmi praecincti sunt virtute. Pleni panibus minorati sunt, et esurientes transierunt terram. Quia sterilis peperit septem, et multa in filiis infirmata est. Dominus mortificat et vivificat; deducit ad inferos, et reducit. Dominus pauperes facit, et ditat; humiliat, et exaltat. Suscitat a terra pauperem, et de stercore erigit inopem: ut collocet eum cum potentibus populi, et sedem gloriae haereditatem dans eis: dans votum voventi, et benedixit annos justi: quoniam non in virtute potens est vir. Dominus infirmum faciet adversarium suum, Dominus sanctus.

Por eso dije que son tripartitos, no bipartitos. Pues esto estimo, aunque no culpando a los que hayan podido esculpir allí un sentido de inteligencia espiritual de cualquier cosa gestada, siempre que se conserve primero la verdad de la historia. Por lo demás, las cosas que se dicen de tal modo que no pueden convenir a las cosas gestadas o por gestarse humana o divinamente, ¿qué hombre fiel dudaría que no fueron dichas en vano? ¿quién no las revocaría a la inteligencia espiritual, si puede, o confesaría que deben ser revocadas por aquel que puede?

Capítulo IV.

De la prefigurada mudanza del reino y sacerdocio israelita, y de las cosas que Ana, madre de Samuel, llevando la persona de la Iglesia, profetizó.

1. El transcurso, pues, de la ciudad de Dios, cuando llegó a los tiempos de los Reyes, cuando David, reprobado Saúl, obtuvo así el reino primero, de modo que su posteridad después reinara en la Jerusalén terrena en larga sucesión, dio una figura, significando y prenunciando por el hecho gestado lo que no debe pasarse en silencio, sobre la mudanza de las cosas futuras en lo que atañe a los dos Testamentos, el antiguo y el nuevo: donde el sacerdocio y el reino fueron mudados por el mismo sacerdote y nuevo y sempiterno rey, que es Cristo Jesús. Pues tanto Samuel, sustituido en el ministerio de Dios al ser reprobado el sacerdote Elí (Heli), habiendo desempeñado a la vez el oficio de sacerdote y de juez, como el rey David, fundado en el reino al ser desechado Saúl, figuraron esto que digo. La misma madre también de Samuel, Ana (Anna), que primero fue estéril y se alegró con una posterior fecundidad, no parece profetizar otra cosa cuando derrama su gratulación al Señor exultando: cuando devuelve al mismo niño nacido y destetado a Dios con la misma piedad con que lo había prometido. Pues dice: "Se ha confirmado mi corazón en el Señor, y se ha ensalzado mi cuerno en mi Dios. Se ha dilatado mi boca sobre mis enemigos; me he alegrado en tu salvación. Porque no hay santo como el Señor; y no hay justo como nuestro Dios; no hay santo fuera de ti. No os gloriéis soberbiamente, ni habléis cosas excelsas, ni proceda la fanfarronería de vuestra boca. Porque el Señor es el Dios de las ciencias, y Dios que prepara sus invenciones. El arco de los potentes hizo débil, y los débiles fueron ceñidos de virtud. Los llenos de panes fueron minorados, y los hambrientos pasaron la tierra. Porque la estéril parió siete, y la que tenía muchos hijos se debilitó. El Señor da muerte y da vida; conduce a los infiernos (inferos) y hace volver. El Señor hace pobres y enriquece; humilla y ensalza. Levanta de la tierra al pobre, y del estiércol erige al indigente: para colocarlo con los potentes del pueblo, y dándoles por herencia el solio de la gloria: dando el voto al que promete, y bendijo los años del justo: porque no en su virtud es potente el varón. El Señor hará débil a su adversario, el Señor santo.

Non glorietur prudens in prudentia sua, et non glorietur potens in potentia sua, et non glorietur dives in divitiis suis: sed in hoc glorietur, qui gloriatur, intelligere et scire Dominum, et facere judicium et justitiam in medio terrae. Dominus ascendit in coelos, et tonuit: ipse judicabit extrema terrae quia justus est; et dat virtutem regibus nostris, et exaltabit cornu Christi sui (I Reg. II, 1-10, sec. LXX).

2. Itane vero verba haec unius putabuntur esse mulierculae, de nato sibi filio gratulantis? tantumne mens hominum a luce veritatis aversa est, ut non sentiat supergredi modum feminae hujus dicta quae fudit? Porro qui rebus ipsis, quae jam coeperunt etiam in hac terrena peregrinatione compleri, convenienter movetur, nonne intendit, et aspicit, et agnoscit per hanc mulierem, cujus etiam nomen. id est Anna, Gratia ejus interpretatur, ipsam religionem christianam, ipsam civitatem Dei, cujus rex est et conditor Christus, ipsam postremo Dei gratiam prophetico spiritu sic locutam, a qua superbi alienantur, ut cadant, qua humiles implentur, ut surgant, quod maxime hymnus iste personuit? Nisi quisquam forte dicturus est, nihil istam prophetasse mulierem, sed Deum tantummodo propter filium, quem precata impetravit, exsultanti praedicatione laudasse. Quid ergo sibi vult quod ait: Arcum potentium fecit infirmum, et infirmi praecincti sunt virtute: pleni panibus minorati sunt, et esurientes transierunt terram: quia sterilis peperit septem, et multa in filiis infirmata est? Numquid septem ipsa pepererat, quamvis sterilis fuerit? Unicum habebat, quando ista dicebat: sed nec postea septem peperit, sive sex, quibus septimus esset ipse Samuel; sed tres mares, et duas feminas (I Reg. II, 20). Deinde in illo populo cum adhuc nemo regnaret, quod in extremo posuit, Dat virtutem regibus nostris, et exaltabit cornu Christi sui; unde dicebat, si non prophetabat?

3. Dicat ergo Ecclesia Christi, civitas Regis magni, gratia plena, prole fecunda; dicat quod tanto ante de se prophetatum per os hujus piae matris agnoscit Confirmatum est cor meum in Domino, et exaltatum est cornu meum in Deo meo. Vere confirmatum cor, et cornu vere exaltatum; quia non in se, sed in Domino Deo suo. Dilatatum est super inimicos meos os meum: quia et in angustiis pressurarum sermo Dei non est alligatus, nec in praeconibus alligatis. Laetata sum, inquit, in salutari tuo.

No se glorie el prudente en su prudencia, y no se glorie el potente en su potencia, y no se glorie el rico en sus riquezas: sino en esto gloríese el que se gloría, en entender y conocer al Señor, y hacer juicio y justicia en medio de la tierra. El Señor ascendió a los cielos y tronó: él mismo juzgará los confines de la tierra porque es justo; y da virtud a nuestros reyes, y ensalzará el cuerno de su Cristo (Christi sui) (1 Sam. 2, 1-10, sec. LXX).

2. ¿Acaso, pues, se pensará que estas palabras son de una mujercilla que se gratula por el hijo que le ha nacido? ¿Tanto se ha apartado la mente de los hombres de la luz de la verdad que no sienta que los dichos que esta mujer derramó sobrepasan su medida? Por lo demás, quien por las cosas mismas que ya han empezado a cumplirse incluso en esta peregrinación terrena se mueve convenientemente, ¿no atiende, y mira, y reconoce a través de esta mujer, cuyo nombre también, esto es Ana (Anna), se interpreta Su Gracia (Gratia ejus), a la misma religión cristiana, a la misma ciudad de Dios (civitas Dei), cuyo rey y fundador es Cristo, y finalmente a la misma gracia de Dios hablando así con espíritu profético, de la cual los soberbios se enajenan para que caigan, y de la cual los humildes se llenan para que se levanten, lo que principalmente resonó en este himno? A no ser que alguien por ventura vaya a decir que nada profetizó esta mujer, sino que solamente alabó a Dios con exultante predicación por el hijo que impetró rogando. ¿Qué quiere decir, pues, lo que dice: "El arco de los potentes hizo débil, y los débiles fueron ceñidos de virtud: los llenos de panes fueron minorados, y los hambrientos pasaron la tierra: porque la estéril parió siete, y la que tenía muchos hijos se debilitó"? ¿Acaso siete había parido ella, aunque hubiera sido estéril? Uno único tenía cuando decía estas cosas: pero ni después parió siete, o seis, de los cuales el séptimo fuera el mismo Samuel; sino tres varones y dos hembras (1 Sam. 2, 21). Luego en aquel pueblo, cuando todavía nadie reinaba, lo que puso al final: "Da virtud a nuestros reyes, y ensalzará el cuerno de su Cristo"; ¿de dónde lo decía, si no profetizaba?

3. Diga, pues, la Iglesia de Cristo, ciudad del gran Rey, llena de gracia, fecunda en prole; diga lo que reconoce que tanto antes fue profetizado de sí por la boca de esta piadosa madre: "Se ha confirmado mi corazón en el Señor, y se ha ensalzado mi cuerno en mi Dios". Verdaderamente está confirmado el corazón, y verdaderamente el cuerno ensalzado; porque no en sí, sino en el Señor su Dios. "Se ha dilatado mi boca sobre mis enemigos": porque aun en las angustias de las presiones la palabra de Dios no está ligada, ni en los predicadores ligados. "Me he alegrado", dice, "en tu salvación".

Christus est iste Jesus, quem Simeon, sicut in Evangelio legitur, senex amplectens parvum, agnoscens magnum, Nunc dimittis, inquit, Domine, servum tuum in pace, quoniam viderunt oculi mei salutare tuum (Luc. II, 29 et 30). Dicat itaque Ecclesia, Laetata sum in salutari tuo. Quoniam non est sanctus, sicut Dominus; et non est justus, sicut Deus noster; tanquam sanctus et sanctificans, justus et justificans. Non est sanctus praeter te: quia nemo fit nisi abs te. Denique sequitur, Nolite gloriari superbe, et nolite loqui excelsa, neque exeat magniloquium de ore vestro. Quoniam Deus scientiarum Dominus. Ipse vos scit, et ubi nemo scit: quoniam qui putat se aliquid esse, cum nihil sit, se ipsum seducit (Galat. VI, 3). Haec dicuntur adversariis civitatis Dei ad Babyloniam pertinentibus, de sua virtute praesumentibus, in se, non in Domino gloriantibus; ex quibus sunt etiam carnales Israelitae, terrenae Jerusalem cives terrigenae, qui, ut dicit Apostolus, ignorantes Dei justitiam, id est quam dat homini Deus, qui solus est justus justificans; et suam volentes constituere, id est, velut a se sibi partam, non ab illo impertitam; justitiae Dei non sunt subjecti (Rom. X, 3). utique quia superbi, de suo putantes, non de Dei, posse placere se Deo, qui est Deus scientiarum, atque ideo et arbiter conscientiarum, ibi videns cogitationes hominum, quoniam vanae sunt (Psal. XCIII, 11), si hominum sunt, et ab illo non sunt. Et praeparans, inquit, adinventiones suas. Quas adinventiones putamus, nisi ut superbi cadant, et humiles surgant? Has quippe adinventiones exsequitur, dicens, Arcus potentium infirmatus est, et infirmi praecincti sunt virtute. Infirmatus est arcus, id est, intentio eorum qui tam potentes sibi videntur, ut sine Dei dono atque adjutorio humana sufficientia divina possint implere mandata; et praecinguntur virtute, quorum interna vox est, Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum (Psal. VI, 3).

4. Pleni panibus, inquit, minorati sunt, et esurientes transierunt terram. Qui sunt intelligendi pleni panibus, nisi iidem ipsi quasi potentes, id est Israelitae, quibus credita sunt eloquia Dei (Rom. III, 2)? Sed in eo populo ancillae filii minorati sunt: quo verbo minus quidem latino, bene tamen expressum est, quod ex majoribus minores facti sunt: quia et in ipsis panibus, id est divinis eloquiis, quae Israelitae soli tunc ex omnibus gentibus acceperunt, terrena sapiunt.

Este es aquel Jesús Cristo, a quien el anciano Simeón, como se lee en el Evangelio, abrazando pequeño, reconociendo grande, dijo: "Ahora despides, Señor, a tu siervo en paz, porque han visto mis ojos tu salvación" (Luc. 2, 29 y 30). Diga, por tanto, la Iglesia: "Me he alegrado en tu salvación". "Porque no hay santo como el Señor; y no hay justo como nuestro Dios"; como santo y santificante, justo y justificante. "No hay santo fuera de ti": porque nadie lo llega a ser sino por ti. Finalmente sigue: "No os gloriéis soberbiamente, ni habléis cosas excelsas, ni salga la fanfarronería de vuestra boca. Porque el Señor es el Dios de las ciencias". Él mismo os conoce, incluso donde nadie conoce: porque "quien piensa que es algo, siendo nada, se seduce a sí mismo" (Gál. 6, 3). Estas cosas se dicen a los adversarios de la ciudad de Dios pertenecientes a Babilonia, que presumen de su virtud, gloriándose en sí mismos, no en el Señor; de los cuales son también los israelitas carnales, ciudadanos terrígenas de la Jerusalén terrena, quienes, como dice el Apóstol, "ignorando la justicia de Dios", esto es, la que Dios da al hombre, el cual solo es justo justificante; "y queriendo establecer la suya", esto es, como parida por sí mismos para sí, no impartida por aquel; "no están sujetos a la justicia de Dios" (Rom. 10, 3). ciertamente porque siendo soberbios, pensando por lo suyo, no por lo de Dios, que pueden agradar a Dios, que es el Dios de las ciencias, y por tanto también árbitro de las conciencias, viendo allí los pensamientos de los hombres, que son vanos (Sal. 93, 11), si son de los hombres y no son de él. "Y preparando", dice, "sus invenciones". ¿Qué invenciones pensamos, sino que los soberbios caigan y los humildes se levanten? Ciertamente ejecuta estas invenciones diciendo: "El arco de los potentes se ha hecho débil, y los débiles han sido ceñidos de virtud". Se ha hecho débil el arco, esto es, la intención de aquellos que tan potentes se ven a sí mismos que sin el don y ayuda de Dios, con la suficiencia humana, piensan poder cumplir los mandatos divinos; y son ceñidos de virtud aquellos cuya voz interna es: "Ten misericordia de mí, Señor, porque soy débil" (Sal. 6, 3).

4. "Los llenos de panes", dice, "fueron minorados, y los hambrientos pasaron la tierra". ¿Quiénes deben entenderse llenos de panes, sino esos mismos como potentes, esto es, los israelitas, a quienes fueron confiados los oráculos de Dios (Rom. 3, 2)? Pero en aquel pueblo los hijos de la esclava fueron minorados: con cuya palabra, aunque menos latina, bien se expresó que de mayores fueron hechos menores: porque aun en los mismos panes, esto es, los oráculos divinos, que los israelitas solos recibieron entonces de entre todas las gentes, saborean cosas terrenas.

Gentes autem quibus lex illa non erat data, posteaquam per novum Testamentum ad eloquia illa venerunt, multum esuriendo terram transierunt; quia in eis non terrena, sed coelestia sapuerunt. Et hoc, velut quaereretur causa cur factum sit, Quia sterilis, inquit, peperit septem, et multa in filiis infirmata est. Hic totum quod prophetabatur eluxit agnoscentibus numerum septenarium, quo est universae Ecclesiae significata perfectio. Propter quod et Joannes apostolus ad septem scribit Ecclesias (Apoc. I, 4), eo modo se ostendens ad unius plenitudinem scribere: et in Proverbiis Salomonis hoc antea praefigurans Sapientia, aedificavit sibi domum, et suffulsit columnas septem (Prov. IX, 1). Sterilis enim erat in omnibus gentibus Dei civitas, antequam iste fetus, quem cernimus, oriretur. Vemos también que la que era mucha en hijos, la Jerusalén terrena, ahora está debilitada. Quoniam quicumque filii liberae in ea erant, virtus ejus erant: nunc vero ibi quoniam littera est, et spiritus non est, amissa virtute infirmata est.

5. Dominus mortificat, et vivificat: mortificavit illam, quae multa erat in filiis; et vivificavit hanc sterilem, quae peperit septem. Quamvis commodius possit intelligi eosdem vivificare, quos mortificaverit. Id enim velut repetivit addendo, Deducit ad inferos, et reducit. Quibus enim dicit Apostolus, Si mortui estis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: salubriter utique mortificantur a Domino: quibus adjungit, Quae sursum sunt sapite, non quae super terram; ut ipsi sint illi, qui esurientes transierunt terram. Mortui enim estis, inquit: ecce quomodo salubriter mortificat Deus. Deinde sequitur, Et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo (Coloss. III, 1-3): ecce quomodo eosdem ipsos vivificat Deus. Sed numquid eosdem deduxit ad inferos et reduxit? Hoc utrumque sine controversia fidelium in illo potius videmus impletum, Capite scilicet nostro, cum quo vitam nostram in Deo Apostolus dixit absconditam. Nam cum proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum (Rom. VIII, 32), isto modo utique mortificavit cum. Et quia resuscitavit a mortuis, eumdem rursus vivificavit. Et quia in prophetia vox ejus agnoscitur, Non derelinques animam meam in inferno (Psalm. XV, 10), eumdem deduxit ad inferos et reduxit. Hac ejus paupertate ditati sumus. Dominus enim pauperes facit, et ditat. Nam quid hoc sit ut sciamus, quod sequitur audiamus: Humiliat, et exaltat; utique superbos humiliat, et humiles exaltat. Quod enim alibi legitur, Deus superbis resistis, humilibus autem dat gratiam (Jacobi IV, 6); hoc totus habet sermo hujus, cujus nomen interpretatur Gratia ejus.

Pero las gentes a quienes aquella ley no había sido dada, después que por el nuevo Testamento llegaron a aquellos oráculos, con mucha hambre pasaron la tierra; porque en ellos no saborearon cosas terrenas, sino celestiales. Y esto, como si se preguntara la causa de por qué se hizo: "Porque la estéril", dice, "parió siete, y la que tenía muchos hijos se debilitó". Aquí brilló todo lo que se profetizaba para quienes reconocen el número septenario, con el cual se significa la perfección de la Iglesia universal. Por lo cual también el apóstol Juan escribe a las siete Iglesias (Apoc. 1, 4), mostrando de ese modo que escribe a la plenitud de una: y la Sabiduría prefigurando esto antes en los Proverbios de Salomón, "se edificó una casa y la sostuvo con siete columnas" (Prov. 9, 1). Pues estéril era en todas las gentes la ciudad de Dios, antes que naciera esta prole que vemos. Vemos también que la que era mucha en hijos, la Jerusalén terrena, ahora está debilitada. Porque cuantos hijos de la libre había en ella, eran su virtud; pero ahora, como allí está la letra y no está el espíritu, perdida la virtud, se ha debilitado.

5. "El Señor da muerte y da vida": mató a aquella que era mucha en hijos; y dio vida a esta estéril que parió siete. Aunque más cómodamente pueda entenderse que vivifica a los mismos que mató. Pues esto como que lo repitió añadiendo: "Conduce a los infiernos (inferos) y hace volver". Pues a quienes dice el Apóstol: "Si habéis muerto con Cristo, buscad las cosas que son de arriba, donde Cristo está sentado a la diestra de Dios" (Col. 3, 1), estos ciertamente son matados saludablemente por el Señor; a los cuales añade: "Saboread las cosas que son de arriba, no las que están sobre la tierra"; para que ellos mismos sean aquellos que hambrientos pasaron la tierra. "Porque habéis muerto", dice; ved cómo saludablemente mata Dios. Después sigue: "Y vuestra vida está escondida con Cristo en Dios" (Col. 3, 3); ved cómo vivifica Dios a esos mismos. ¿Pero acaso condujo a los mismos a los infiernos y los hizo volver? Ambas cosas vemos cumplidas sin controversia de los fieles más bien en aquel, a saber, nuestra Cabeza, con quien el Apóstol dijo que nuestra vida estaba escondida en Dios. Pues cuando "no perdonó a su propio Hijo, sino que lo entregó por todos nosotros" (Rom. 8, 32), de ese modo ciertamente lo mató. Y porque lo resucitó de entre los muertos, de nuevo vivificó al mismo. Y porque en la profecía se reconoce su voz: "No dejarás mi alma en el infierno (inferno)" (Sal. 15, 10), al mismo condujo a los infiernos y lo hizo volver. Con esta pobreza suya hemos sido enriquecidos. Pues "el Señor hace pobres y enriquece". Pues para que sepamos qué sea esto, oigamos lo que sigue: "Humilla y ensalza"; ciertamente humilla a los soberbios y ensalza a los humildes. Pues lo que en otro lugar se lee: "Dios resiste a los soberbios, pero da gracia a los humildes" (Sant. 4, 6); esto tiene todo el discurso de esta, cuyo nombre se interpreta Su Gracia (Gratia ejus).

6. Jam vero quod adjungitur, Suscitat a terra pauperem: de nullo melius quam de illo intelligo, qui propter nos factus est pauper, cum dives esset, ut ejus paupertate, sicut paulo ante dictum est, ditaremur. (II Cor. VIII, 9). Ipsum enim de terra suscitavit tam cito, ut caro ejus non videret corruptionem. Nec illud ab illo alienabo, quod additum est, Et de stercore erigit inopem. Inops quippe idem qui pauper. Stercus vero unde erectus est, rectissime intelliguntur persecutores Judaei, in quorum numero cum se dixisset Apostolus Ecclesiam persecutum, Quae mihi, inquit, fuerunt lucra, haec propter Christum damna esse duxi: nec solum detrimenta, verum etiam stercora existimavi esse, ut Christum lucrifacerem (Philipp. III, 7 et 8). De terra ergo suscitatus est ille supra omnes divites pauper, et de illo stercore erectus est supra omnes opulentos ille inops: ut sedeat cum potentibus populi, quibus ait, Sedebitis super duodecim sedes. Et sedem gloriae haereditatem dans eis. Dixerant enim potentes illi, Ecce nos dimisimus omnia, et secuti sumus te (Matth. XIX, 28, 27), hoc votum potentissime voverant.

7. Sed unde hoc eis, nisi ab illo, de quo hic continuo dictum est, Dans votum voventi? Alioquin ex illis essent potentibus, quorum infirmatus est arcus. Dans, inquit, votum voventi. Non enim Domino quisquam quidquam rectum voveret, nisi qui ab illo acciperet quod voveret. Sequitur, Et benedixit annos justi: ut cum illo scilicet sine fine vivat, cui dictum est, Et anni tui non deficient (Psal. CI, 28). Ibi enim stant anni, hic autem transeunt, imo pereunt: antequam enim veniant, non sunt; cum autem venerint, non erunt, quia cum suo fine veniunt. Horum autem duorum, id est, Dans votum voventi, et benedixit annos justi; unum est quod facimus, alterum quod sumimus. Sed hoc alterum Deo largitore non sumitur, nisi cum ipso adjutore primum illud efficitur: quia non in virtute potens est vir. Dominus infirmum faciet adversarium ejus: illum scilicet qui homini voventi invidet, et resistit, ne valeat implere quod vovit. Potest ex ambiguo graeco intelligi et adversarium suum. Cum enim Dominus possidere nos coeperit, profecto adversarius qui noster fuerat ipsius fit, et vincitur a nobis; sed non viribus nostris: quia non in virtute potens est vir. Dominus ergo infirmum faciet adversarium suum, Dominus sanctus: ut vincatur a sanctis, quos Dominus sanctus sanctorum effecit sanctos.

6. Ya verdaderamente lo que se añade: "Levanta de la tierra al pobre"; de nadie mejor lo entiendo que de aquel que "por nosotros se hizo pobre, siendo rico, para que con su pobreza", como poco antes se ha dicho, "fuéramos enriquecidos" (2 Cor. 8, 9). Pues a él lo levantó de la tierra tan pronto que su carne no viera la corrupción. Ni alejaré de él lo que se añadió: "Y del estiércol (stercore) erige al indigente". Pues el indigente es el mismo que el pobre. El estiércol, por cierto, de donde fue erigido, muy rectamente se entiende que son los perseguidores judíos, en cuyo número habiendo dicho el Apóstol que había perseguido a la Iglesia: "Las cosas que para mí eran ganancias", dijo, "esas las he tenido por pérdidas por Cristo; y no solo por detrimentos, sino que también las he considerado como estiércol (stercora), para ganar a Cristo" (Fil. 3, 7-8). De la tierra, pues, fue levantado aquel pobre sobre todos los ricos, y de aquel estiércol fue erigido sobre todos los opulentos aquel indigente: "para que se siente con los potentes del pueblo", a quienes dice: "Os sentaréis sobre doce tronos" (Mt. 19, 28). "Y dándoles por herencia el solio de la gloria". Pues habían dicho aquellos potentes: "He aquí que nosotros lo hemos dejado todo y te hemos seguido" (Mt. 19, 27); este voto lo habían prometido muy potentemente.

7. Pero ¿de dónde les viene esto a ellos, sino de aquel de quien se dice aquí a continuación: "Dando un voto al que promete"? De lo contrario, serían de aquellos potentes cuyo arco se debilitó. "Dando", dice, "un voto al que promete". Pues nadie prometería nada recto al Señor, sino aquel que recibiera de él lo que debe prometer. Sigue: "Y bendijo los años del justo"; para que viva, a saber, sin fin con aquel a quien se dijo: "Y tus años no faltarán" (Sal. 101, 28). Pues allí permanecen los años, pero aquí pasan, o más bien perecen; pues antes de que vengan, no son; y cuando hayan venido, no serán, porque vienen con su propio fin. De estas dos cosas, es decir, "Dando un voto al que promete", y "bendijo los años del justo"; una es lo que hacemos, la otra lo que recibimos. Pero esta segunda no se recibe de Dios dador, sino cuando con su ayuda se realiza primero aquello: "porque no en la virtud [fuerza] es potente el varón." El Señor hará débil a su adversario: a aquel, a saber, que envidia al hombre que promete, y se le resiste para que no pueda cumplir lo que prometió. Puede entenderse por la ambigüedad del griego también como "su propio adversario". Pues cuando el Señor comienza a poseernos, ciertamente el adversario que había sido nuestro se hace suyo, y es vencido por nosotros; pero no por nuestras fuerzas: "porque no en la virtud es potente el varón." El Señor, pues, hará débil a su adversario, el Señor santo: para que sea vencido por los santos, a quienes el Señor santo de los santos hizo santos.

8. Ac per hoc, Non glorietur prudens in prudentia sua, et non glorietur potens in potentia sua, et non glorietur dives in divitiis suis: sed in hoc glorietur qui glorietur, intelligere et scire Dominum, et facere judicium et justitiam in medio terrae. Non parva ex parte intelligit et scit Dominum, qui intelligit et scit etiam hoc a Domino sibi dari, ut intelligat et sciat Dominum. Quid enim habes, ait Apostolus, quod non accepisti? Si autem et accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis (I Cor. IV, 7)? Id est, quasi a te ipso tibi sit, unde gloriaris. Facit autem judicium et justitiam, qui recte vivit. Recte autem vivit, qui obtemperat praecipienti Deo: et finis praecepti, id est, ad quod refertur praeceptum, charitas est de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta (I Tim. I, 5, 15). Porro ista charitas, sicut Joannes apostolus testatur, ex Deo est (I Joan. IV, 7). Facere igitur judicium et justitiam, ex Deo est. Sed quid est, in medio terrae? Neque enim non debent facere judicium et justitiam qui habitant in extremis terrae? quis hoc dixerit? Cur ergo additium est, in medio terrae? Quod si non adderetur, et tantummodo diceretur, facere judicium et justitiam, magis hoc praeceptum ad utrosque homines pertineret, et mediterraneos et maritimos. Sed ne quisquam putaret post finem vitae, quae in hoc agitur corpore, superesse tempus judicium justitiamque faciendi, quam dum esset in carne non fecit, et sic divinum evadi posse judicium; in medio terrae, mihi videtur dictum, cum quisque vivit in corpore. In hac quippe vita suam terram quisque circumfert, quam moriente homine recipit terra communis, resurgenti utique redditura. Proinde in medio terrae, id est, cum anima nostra isto terreno clauditur corpore, faciendum est judicium et justitia, quod nobis prosit in posterum, quando recipiet quisque secundum ea quae per corpus gessit, sive bonum, sive malum (II Cor. V, 10). Per corpus quippe ibi dixit Apostolus, per tempus quo vixit in corpore. Neque enim si quis maligna mente atque impia cogitatione blasphemet, neque id ullis membris corporis operetur, ideo non erit reus, quia id non motu corporis gessit, cum hoc per illud tempus gesserit, quo gesserit et corpus. Isto modo congruenter intelligi potest etiam illud quod in Psalmo legitur, Deus autem rex noster ante saecula operatus est salutem in medio terrae (Psal. LXXIII, 12): ut Dominus Jesus accipiatur Deus noster qui est ante saecula, quia per ipsum facta sunt saecula, operatus salutem nostram in medio terrae, cum Verbum caro factum est, et terreno habitavit in corpore (Joan. I, 14).

8. Y por esto: "No se gloríe el prudente en su prudencia, y no se gloríe el potente en su potencia, y no se gloríe el rico en sus riquezas; sino en esto gloríese el que se gloríe, en entender y conocer al Señor, y en hacer juicio y justicia en medio de la tierra". No en pequeña parte entiende y conoce al Señor quien entiende y conoce que incluso esto le es dado por el Señor, el entender y conocer al Señor. "¿Pues qué tienes", dice el Apóstol, "que no hayas recibido? Pero si también lo recibiste, ¿por qué te glorías como si no lo hubieras recibido?" (1 Cor. 4, 7). Es decir, como si fuera de ti mismo aquello de lo que te glorías. Hace, pues, juicio y justicia quien vive rectamente. Vive rectamente quien obedece a Dios que manda; y "el fin del precepto", es decir, aquello a lo que se refiere el precepto, "es la caridad de corazón puro, y de buena conciencia, y de fe no fingida" (1 Tim. 1, 5). Además, esa caridad, como atestigua el apóstol Juan, "es de Dios" (1 Jn. 4, 7). Hacer, por tanto, juicio y justicia es de Dios. ¿Pero qué es "en medio de la tierra"? ¿Pues acaso no deben hacer juicio y justicia los que habitan en los confines de la tierra? ¿quién diría esto? ¿Por qué, pues, se añade "en medio de la tierra"? Si no se añadiera, y solamente se dijera "hacer juicio y justicia", este precepto pertenecería más bien a ambos tipos de hombres, tanto a los de tierra adentro como a los de la costa. Pero para que nadie pensara que después del fin de la vida, que se pasa en este cuerpo, resta tiempo de hacer juicio y justicia, lo cual no hizo mientras estaba en la carne, y así se pudiera escapar del divino juicio; "en medio de la tierra" me parece dicho para cuando cada uno vive en el cuerpo. Pues en esta vida cada uno lleva consigo su propia tierra, la cual recibe la tierra común al morir el hombre, para serle devuelta ciertamente al que resucite. Por tanto, "en medio de la tierra", esto es, cuando nuestra alma está encerrada en este cuerpo terreno, se ha de hacer juicio y justicia, lo cual nos aproveche para el futuro, cuando "recibirá cada uno según lo que hizo por el cuerpo, sea bueno o sea malo" (2 Cor. 5, 10). "Por el cuerpo" dijo allí el Apóstol ciertamente por el tiempo en que vivió en el cuerpo. Pues si alguien blasfema con mente maligna e impío pensamiento, y no lo realiza con ningún miembro del cuerpo, no por eso dejará de ser reo, porque no lo hizo por movimiento del cuerpo, siendo que lo hizo durante aquel tiempo en que también llevó el cuerpo. De este modo puede entenderse congruentemente también lo que se lee en el Salmo: "Pero Dios, rey nuestro antes de los siglos, obró la salvación en medio de la tierra" (Sal. 73, 12); para que se entienda que el Señor Jesús, Dios nuestro que es antes de los siglos, porque por él fueron hechos los siglos, obró nuestra salvación en medio de la tierra, cuando el Verbo se hizo carne y habitó en un cuerpo terreno (Jn. 1, 14).

9. Deinde posteaquam prophetatum est in his verbis Annae, quomodo gloriari debeat qui gloriatur, non in se utique, sed in Domino; propter retributionem quae in die judicii futura est, Dominus, inquit, ascendit in coelos, et tonuit: ipse judicabit extrema terrae, quia justus est. Prorsus ordinem tenuit confessionis fidelium. Ascendit enim in coelum Dominus Christus, et inde venturus est ad vivos et mortuos judicandos. Nam quis ascendit, sicut dicit Apostolus, nisi qui et descendit in inferiores partes terrae? Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes coelos, ut adimpleret omnia (Ephes. IV, 9 et 10.) Per nubes ergo suas tonuit, quas Spiritu sancto, cum ascendisset, implevit. De quibus ancillae Jerusalem, hoc est ingratae vineae, comminatus est apud Isaiam prophetam, ne pluant super eam imbrem (Isai. V, 6). Sic autem dictum est, Ipse judicabit extrema terrae: ac si diceretur, Etiam extrema terrae. Non enim alias partes non judicabit, qui omnes homines procul dubio judicabit. Sed melius intelliguntur extrema terrae, extrema hominis: quoniam non judicabuntur, quae in melius vel in deterius medio tempore commutantur, sed in quibus extremis inventus fuerit qui judicabitur. Propter quod dictum est, Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit (Matth. X, 22). Qui ergo perseveranter facit judicium et justitiam in medio terrae, non damnabitur, cum judicabuntur extrema terrae. Et dat, inquit, virtutem regibus nostris: ut non eos judicando condemnet. Dat eis virtutem, qua carnem sicut reges regant, et in illo mundum, qui propter eos fudit sanguinem, vincant. Et exaltabit cornu Christi sui. Quomodo Christus exaltabit cornu Christi sui? De quo enim supra dictum est, Dominus ascendit in coelos, et intellectus est Dominus Christus; ipse, sicut hic dicitur, exaltabit cornu Christi sui. Quis ergo est Christus Christi sui? An cornu exaltabit uniuscujusque fidelis sui, sicut ista ipsa in principio hujus hymni ait: Exaltatum est cornu meum in Deo meo? Omnes quippe unctos ejus chrismate, recte christos possumus dicere: quod tamen totum eum suo capite corpus unus est Christus. Haec Anna prophetavit, Samuelis mater, sancti viri, multumque laudati. In quo quidem tunc figurata est mutatio veteris sacerdotii, et nunc impleta, quando infirmata est quae multa erat in filiis, ut novum haberet in Christo sacerdotium sterilis, quae peperit septem.

Caput V.

De his quae ad Heli sacerdotem homo Dei prophetico locutus est spiritu, significans sacerdotium, quod secundum Aaron institutum fuerat, auferendum.

9. Después, una vez que se profetizó en estas palabras de Ana cómo debe gloriarse el que se gloría, ciertamente no en sí mismo, sino en el Señor; a causa de la retribución que ha de ser en el día del juicio: "El Señor", dice, "subió a los cielos y tronó: él mismo juzgará los extremos de la tierra, porque es justo". Ciertamente mantuvo el orden de la confesión de los fieles. Pues subió al cielo el Señor Cristo, y de allí ha de venir a juzgar a los vivos y a los muertos. ¿Pues quién subió", como dice el Apóstol, "sino el que también descendió a las partes inferiores de la tierra?" El que descendió, él mismo es también el que subió sobre todos los cielos, para que cumpliera todas las cosas (Ef. 4, 9-10). Tronó, pues, por medio de sus nubes, las cuales llenó del Espíritu Santo cuando hubo subido. Sobre las cuales amenazó a las esclavas de Jerusalén, esto es, a la viña ingrata, en el profeta Isaías, que no llovieran lluvia sobre ella (Is. 5, 6). Pero así se dijo: "Él mismo juzgará los extremos de la tierra"; como si se dijera: Incluso los extremos de la tierra. Pues no dejará de juzgar las otras partes quien sin duda alguna juzgará a todos los hombres. Pero mejor se entienden los extremos de la tierra como los extremos del hombre; puesto que no serán juzgadas aquellas cosas que se cambian a mejor o a peor en el tiempo intermedio, sino en qué extremos fuera hallado el que será juzgado. Por lo cual se dijo: "El que perseverare hasta el fin, este será salvo" (Mt. 10, 22). El que, pues, perseverantemente hace juicio y justicia en medio de la tierra, no será condenado cuando sean juzgados los extremos de la tierra. "Y da", dice, "virtud a nuestros reyes"; para que no los condene juzgándolos. Les da virtud con la que, como reyes, gobiernen la carne, y venzan en aquel que por ellos derramó su sangre al mundo. "Y ensalzará el cuerno de su Cristo". ¿Cómo Cristo ensalzará el cuerno de su Cristo? Pues aquel de quien arriba se dijo: "El Señor subió a los cielos", y se entendió el Señor Cristo; él mismo, como aquí se dice, "ensalzará el cuerno de su Cristo". ¿Quién es, pues, el Cristo de su Cristo? ¿O ensalzará el cuerno de cada uno de sus fieles, como esta misma dice al principio de este himno: "Mi cuerno ha sido ensalzado en mi Dios"? Pues a todos los ungidos con su crisma, rectamente podemos llamarlos cristos; cuerpo que, no obstante, todo él con su cabeza es un solo Cristo. Esto profetizó Ana, madre de Samuel, varón santo y muy alabado. En el cual, por cierto, entonces fue figurada la mutación del antiguo sacerdocio, y ahora cumplida, cuando se debilitó la que era mucha en hijos, para que tuviera un nuevo sacerdocio en Cristo la estéril que parió siete.

Capítulo V.

De las cosas que el hombre de Dios habló con espíritu profético al sacerdote Helí, significando que el sacerdocio, que había sido instituido según Aarón, debía ser quitado.

1. Sed hoc evidentius ad ipsum Heli sacerdotem missus loquitur homo Dei, cujus quidem nomen tacetur, sed intelligitur officio ministerioque suo sine dubitatione propheta. Sic enim scriptum est: Et venit homo Dei ad Heli, et dixit: Haec dicit Dominus: Revelans revelatus sum ad domum patris tui, cum essent in terra Aegypti servi in domo Pharaonis; et elegi domum patris tui ex omnibus sceptris Israel mihi sacerdotio fungi, ut ascenderent ad altare meum, et incenderent incensum, et portarent Ephod; et dedi domui patris tui omnia quae sunt ignis filiorum Israel in escam. Et utquid respexisti in incensum meum, et in sacrificium meum impudenti oculo, et glorificasti filios tuos super me, benedicere primitias omnis sacrificii in Israel in conspectu meo? Propter hoc haec dicit Dominus Deus Israel: Dixi, Domus tua et domus patris tui transibunt coram me usque in aeternum. Et nunc dicit Dominus: Nequaquam, sed glorificantes me glorificabo; et qui spernit me, spernetur. Ecce dies veniunt, et exterminabo semen tuum et semen domus patris tui, et non erit tibi senior in domo mea omnibus diebus, et virum exterminabo tibi ab altari meo, ut deficiant oculi ejus, et defluat anima ejus; et omnis qui superaverit domus tuae, decidet in gladio virorum. Et hoc tibi signum, quod veniet super duos filios tuos hos, Ophni et Phinees; una die morientur ambo. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui omnia quae in corde meo et quae in anima mea, faciat; et aedificabo ei domum fidelem, et transibit coram Christo meo omnibus diebus. Et erit, qui superaverit in domo tua, veniet adorare ei obolo argenti, dicens: Jacta me in unam partem sacerdotii tui manducare panem (I Reg. II, 27-36).

2. Non est ut dicatur ista prophetia, ubi sacerdotii veteris tanta manifestatione praenuntiata mutatio est, in Samuele fuisse completa. Quanquam enim non esset de alia tribu Samuel, quam quae constituta fuerat a Domino, ut serviret altari; tamen non erat de filiis Aaron, cujus progenies fuerat deputata, unde fierent sacerdotes: ac per hoc in ea quoque re gesta, eadem mutatio, quae per Christum Jesum futura fuerat, adumbrata est: et ad vetus Testamentum proprie, figurate vero pertinebat ad novum, prophetia facti etiam ipsa, non verbi; id scilicet facto significans, quod verbo ad Heli sacerdotem dictum est per Prophetam. Nam fuerunt postea sacerdotes ex genere Aaron, sicut Sadoch et Abiathar regnante David (II Reg. XV), et alii deinceps, antequam tempus veniret, quo ista quae de sacerdotio mutando tanto ante praedicta sunt, effici per Christum oportebat.

1. Pero esto lo dice más evidentemente el hombre de Dios enviado al mismo sacerdote Helí, cuyo nombre por cierto se silencia, pero se entiende sin duda que es profeta por su oficio y ministerio. Pues así está escrito: "Y vino un hombre de Dios a Helí, y dijo: Esto dice el Señor: Revelándome fui revelado a la casa de tu padre, cuando estaban en la tierra de Egipto como siervos en la casa de Faraón; y elegí la casa de tu padre de entre todos los cetros de Israel para ejercer ante mí el sacerdocio, para que subieran a mi altar, e incendiaran el incienso, y portaran el Efod; y di a la casa de tu padre todas las cosas que son del fuego de los hijos de Israel para alimento. ¿Y por qué miraste mi incienso y mi sacrificio con ojo impúdico, y glorificaste a tus hijos sobre mí, para bendecir las primicias de todo sacrificio en Israel en mi presencia? Por esto, esto dice el Señor Dios de Israel: Dije: Tu casa y la casa de tu padre pasarán ante mí hasta la eternidad. Y ahora dice el Señor: De ningún modo, sino que a los que me glorifiquen, glorificaré; y el que me desprecie, será despreciado. He aquí que vienen los días, y exterminaré tu descendencia y la descendencia de la casa de tu padre, y no habrá para ti anciano en mi casa por todos los días, y exterminaré de ti al varón de mi altar, para que fallen sus ojos y se desvanezca su alma; y todo el que sobreviva de tu casa, caerá por la espada de los hombres. Y esto te será por señal, lo que vendrá sobre estos dos hijos tuyos, Ofni y Finées; en un solo día morirán ambos. Y me suscitaré un sacerdote fiel, que haga todas las cosas que están en mi corazón y en mi alma; y le edificaré una casa fiel, y pasará ante mi Cristo todos los días. Y sucederá que el que sobreviva en tu casa, vendrá a adorarle por un óbolo de plata, diciendo: Échame en una parte de tu sacerdocio para comer pan" (1 Sam. 2, 27-36).

2. No ha de decirse que esta profecía, donde con tanta manifestación se prenunció la mutación del antiguo sacerdocio, fuera completada en Samuel. Pues aunque Samuel no fuera de otra tribu que la que había sido constituida por el Señor para servir al altar, sin embargo no era de los hijos de Aarón, cuya progenie había sido diputada para que de ella se hicieran los sacerdotes; y por esto, en aquel hecho también se adumbró la misma mutación que había de ser por Cristo Jesús: y al antiguo Testamento pertenecía propiamente, pero figuradamente al nuevo, siendo también ella misma profecía de hecho, no de palabra; significando a saber con el hecho lo que se dijo con la palabra al sacerdote Helí por medio del Profeta. Pues hubo después sacerdotes del linaje de Aarón, como Sadoc y Abiatar reinando David (2 Sam. 15), y otros sucesivamente, antes de que viniera el tiempo en que convenía que estas cosas que sobre la mutación del sacerdocio fueron predichas tanto tiempo antes, se efectuaran por Cristo.

Quis autem nunc fideli oculo haec intuens non videat esse completa? quandoquidem nullum tabernaculum, nullum templum, nullum altare, nullum sacrificium, et ideo nec ullus sacerdos remansit Judaeis, quibus, ut de semine Aaron ordinaretur, in Dei fuerat lege mandatum. Quod et hic commemoratum est, illo dicente propheta, Haec dicit Dominus Deus Israel: Dixi, Domus tua et domus patris tui transibunt coram me usque in aeternum. Et nunc dicit Dominus: Nequaquam, sed glorificantes me glorificabo; et qui me spernit, spernetur. Quod enim nominat domum patris ejus, non eum de proximo patre dicere, sed de illo Aaron, qui primus sacerdos est institutus, de cujus progenie caeteri sequerentur, superiora demonstrant, ubi ait, Revelatus sum ad domum patris tui, cum essent in terra Aegypti servi in domo Pharaonis, et elegi domum patris tui ex omnibus sceptris Israel, mihi sacerdotio fungi. Quis patrum fuit hujus in illa Aegyptia servitute, unde, cum liberati essent, electus est ad sacerdotium, nisi Aaron? De hujus ergo stirpe isto loco dixit futurum fuisse, ut non essent ulterius sacerdotes: quod jam videmus impletum. Vigilet fides, praesto sunt res, cernuntur, tenentur, et videre nolentium oculis ingeruntur. Ecce, inquit, dies veniunt, et exterminabo semen tuum, et semen domus patris tui, et non erit tibi senior in domo mea omnibus diebus, et virum exterminabo tibi ab altari meo, ut deficiant oculi ejus, et defluat anima ejus. Ecce dies qui praenuntiati sunt, jam venerunt. Nullus sacerdos est secundum ordinem Aaron: et quicumque ex ejus genere est homo, cum videt sacrificium Christianorum toto orbe pollere, sibi autem honorem illum magnum esse subtractum, deficiunt oculi ejus, et defluat anima ejus tabe moeroris.

3. Proprie autem ad hujus domum Heli, cui haec dicebantur, quod sequitur pertinet: Et omnis qui superaverit domus tuae, decidet in gladio virorum. Et hoc tibi signum, quod veniet super duos filios tuos hos, Ophni et Phinees; die uno morientur ambo. Hoc ergo signum factum est mutandi sacerdotii de domo hujus, quo signo significatum est mutandum sacerdotium domus Aaron. Mors quippe filiorum hujus significavit mortem, non hominum, sed ipsius sacerdotii de filiis Aaron. Quod autem sequitur, ad illum jam pertinet sacerdotem, cujus figuram gessit huic succedendo Samuel. Proinde quae sequuntur, de Christo Jesu, novi Testamenti vero sacerdote, dicuntur: Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui omnia quae in corde meo et quae in anima mea, faciat; et aedificabo ei domum fidelem. Ipsa est aeterna et superna Jerusalem. Et transibit, inquit, coram Christo meo omnibus diebus. Transibit, dixit, conversabitur: sicut superius dixerat de domo Aaron, Dixi, Domus tua et domus patris tui transibunt coram me in aeternum. Quod autem ait, coram Christo meo transibit; de ipsa domo utique intelligendum est, non de illo sacerdote, qui est Christus ipse Mediator atque Salvator.

¿Pero quién, mirando ahora esto con ojo fiel, no vea que está cumplido? puesto que ningún tabernáculo, ningún templo, ningún altar, ningún sacrificio, y por tanto ningún sacerdote ha quedado a los judíos, a quienes, para que se ordenara de la semilla de Aarón, había sido mandado en la ley de Dios. Lo cual también se conmemoró aquí, diciendo aquel profeta: "Esto dice el Señor Dios de Israel: Dije: Tu casa y la casa de tu padre pasarán ante mí hasta la eternidad." Y ahora dice el Señor: De ningún modo, sino que a los que me glorifiquen, glorificaré; y el que me desprecie, será despreciado. Pues que nombre la casa de su padre, no lo dice de su padre próximo, sino de aquel Aarón, que fue instituido como primer sacerdote, de cuya progenie los demás seguirían, como demuestran las palabras superiores, donde dice: "Fui revelado a la casa de tu padre, cuando estaban en la tierra de Egipto como siervos en la casa de Faraón, y elegí la casa de tu padre de entre todos los cetros de Israel para ejercer ante mí el sacerdocio". ¿Quién de los padres de este estuvo en aquella servidumbre egipcia, de donde, habiendo sido liberados, fue elegido para el sacerdocio, sino Aarón? De la estirpe de este, pues, dijo en este lugar que sucedería que no fueran más sacerdotes; lo cual ya vemos cumplido. Vigile la fe, las cosas están presentes, se disciernen, se palpan, y se imponen a los ojos de los que no quieren ver. "He aquí", dice, "vienen los días, y exterminaré tu descendencia y la descendencia de la casa de tu padre, y no habrá para ti anciano en mi casa por todos los días, y exterminaré de ti al varón de mi altar, para que fallen sus ojos y se desvanezca su alma". He aquí los días que fueron prenunciados ya vinieron. Ningún sacerdote hay según el orden de Aarón; y cualquier hombre que sea de su linaje, cuando ve que el sacrificio de los cristianos florece en todo el orbe, y que a él se le ha quitado aquel gran honor, fallan sus ojos y se desvanezca su alma por el consumo de la tristeza.

3. Pero lo que sigue pertenece propiamente a la casa de este Helí, a quien se le decía esto: "Y todo el que sobreviva de tu casa, caerá por la espada de los hombres." "Y esto te será por señal, lo que vendrá sobre estos dos hijos tuyos, Ofni y Finées; en un solo día morirán ambos." Esta señal, pues, se hizo de la mutación del sacerdocio de la casa de este, señal con la cual se significó que debía ser mudado el sacerdocio de la casa de Aarón. Pues la muerte de los hijos de este significó la muerte, no de los hombres, sino del sacerdocio mismo de los hijos de Aarón. Pero lo que sigue pertenece ya a aquel sacerdote cuya figura llevó Samuel al suceder a este. Por tanto, las cosas que siguen se dicen de Cristo Jesús, verdadero sacerdote del Nuevo Testamento: "Y me suscitaré un sacerdote fiel, que haga todas las cosas que están en mi corazón y en mi alma; y le edificaré una casa fiel". Esta es la eterna y celestial Jerusalén. "Y pasará", dice, "ante mi Cristo todos los días". "Pasará", dijo, conversará; tal como arriba había dicho de la casa de Aarón: "Dije: Tu casa y la casa de tu padre pasarán ante mí hasta la eternidad". Pero lo que dice: "ante mi Cristo pasará", ha de entenderse ciertamente de la misma casa, no de aquel sacerdote que es Cristo mismo Mediador y Salvador.

Domus ergo ejus coram illo transibit. Potest et transibit intelligi de morte ad vitam, omnibus diebus, quibus peragitur usque in finem saeculi hujus ista mortalitas. Quod autem ait Deus, Qui omnia quae in corde meo, et quae in anima mea, faciat; non arbitremur habere animam Deum, cum sit conditor animae: sed ita hoc de Deo tropice, non proprie, dicitur, sicut manus et pedes et alia corporis membra. Et, ne secundum hoc credatur homo in carnis hujus effigie factus ad imaginem Dei, adduntur et alae, quas utique non habet homo; et dicitur Deo, Sub umbra alarum tuarum protege me (Psal. XVI, 8): ut intelligant homines de illa ineffabili natura, non propriis, sed translatis rerum vocabulis ista dici.

4. Quod vero adjungitur, Et erit, qui superaverit in domo tua, veniet adorare ei: non proprie de domo dicitur hujus Heli, sed illius Aaron, de qua usque ad adventum Jesu Christi homines remanserunt, de quo genere etiam nunc usque non desunt. Nam de illa domo hujus Heli jam supra dictum erat, Et omnis qui superaverit domus tuae, decidet in gladio virorum. Quomodo ergo hic vere dici potuit, Et erit, qui superaverit in domo tua, veniet adorare ei; si illud est verum, quod ultore gladio nemo inde supererit: nisi quia illos intelligi voluit, qui pertinent ad stirpem, sed illius totius sacerdotii secundum ordinem Aaron? Ergo si de illis est praedestinatis reliquiis, de quibus alius propheta dixit, Reliquiae salvae fient (Isai. X, 22); unde et Apostolus, Sic ergo, inquit, et in hoc tempore reliquiae per electionem gratiae salvae factae sunt (Rom. XI, 5); quia de talibus reliquiis bene intelligitur esse de quo dictum est, Qui superaverit in domo tua: profecto credit in Christum; sicut temporibus Apostolorum ex ipsa gente plurimi crediderunt; neque nunc desunt, qui, licet rarissime, tamen credant, et impletur in eis quod hic iste homo Dei continuo secutus adjunxit, Veniet adorare ei obolo argenti: cui adorare, nisi illi summo sacerdoti, qui et Deus est? Neque enim in illo sacerdotio secundum ordinem Aaron, ad hoc veniebant homines ad templum vel altare Dei, ut sacerdotem adorarent. Quid est autem quod ait, obolo argenti, nisi brevitate verbi fidei, de quo commemorat Apostolus dictum, Verbum consummans et brevians faciet Dominus super terram (Rom. IX, 28; Isai. X, 23); Argentum autem pro eloquio poni, Psalmus testis est, ubi canitur: Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum (Psal. XI, 7).

Su casa, pues, pasará ante él. También puede entenderse "pasará" de la muerte a la vida, por todos los días en que se lleva a cabo esta mortalidad hasta el fin de este siglo. Pero en cuanto a lo que dijo Dios: "Que haga todas las cosas que están en mi corazón y en mi alma", no pensemos que Dios tiene alma, siendo él el creador del alma; sino que esto se dice de Dios trópicamente, no propiamente, tal como manos y pies y otros miembros del cuerpo. Y, para que no se crea que el hombre en la efigie de esta carne fue hecho a imagen de Dios según esto, se añaden también alas, las cuales ciertamente no tiene el hombre; y se dice a Dios: "Bajo la sombra de tus alas protégeme" (Sal. 16, 8); para que entiendan los hombres que de aquella inefable naturaleza se dicen estas cosas no con vocablos propios, sino traslaticios de las cosas.

4. Pero lo que se añade: "Y sucederá que el que sobreviva en tu casa, vendrá a adorarle", no se dice propiamente de la casa de este Helí, sino de aquella de Aarón, de la cual permanecieron hombres hasta el advenimiento de Jesucristo, de cuyo género incluso hasta ahora no faltan. Pues de aquella casa de este Helí ya se había dicho arriba: "Y todo el que sobreviva de tu casa, caerá por la espada de los hombres." ¿Cómo, pues, pudo decirse aquí verdaderamente: "Y sucederá que el que sobreviva en tu casa, vendrá a adorarle", si aquello es verdad de que nadie sobrevivirá de allí por la espada vengadora; sino porque quiso que se entendieran aquellos que pertenecen a la estirpe, pero de todo aquel sacerdocio según el orden de Aarón? Por tanto, si es de aquellas reliquias predestinadas de las cuales dijo otro profeta: "Las reliquias se salvarán" (Is. 10, 22); de donde también el Apóstol: "Así, pues", dice, "también en este tiempo las reliquias por elección de la gracia se han salvado" (Rom. 11, 5); porque de tales reliquias bien se entiende que es de quien se dijo: "El que sobreviva en tu casa"; ciertamente cree en Cristo, como en tiempos de los Apóstoles muchísimos de esa misma gente creyeron; ni faltan ahora quienes, aunque rarísimamente, sin embargo creen, y se cumple en ellos lo que este hombre de Dios a continuación añadió: "Vendrá a adorarle por un óbolo de plata". ¿A quién adorar, sino a aquel sumo sacerdote, que es también Dios? Pues en aquel sacerdocio según el orden de Aarón, no venían los hombres al templo o altar de Dios para esto, para adorar al sacerdote. ¿Pero qué es lo que dice "óbolo de plata", sino por la brevedad de la palabra de fe, de la cual conmemora el Apóstol que se dijo: "La palabra consumando y abreviando hará el Señor sobre la tierra" (Rom. 9, 28; Is. 10, 23)? Que la plata se pone por la elocuencia [palabra], el Salmo es testigo, donde se canta: "Las palabras del Señor son palabras castas, plata examinada por el fuego" (Sal. 11, 7).

5. Quid ergo dicit iste, qui venit adorare sacerdoti Dei et sacerdoti Deo? Jacta me in unam partem sacerdotii tui, manducare panem. Nolo in patrum meorum collocari honore, qui nullus est: jacta me in partem sacerdotii tui. Elegi enim abjectus esse in domo Dei (Psal. LXXXIII, 11): qualecumque et quantulumcumque membrum esse cupio sacerdotii tui. Sacerdotium quippe hic ipsam plebem dicit, cujus plebis ille sacerdos est Mediator Dei et hominum homo Christus Jesus. Cui plebi dicit apostolus Petrus, Plebs sancta, regale sacerdotium (I Petr. II, 9). Quamvis nonnulli, sacrificii tui sint interpretati; non, sacerdotii tui: quod nihilominus eumdem significat populum christianum. Unde dicit apostolus Paulus, Unus panis, unum corpus multi sumus (I Cor. X, 17). Quod ergo additium est, manducare panem, etiam ipsum sacrificii genus eleganter expressit, de quo dicit sacerdos ipse, Panis quem ego dedero, caro mea est pro saeculi vita (Joan. VI, 52). Ipsum est sacrificium, non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech: qui legit, intelligat. Brevis itaque ista confessio et salubriter humilis, qua dicitur, Jacta me in partem sacerdotii tui, manducare panem, ipse est obolus argenti; quia et breve est, et eloquium Domini est habitantis in corde credentis. Quia enim dixerat superius dedisse se domui Aaron cibos de victimis veteris Testamenti, ubi ait, Dedi domui patris tui omnia quae sunt ignis filiorum Israel in escam; haec quippe fuerant sacrificia Judaeorum: ideo hic dixit, manducare panem; quod est in novo Testamento sacrificium Christianorum.

Caput VI.

De Judaico sacerdotio et regno, quae cum in aeternum dicantur statuta, non permanent; ut alia intelligantur, quorum spondetur aeternitas.

1. Cum igitur haec tanta tunc altitudine praenuntiata sint, tanta nunc manifestatione clarescant; non frustra tamen moveri quispiam potest, ac dicere: Quomodo confidimus venire omnia, quae in libris illis ventura praedicta sunt, si hoc ipsum quod ibi divinitus dictum est, Domus tua et domus patris tui transibunt coram me in aeternum, effectum habere non potuit? Quoniam videmus illud sacerdotium fuisse mutatum; et quod illi domui promissum est, nec sperari aliquando complendum: quia illud quod ei reprobato mutatoque succedit, hoc potius praedicatur aeternum.

5. ¿Qué dice, pues, aquel que viene a adorar al sacerdote de Dios y al sacerdote Dios? "Échame en una parte de tu sacerdocio para comer pan". No quiero ser colocado en el honor de mis padres, el cual es nulo: échame en una parte de tu sacerdocio. "Pues elegí ser un abyecto en la casa de Dios" (Sal. 83, 11); deseo ser cualquier clase de miembro y por pequeño que sea de tu sacerdocio. Pues por sacerdocio aquí llama al pueblo mismo, de cuyo pueblo aquel sacerdote es el Mediador de Dios y de los hombres, el hombre Cristo Jesús. A cuyo pueblo dice el apóstol Pedro: "Pueblo santo, real sacerdocio" (1 Pe. 2, 9). Aunque algunos interpretaron "de tu sacrificio", no "de tu sacerdocio"; lo cual no obstante significa al mismo pueblo cristiano. De donde dice el apóstol Pablo: "Un solo pan, un solo cuerpo somos muchos" (1 Cor. 10, 17). Lo que, pues, añadió: "comer pan", también expresó elegantemente el género mismo del sacrificio, del cual dice el sacerdote mismo: "El pan que yo daré es mi carne por la vida del siglo" (Jn. 6, 52). Este es el sacrificio, no según el orden de Aarón, sino según el orden de Melquisedec: quien lea, entienda. Por tanto, aquella confesión breve y saludablemente humilde con la que se dice: "Échame en una parte de tu sacerdocio para comer pan", es el mismo óbolo de plata; porque es breve y es palabra del Señor que habita en el corazón del creyente. Pues porque había dicho arriba que había dado a la casa de Aarón alimentos de las víctimas del antiguo Testamento, donde dice: "Di a la casa de tu padre todas las cosas que son del fuego de los hijos de Israel para alimento"; pues estos habían sido los sacrificios de los judíos; por eso aquí dijo: "comer pan", que es en el nuevo Testamento el sacrificio de los cristianos.

Capítulo VI.

Del sacerdocio y el reino judaicos, los cuales, aunque se digan establecidos para siempre, no permanecen; para que se entiendan otros, cuya eternidad se promete.

1. Siendo, pues, que estas cosas fueron entonces prenunciadas con tanta profundidad, y ahora resplandecen con tanta manifestación; sin embargo, no en vano alguien puede conmoverse y decir: ¿Cómo confiamos en que vendrán todas las cosas que en aquellos libros se predijeron que habían de venir, si esto mismo que allí se dijo divinamente: "Tu casa y la casa de tu padre pasarán ante mí para siempre", no pudo tener efecto? Puesto que vemos que aquel sacerdocio ha sido cambiado; y lo que se prometió a aquella casa, ni se espera que alguna vez se cumpla: porque aquello que le sucede habiendo sido ella reproba y cambiada, esto más bien se predica como eterno.

Hoc qui dicit, nondum intelligit, aut non recolit, etiam ipsum secundum ordinem Aaron sacerdotium, tanquam umbram futuri aeterni sacerdotii constitutum: ac per hoc quando ei aeternitas promissa est, non ipsi umbrae ac figurae, sed ei quod per ipsam adumbrabatur figurabaturque, promissum est. Sed ne putaretur ipsa umbra esse mansura, ideo etiam mutatio ejus debuit prophetari.

2. Regnum quoque isto modo etiam Saülis ipsius, qui certe reprobatus atque rejectus est, futuri regni erat umbra in aeternitate mansuri. Oleum quippe illud quo unctus est, et ab eo chrismate christus est dictus, mystice accipiendum, et magnum sacramentum intelligendum est: quod in eo tantum veneratus est ipse David, ut percusso corde pavitaverit, quando in tenebroso occultatus antro, quo etiam Saül urgente intraverat necessitate naturae, exiguam particulam vestis ejus retrorsum latenter abscidit, ut haberet unde monstraret, quomodo ei pepercerit, cum posset occidere; atque ita suspicionem de animo ejus, qua sanctum David putans inimicum suum vehementer persequebatur, auferret. Ne itaque reus esset tanti sacramenti in Saüle violati, quia vel indumentum ejus sic attrectavit, extimuit. Ita enim scriptum est: Et percussit cor David super eum, quia abstulit pinnulam chlamydis ejus. Viris autem, qui cum illo erant, et ut Saülem in manus suas traditum interimeret suadebant, Non mihi, inquit, contingat a Domino, si fecero hoc verbum domino meo christo Domini, inferre manum meam super eum; quia christus Domini est hic (I Reg. XXIV, 6, 7). Huic ergo umbrae futuri non propter ipsam, sed propter illud quod praefigurabat, tanta veneratio exhibebatur. Unde et illud quod ait Saüli Samuel, Quoniam non servasti mandatum meum, quod mandavit tibi Dominus; quemadmodum nunc paraverat Dominus regnum tuum usque in aeternum super Israel, et nunc regnum tuum non stabit tibi; et quaeret Dominus sibi hominem secundum cor suum, et mandabit ei Dominus esse in principem super populum suum; quia non custodisti quae mandavit tibi Dominus (Id. XIII, 13, 14): non sic accipiendum est, ac si ipsum Saülem Deus in aeternum praeparaverit regnaturum, et hoc postea noluerit servare peccanti; neque enim eum peccaturum esse nesciebat: sed praeparaverat regnum ejus, in quo figura esset regni aeterni. Ideo addidit, Et nunc regnum tuum non stabit tibi. Stetit ergo, et stabit, quod in illo significatum est: sed non huic stabit, quia non in aeternum ipse fuerat regnaturus, nec progenies ejus, ut saltem per posteros alterum alteri succedentes videretur impleri quod dictum est, in aeternum.

Quien dice esto, aún no entiende, o no recuerda, que incluso el mismo sacerdocio según el orden de Aarón fue constituido como sombra del futuro sacerdocio eterno; y por esto, cuando se le prometió la eternidad, no se le prometió a la sombra y figura misma, sino a aquello que por ella se adumbraba y figuraba. Pero para que no se pensara que la sombra misma había de permanecer, por eso también su mutación debió ser profetizada.

2. El reino también de este mismo Saúl, que ciertamente fue reprobado y rechazado, era de este modo sombra del futuro reino que ha de permanecer en la eternidad. Pues aquel aceite con el que fue ungido, y por ese crisma fue llamado cristo, ha de recibirse místicamente y entenderse como un gran sacramento; el cual en él tanto veneró el mismo David, que se estremeció con el corazón herido cuando, oculto en una tenebrosa cueva en la que también había entrado Saúl urgido por una necesidad de la naturaleza, cortó ocultamente por detrás una pequeña partícula de su vestidura, para tener con qué mostrar cómo le había perdonado cuando podía matarlo; y así quitar de su ánimo la sospecha por la que, pensando que el santo David era su enemigo, lo perseguía vehementemente. Para no ser, pues, reo de violar tan gran sacramento en Saúl, porque incluso así tocó su vestidura, temió. Pues así está escrito: "Y hirió el corazón de David sobre él, porque quitó la punta de su clámide". Pero a los hombres que estaban con él, y que le persuadían para que matara a Saúl entregado en sus manos: "No me suceda", dijo, "de parte del Señor, si hiciera tal cosa a mi señor el cristo del Señor, de poner mi mano sobre él; porque el cristo del Señor es este" (1 Sam. 24, 6-7). A esta sombra de lo futuro, por tanto, no por ella misma, sino por aquello que prefiguraba, se le exhibía tan gran veneración. De donde también aquello que dijo Samuel a Saúl: "Puesto que no guardaste mi mandato, que te mandó el Señor; como ahora había preparado el Señor tu reino hasta la eternidad sobre Israel, y ahora tu reino no permanecerá para ti; y buscará el Señor para sí un hombre según su corazón, y le mandará el Señor ser príncipe sobre su pueblo; porque no custodiaste lo que te mandó el Señor" (íd. 13, 13-14): no ha de recibirse como si Dios hubiera preparado al mismo Saúl para reinar eternamente, y después no hubiera querido mantener esto al pecador; pues no ignoraba él que había de pecar; sino que había preparado su reino, en el cual hubiera una figura del reino eterno. Por eso añadió: "Y ahora tu reino no permanecerá para ti". Permaneció, pues, y permanecerá lo que en él fue significado; pero no permanecerá para este, porque él mismo no había de reinar eternamente, ni su descendencia, para que al menos por los pósteros sucediéndose unos a otros pareciera cumplirse lo que se dijo: "para siempre".

Et quaeret, inquit, Dominus sibi hominem: sive David, sive ipsum Mediatorem significans Testamenti novi, qui figurabatur in chrismate etiam quo unctus est ipse David et progenies ejus. Non autem quasi nesciat ubi sit, ita Deus sibi hominem quaerit: sed per hominem more hominum loquitur; quia et sic loquendo nos quaerit. Non solum enim Deo Patri, verum etiam ipsi quoque Unigenito ejus, qui venit quaerere quod perierat (Luc. XIX, 10), usque adeo jam eramus noti, ut in ipso essemus electi ante constitutionem mundi (Ephes. I, 4). Quaeret sibi ergo dixit, suum habebit. Unde in latina lingua hoc verbum accipit praepositionem, et, Acquirit, dicitur: quod satis apertum est quid significet. Quanquam et sine additamento praepositionis Quaerere intelligatur Acquirere: ex quo lucra vocantur et quaestus.

Caput VII.

De disruptione regni Israelitici, qua praefiguratur perpetua divisio Israelis spiritualis ab Israele carnali.

1. Rursus peccavit Saül per inobedientem, et rursus Samuel ait illi in verbo Domini: Quia sprevisti verbum Domini, sprevit te Dominus, ut non sis rex super Israel. Et rursus pro eodem peccato, cum id confiteretur Saül, et veniam precaretur, rogaretque Samuelem, ut reverteretur cum illo ad placandum Deum: Non revertar, inquit, tecum; quia sprevisti verbum Domini, et spernet te Dominus, ne sis rex super Israel. Et convertit Samuel faciem suam, ut abiret: et tenuit Saül pinnulam diploidis ejus, et disrupit eam. Et dixit ad eum Samuel, Disrupit Dominus regnum ab Israel de manu tua hodie, et dabit proximo tuo bono super te, et dividetur Israel in duo: et non convertetur, neque poenitebit eum; quoniam non est sicut homo, ut poeniteat eum: ipse minatur, et non permanet (I Reg. XV, 23-29). Iste cui dicitur, Spernet Dominus, ne sis rex super Israel; et, Disrupit Dominus regnum ab Israel de manu tua hodie; quadraginta annos regnavit super Israel, tanto scilicet spatio temporis, quanto et ipse David, et audivit hoc primo tempore regni sui: ut intelligamus ideo dictum, quia nullus de stirpe ejus fuerat regnaturus; et respiciamus ad stirpem David, unde exortus est secundum carnem Mediator Dei et hominum homo Christus Jesus.

"And buscará", dice, "el Señor para sí un hombre"; significando o bien a David, o bien al mismo Mediador del nuevo Testamento, que era figurado en el crisma con el que también fue ungido el mismo David y su descendencia. No obstante, no como si ignorara dónde está, así busca Dios para sí un hombre; sino que habla por medio de un hombre al modo de los hombres; porque también hablando así nos busca. Pues no solo para Dios Padre, sino también para su mismo Unigénito, que vino a buscar lo que había perecido (Lc. 19, 10), hasta tal punto éramos ya conocidos que en él fuimos elegidos antes de la constitución del mundo (Ef. 1, 4). "Buscará para sí", pues, dijo: tendrá como suyo. De donde en la lengua latina este verbo recibe una preposición, y se dice "Adquiere" (Acquirit); lo cual está bastante claro qué significa. Aunque también sin la adición de la preposición, "Buscar" (Quaerere) se entienda como "Adquirir" (Acquirit); de donde las ganancias se llaman lucros y "cuestiones" (quaestus).

Capítulo VII.

Del desgarramiento del reino israelítico, con el cual se prefigura la perpetua división del Israel espiritual del Israel carnal.

1. De nuevo pecó Saúl por desobediencia, y de nuevo le dijo Samuel en la palabra del Señor: "Porque has despreciado la palabra del Señor, el Señor te ha despreciado para que no seas rey sobre Israel". Y de nuevo por el mismo pecado, confesándolo Saúl y pidiendo perdón, y rogando a Samuel que volviera con él para aplacar a Dios: "No volveré", dijo, "contigo; porque has despreciado la palabra del Señor, y el Señor te despreciará para que no seas rey sobre Israel. Y volvió Samuel su rostro para irse; y Saúl asió la punta de su manto (diploidis) y lo rasgó. Y le dijo Samuel: El Señor ha desgarrado hoy el reino de Israel de tu mano, y lo dará a tu prójimo bueno sobre ti, e Israel se dividirá en dos; y no se volverá, ni se arrepentirá; puesto que no es como un hombre para que se arrepienta: él mismo amenaza y no permanece (1 Sam. 15, 23-29). Este a quien se dice: "El Señor te despreciará para que no seas rey sobre Israel"; y: "El Señor ha desgarrado hoy el reino de Israel de tu mano"; reinó cuarenta años sobre Israel, a saber, tanto tiempo como el mismo David, y oyó esto en el primer tiempo de su reinado: para que entendamos que se dijo por esto, porque ninguno de su estirpe había de reinar; y miremos a la estirpe de David, de donde surgió según la carne el Mediador de Dios y de los hombres, el hombre Cristo Jesús.

2. Non autem habet Scriptura, quod in plerisque latinis codicibus legitur, Disrupit Dominus regnum Israel de manu tua; sed sicut a nobis positum est inventum in graecis, Disrupit Dominus regnum ab Israel de manu tua: ut hoc intelligatur, de manu tua; quod est, ab Israel. Populi ergo Israel personam figurate gerebat homo iste, qui populus regnum fuerat amissurus, Christo Jesu Domino nostro per novum Testamentum, non carnaliter, sed spiritualiter regnaturo. De quo cum dicitur, Et dabit illud proximo tuo, ad carnis cognationem id refertur: ex Israel enim Christus secundum carnem, unde et Saül. Quod vero additum est, bono super te, potest quidem intelligi, meliori te; nam et quidam sic sunt interpretati: sed melius sic accipitur, bono super te, ut quia ille bonus est, ideo sit super te, juxta illud aliud propheticum, Donec ponam omnes inimicos tuos sub pedibus tuis (Psal. CIX, 1). In quibus est et Israel, cui suo persecutori regnum abstulit Christus. Quamvis fuerit illic et Israel, in quo dolus non erat (Joan. I, 47), quoddam quasi frumentum illarum palearum. Nam utique inde erant Apostoli, inde tot martyres, quorum prior Stephanus; inde tot Ecclesiae, quas apostolus Paulus commemorat, in conversione ejus magnificantes Deum (Galat. I, 24).

3. De qua re non dubito intelligendum esse quod sequitur, Et dividetur Israel in duo: in Israel scilicet inimicum Christo, et Israel adhaerentem Christo; in Israel ad ancillam, et Israel ad liberam pertinentem. Nam ista duo genera primum simul erant, velut Abraham adhuc adhaereret ancillae, donec sterilis per Christi gratiam fecundata clamaret, Ejice ancillam et filium ejus (Gen. XXI, 10). Propter peccatum quidem Salomonis regnante filio ejus Roboam, scimus Israel in duo fuisse divisum, atque ita perseverasse, habentibus singulis partibus reges suos, donec illa gens tota a Chaldaeis esset ingenti vastatione subversa atque translata. Sed hoc quid ad Saülem, cum si tale aliquid comminandum esset, ipsi David fuerit potius comminandum, cujus erat filius Salomon? Postremo nunc inter se gens Hebraea divisa non est, sed indifferenter in ejusdem erroris societate dispersa per terras. Divisio vero illa, quam Deus sub persona Saülis, illius regni et populi figuram gerentis, eidem regno populoque minatus est, aeterna atque immutabilis significata est, per hoc quod adjunctum est, Et non convertetur, neque poenitebit eum; quoniam non est sicut homo, ut poeniteat eum: ipse minatur, et non permanet: id est, homo minatur, et non permanet; non autem Deus, quem non poenitet, sicut hominem. Ubi enim legitur quod poeniteat eum, mutatio rerum significatur, immutabili praescientia manente divina. Ubi ergo non poenitere dicitur, non mutare intelligitur.

2. Pero no tiene la Escritura lo que se lee en la mayoría de los códices latinos: "El Señor ha desgarrado el reino de Israel de tu mano"; sino como ha sido puesto por nosotros hallado en los griegos: "El Señor ha desgarrado el reino de Israel de tu mano"; para que se entienda esto: "de tu mano", lo cual es: "de Israel". Por tanto, este hombre llevaba figuradamente la persona del pueblo de Israel, pueblo que había de perder el reino, cuando Cristo Jesús Señor nuestro hubiera de reinar por el nuevo Testamento, no carnalmente, sino espiritualmente. De quien cuando se dice: "Y lo dará a tu prójimo", se refiere al parentesco de la carne: pues de Israel es Cristo según la carne, de donde también era Saúl. Pero lo que se añadió: "bueno sobre ti", puede ciertamente entenderse como "mejor que tú"; pues algunos así lo han interpretado; pero mejor se acepta así: "bueno sobre ti", para que porque él es bueno, por eso esté sobre ti, según aquel otro dicho profético: "Hasta que ponga a todos tus enemigos bajo tus pies" (Sal. 109, 1). Entre los cuales está también Israel, a quien, siendo su perseguidor, quitó el reino Cristo. Aunque hubo allí también un "Israel en el que no había dolo" (Jn. 1, 47), una especie de grano entre aquellas pajas. Pues ciertamente de allí eran los Apóstoles, de allí tantos mártires, de los cuales el primero fue Esteban; de allí tantas Iglesias que el apóstol Pablo conmemora, magnificando a Dios en su conversión (Gál. 1, 24).

3. Sobre la cual cosa no dudo que ha de entenderse lo que sigue: "Y se dividirá Israel en dos": a saber, en el Israel enemigo de Cristo y el Israel adherido a Cristo; en el Israel que pertenece a la esclava y el Israel que pertenece a la libre. Pues esos dos géneros primero estaban juntos, como si Abraham todavía estuviera adherido a la esclava, hasta que la estéril, fecundada por la gracia de Cristo, clamara: "Echa a la esclava y a su hijo" (Gén. 21, 10). Por el pecado de Salomón ciertamente, reinando su hijo Roboam, sabemos que Israel fue dividido en dos, y así perseveró, teniendo cada parte sus propios reyes, hasta que toda aquella nación fue subvertida y trasladada por los caldeos con una ingente devastación. Pero ¿qué tiene que ver esto con Saúl, si para amenazar algo tal, debió habérsele amenazado más bien al mismo David, de quien era hijo Salomón? Por último, ahora la nación hebrea no está dividida entre sí, sino que está dispersa indiferentemente por las tierras en la sociedad del mismo error. Pero aquella división que Dios, bajo la persona de Saúl que llevaba la figura de aquel reino y pueblo, amenazó al mismo reino y pueblo, fue significada como eterna e inmutable, por esto que se añadió: "Y no se volverá, ni se arrepentirá; puesto que no es como un hombre para que se arrepienta: él mismo amenaza y no permanece"; esto es, el hombre amenaza y no permanece; pero no Dios, de quien no se arrepiente como de un hombre. Pues donde se lee que se arrepiente, se significa una mudanza de las cosas, permaneciendo inmutable la divina presciencia. Donde, pues, se dice que no se arrepiente, se entiende que no cambia.

4. Prorsus insolubilem videmus per haec verba prolatam divinitus fuisse sententiam de ista divisione populi Israel, et omnino perpetuam. Quicumque enim ad Christum transierunt, vel transeunt, vel transibunt inde, non erant inde secundum Dei praescientiam, non secundum generis humani unam eamdemque naturam. Prorsus quicumque ex Israelitis adhaerentes Christo perseverant in illo, nunquam erunt cum eis Israelitis, qui ejus inimici usque in finem vitae hujus esse persistunt: sed in divisione, quae hic praenuntiata est, perpetuo permanebunt. Nihil enim prodest Testamentum vetus de monte Sina in servitutem generans (Galat. IV, 24), nisi quia testimonium perhibet Testamento novo. Alioquin quamdiu legitur Moyses, velamen super corda eorum positum est: cum autem quisque inde transierit ad Christum, auferetur velamen (I Cor. III, 15 et 16). Transeuntium quippe intentio ipsa mutatur de vetere ad novum; ut non jam quisque intendat accipere carnalem, sed spiritualem felicitatem. Propter quod ipse magnus propheta Samuel, antequam unxisset regem Saül, quando exclamavit ad Dominum pro Israel, et exaudivit eum; et cum offerret holocaustosim, accedentiibus alienigenis ad pugnam contra populum Dei, tonuit Dominus super eos, et confusi sunt, et offenderunt coram Israel, atque superati sunt: assumpsit lapidem unum, et statuit illum inter Massephat novam et veterem, et vocavit nomen ejus Abennezer, quod est latine Lapis adjutoris: et dixit, Usque huc adjuvit nos Dominus (I Reg. VII, 5-12). Massephat interpretatur Intentio. Lapis ille adjutoris medietas est Salvatoris, per quem transeundum est a Massephat vetere ad novam, id est, ab intentione qua exspectabatur in carnali regno beatitudo falsa carnalis, ad intentionem qua per novum Testamentum exspectatur in regno coelorum beatitudo verissima spiritualis: qua quoniam nihil est melius, huc usque adjuvat Deus.

CAPUT VIII.---De promissionibus ad David in filio ejus, quae nullatenus in Salomone, sed plenissime inveniuntur in Christo. 1. Jam nunc video esse monstrandum quid ipsi David, qui Saüli successit in regnum, cujus mutatione finalis illa mutatio figurata est, propter quam divinitus cuncta dicta, cuncta conscripta sunt, Deus promiserit, quod ad rem qua de agimus pertinet. Cum regi David multa prospera provenissent, cogitavit facere Deo domum, templum illud scilicet excellentissime diffamatum, quod a rege Salomone filio ejus postea fabricatum est. Hoc eo cogitante, factum est verbum Domini ad Nathan prophetam, quod perferret ad regem. Ubi cum dixisset Deus quod non ab ipso David sibi aedificaretur domus, neque per tantum tempus se mandasse cuiquam in populo suo, ut sibi fieret domus cedrina: Et nunc, inquit, haec dices servo meo David: Haec dicit Dominus omnipotens: Accepi te de ovili ovium, ut esses in ducem super populum meum in Israel, et eram tecum in omnibus quibus ingrediebaris, et exterminavi omnes inimicos tuos a facie tua, et feci te nominatum secundum nomen magnorum qui sunt super terram:

4. Vemos una sentencia totalmente indisoluble proferida divinamente por estas palabras sobre esa división del pueblo de Israel, y del todo perpetua. Pues quienesquiera que pasaron a Cristo, o pasan, o pasarán de allí, no eran de allí según la presciencia de Dios, no según la una y misma naturaleza del género humano. Totalmente, quienesquiera de los israelitas que, adhiriéndose a Cristo, perseveran en él, nunca estarán con aquellos israelitas que persisten en ser sus enemigos hasta el fin de esta vida; sino que permanecerán perpetuamente en la división que aquí se ha prenunciado. Pues nada aprovecha el antiguo Testamento del monte Sinaí que engendra para la servidumbre (Gál. 4, 24), sino porque da testimonio al nuevo Testamento. De lo contrario, mientras se lee a Moisés, un velo está puesto sobre sus corazones; pero cuando cada uno pase de allí a Cristo, se quitará el velo (2 Cor. 3, 15-16). Pues la intención misma de los que pasan se muda de lo viejo a lo nuevo; para que ya no pretenda cada uno recibir la felicidad carnal, sino la espiritual. Por lo cual el mismo gran profeta Samuel, antes de que hubiera ungido al rey Saúl, cuando clamó al Señor por Israel y lo escuchó; y cuando ofrecía un holocausto, acercándose los extranjeros para la batalla contra el pueblo de Dios, tronó el Señor sobre ellos, y se confundieron, y tropezaron ante Israel y fueron vencidos: tomó una piedra y la colocó entre la nueva y la vieja Masfat (Massephat), y llamó su nombre Abennezer, que es en latín Piedra del ayudador; y dijo: "Hasta aquí nos ayudó el Señor" (1 Sam. 7, 5-12). Masfat (Massephat) se interpreta como Intención. Aquella piedra del ayudador es la mediación del Salvador, por quien se ha de pasar de la vieja Masfat a la nueva, esto es, de la intención por la que se esperaba en un reino carnal una falsa bienaventuranza carnal, a la intención por la que por el nuevo Testamento se espera en el reino de los cielos la más verdadera bienaventuranza espiritual; por la cual, puesto que nada es mejor, Dios nos ayuda hasta aquí.

CAPÍTULO VIII.---De las promesas hechas a David en su hijo, las cuales de ningún modo se encuentran en Salomón, sino que se encuentran plenísimamente en Cristo. 1. Ya veo que ahora debe mostrarse qué prometió Dios al mismo David, que sucedió a Saúl en el reino —cuya mudanza figuró aquella mudanza final, por cuya causa todas las cosas fueron divinamente dichas y todas escritas—, lo cual pertenece al asunto de que tratamos. Habiéndole sucedido muchas cosas prósperas al rey David, pensó hacer una casa a Dios, a saber, aquel templo excelentísimamente afamado que después fue fabricado por el rey Salomón, su hijo. Pensando él esto, se produjo la palabra del Señor al profeta Natán, para que la llevara al rey. Donde, habiendo dicho Dios que no por el mismo David se le edificaría una casa, ni durante tanto tiempo había mandado a nadie en su pueblo que se le hiciera una casa de cedro: «Y ahora —dijo—, esto dirás a mi siervo David: Esto dice el Señor omnipotente: Te tomé del redil de las ovejas para que fueras caudillo sobre mi pueblo en Israel, y estuve contigo en todas las cosas en que entrabas, y exterminé a todos tus enemigos de tu presencia, y te hice nombrado según el nombre de los grandes que están sobre la tierra:

et ponam locum populo meo Israel, et plantabo illum, et inhabitabit seorsum, et non sollicitus erit ultra; et non apponet filius iniquitatis humiliare eum, sicut ab initio a diebus quibus constitui judices super populum meum Israel. Et requiem tibi dabo ab omnibus inimicis tuis: et nuntiabit tibi Dominus, quoniam domum aedificabis ipsi. Et erit cum repleti fuerint dies tui, et dormies cum patribus tuis, et suscitabo semen tuum post te, qui erit de ventre tuo, et praeparabo regnum ejus. Hic aedificabit mihi domum nomini meo, et dirigam thronum illius usque in aeternum. Ego ero illi in patrem, et ille erit mihi in filium. Et si venerit iniquitas ejus, redarguam illum in virga virorum, et in tactibus filiorum hominum: misericordiam autem meam non amoveam ab eo, sicut amovi a quibus amovi a facie mea : et fidelis erit domus ejus, et regnum ejus usque in aeternum coram me, et thronus ejus erit erectus usque in aeternum (II Reg. VII, 8-16).

2. Hanc tam grandem promissionem qui putat in Salomone fuisse completam, multum errat. Attendit enim quod dictum est, Hic aedificabit mihi domum; quoniam Salomon templum illud nobile exstruxit: et non attendit, Fidelis erit domus ejus, et regnum ejus usque in aeternum coram me. Attendat ergo et aspiciat Solomonis domum plenam mulieribus alienigenis colentibus deos falsos, et ipsum ab eis regem aliquando sapientem in eamdem idololatriam seductum atque dejectum: et non audeat existimare Deum vel hoc promisisse mendaciter, vel talem Salomonem domumque ejus futuram non potuisse praescire. Non hinc autem deberemus ambigere, nec si non in Christo Domino nostro, qui factus est ex semine David secundum carnem (Rom. I, 3), jam videremus ista compleri; ne vane atque inaniter hic alium aliquem requiramus, sicut carnales Judaei. Nam et ipsi usque adeo filium, quem loco isto regi David promissum legunt, intelligunt non fuisse Salomonem, ut eo qui promissus est tanta jam manifestatione declarato adhuc mirabili caecitate alium sperare se dicant. Facta est quidem nonnulla imago rei futurae etiam in Salomone, in eo quod templum aedificavit, et pacem habuit secundum nomen suum (Salomon quippe Pacificus est latine), et in exordio regni sui mirabiliter laudabilis fuit: sed eadem sua persona per umbram futuri praenuntiabat etiam ipse Christum Dominum nostrum, non exhibebat. Unde quaedam de illo ita scripta sunt, quasi de ipso ista praedicta sint, dum Scriptura sancta etiam rebus gestis prophetans, quodammodo in eo figuram delineat futurorum. Nam praeter libros divinae historiae, ubi regnasse narratur, Psalmus etiam septuagesimus primus titulo nominis ejus inscriptus est: in quo tam multa dicuntur, quae omnino ei convenire non possunt, Domino autem Christo aptissima perspicuitate conveniunt, ut evidenter appareat, quod in illo figura qualiscumque adumbrata sit, in isto autem ipsa veritas praesentata.

y pondré un lugar para mi pueblo Israel, y lo plantaré, y habitará aparte, y no estará más solícito; y el hijo de la iniquidad no volverá a humillarlo, como desde el principio desde los días en que constituí jueces sobre mi pueblo Israel. Y te daré descanso de todos tus enemigos: y el Señor te anunciará que tú mismo le edificarás una casa. Y será cuando se hubieren cumplido tus días y durmieres con tus padres, y suscitaré a tu descendencia (semen) después de ti, que será de tus entrañas, y prepararé su reino. Él me edificará una casa para mi nombre, y yo enderezaré su trono hasta la eternidad. Yo le seré por padre, y él me será por hijo. Y si viniere su iniquidad, lo reprenderé con vara de hombres y con azotes de hijos de hombres; pero no apartaré de él mi misericordia, como la aparté de aquellos de quienes la aparté de mi presencia: y su casa será fiel, y su reino hasta la eternidad ante mí, y su trono estará erigido hasta la eternidad» (2 Sam. 7, 8-16).

2. Quien piensa que esta promesa tan grande se cumplió en Salomón, yerra mucho. Pues atiende a lo que se dijo: «Él me edificará una casa»; ya que Salomón construyó aquel noble templo; y no atiende a: «Su casa será fiel, y su reino hasta la eternidad ante mí». Atienda, pues, y vea la casa de Salomón llena de mujeres extranjeras que daban culto a dioses falsos, y al mismo rey, antes sabio, seducido y derribado por ellas a la misma idolatría; y no ose pensar ni que Dios prometió esto falsamente, ni que no pudo conocer de antemano que tal sería Salomón y su casa. Pero no deberíamos dudar de esto, ni aunque no viéramos ya cumplirse estas cosas en Cristo nuestro Señor, que fue hecho de la descendencia (semen) de David según la carne (Rom. 1, 3); no sea que vana e inútilmente busquemos aquí a algún otro, como los carnales judíos. Pues aun ellos mismos entienden hasta tal punto que el hijo que leen como prometido en este lugar al rey David no fue Salomón, que, habiéndose declarado ya con tanta manifestación el que fue prometido, dicen todavía por una admirable ceguera que esperan a otro. Se hizo, ciertamente, alguna imagen de la cosa futura también en Salomón, en cuanto que edificó el templo, y tuvo paz según su nombre (pues Salomón es «Pacífico» (Pacificus) en latín), y en el comienzo de su reino fue maravillosamente loable; pero su misma persona, por la sombra de lo futuro, prenunciaba también él mismo a Cristo nuestro Señor, no lo exhibía. Por lo cual algunas cosas sobre él han sido escritas así, como si estas cosas hubieran sido predichas sobre él mismo, mientras la Sagrada Escritura, profetizando también por los hechos realizados, delinea de algún modo en él la figura de los futuros. Pues además de los libros de la historia divina, donde se narra que reinó, también el Salmo setenta y uno está inscrito con el título de su nombre; en el cual se dicen tantas cosas que de ningún modo pueden convenirle a él, pero convienen al Señor Cristo con aptísima claridad, de modo que aparece evidentemente que en aquel se bosquejó una figura de cualquier clase, pero en este se presentó la verdad misma.

Notum est enim quibus terminis regnum conclusum fuerit Salomonis: et tamen in eo psalmo legitur, ut alia taceam, Dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrae (Psal. LXXI, 8); quod in Christo videmus impleri. A flumine quippe dominandi sumpsit exordium, ubi baptizatus a Joanne, eodem monstrante coepit agnosci a discipulis, qui eum non solum magistrum, verum etiam Dominum appellaverunt .

3. Nec ob aliud, vivente adhuc patre suo David, regnare Salomon coepit, quod nulli illorum regum contigit, nisi ut hinc quoque satis eluceat non esse ipsum, quem prophetia ista praesignat , quae ad ejus patrem loquitur, dicens: Et erit, cum repleti fuerint dies tui, et dormies cum patribus tuis, et suscitabo semen tuum post te, qui erit de ventre tuo, et praeparabo regnum illius. Quomodo ergo propter id quod sequitur, Hic aedificabit mihi domum, iste Salomon putabitur prophetatus: et non potius propter id quod praecedit, Cum repleti fuerint dies tui, et dormies cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, alius pacificus intelligitur esse promissus, qui non ante, sicut iste, sed post mortem David praenuntiatus est suscitandus? Quamlibet enim longo interposito tempore Jesus Christus venireet, procul dubio post mortem regis David, cui sic est promissus, eum venire oportebat, qui aedificaret domum Deo, non de lignis et lapidibus, sed de hominibus, qualem illum aedificare gaudemus. Huic enim domui dicit Apostolus, hoc est, fidelibus Christi: Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos (I Cor. III, 17).

CAPUT IX.---Quam similis in Psalmo octogesimo octavo sit prophetia de Christo, his quae in Regnorum libris Nathan prophetante promittuntur. Propter quod et in Psalmo octogesimo et octavo, cujus est titulus, Intellectus ipsi Aethan Israelitae, commemorantur promissiones Dei factae regi David, et istis, quae in libro Regnorum sunt posita, quaedam ibi similia dicuntur; sicut est: Juravi David servo meo: Usque in aeternum praeparabo semen tuum. Et iterum: Tunc locutus es in aspectu filiis tuis, et dixisti: Posui adjutorium super potentem, et exaltavi electum de populo meo. Inveni David servum meum, in oleo sancto meo unxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum. Non proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non apponet nocere ei. Et concidam inimicos ejus a facie ejus, et eos qui oderunt eum, fugabo. Et veritas mea et misericordia mea cum ipso, et in nomine meo exaltabitur cornu ejus. Et ponam in mari manum ejus, et in fluminibus dexteram ejus. Ipse invocabit me: Pater meus es tu, Deus meus et susceptor salutis meae. Et ego primogenitum ponam illum, excelsum apud reges terrae.

Es conocido, pues, por qué términos fue cerrado el reino de Salomón; y sin embargo en aquel salmo se lee, por callar otras cosas: «Dominará de mar a mar, y desde el río hasta los términos del orbe de la tierra» (Sal. 71, 8); lo cual vemos cumplirse en Cristo. Pues desde el río tomó el comienzo de su dominio, donde bautizado por Juan, empezó a ser reconocido por sus discípulos al mostrarlo este mismo, quienes lo llamaron no solo Maestro, sino también Señor.

3. Ni por otra causa comenzó Salomón a reinar viviendo aún su padre David, lo cual a ninguno de aquellos reyes sucedió, sino para que de aquí también se aclare suficientemente que no es él mismo a quien esta profecía prefigura, la cual habla a su padre diciendo: «Y será, cuando se hubieren cumplido tus días y durmieres con tus padres, y suscitaré a tu descendencia (semen) después de ti, que será de tus entrañas, y prepararé su reino». ¿Cómo, pues, por lo que sigue: «Él me edificará una casa», se pensará que este Salomón fue profetizado; y no más bien, por lo que precede: «Cuando se hubieren cumplido tus días y durmieres con tus padres, suscitaré a tu descendencia (semen) después de ti», se entiende que ha sido prometido otro pacífico, el cual fue prenunciado que habría de ser suscitado no antes, como este, sino después de la muerte de David? Pues por largo que fuera el tiempo intermedio en que viniera Jesucristo, sin duda después de la muerte del rey David, a quien así fue prometido, convenía que viniera él, que edificaría una casa a Dios, no de madera y piedras, sino de hombres, cual nos gozamos de que él edifica. Pues a esta casa dice el Apóstol, esto es, a los fieles de Cristo: «Porque el templo de Dios santo es, el cual sois vosotros» (1 Cor. 3, 17).

CAPÍTULO IX.---De cuán semejante es en el Salmo ochenta y ocho la profecía sobre Cristo a aquellas que se prometen en los libros de los Reyes por la profecía de Natán. Por lo cual también en el Salmo ochenta y ocho, cuyo título es: «Entendimiento para el mismo Etán el israelita», se conmemoran las promesas de Dios hechas al rey David, y se dicen allí algunas cosas semejantes a estas que han sido puestas en el libro de los Reyes; como es: «Juré a David mi siervo: Hasta la eternidad prepararé tu descendencia (semen)». Y de nuevo: «Entonces hablaste en visión a tus hijos y dijiste: He puesto auxilio sobre el potente, y he exaltado al elegido de mi pueblo. Encontré a David mi siervo, con mi óleo santo lo ungí. Pues mi mano le auxiliará, y mi brazo lo confortará. No sacará ventaja el enemigo en él, y el hijo de la iniquidad no volverá a dañarlo. Y talaré a sus enemigos de su presencia, y a los que lo odian, los haré huir. Y mi verdad y mi misericordia con él, y en mi nombre será exaltado su cuerno. Y pondré en el mar su mano, y en los ríos su derecha. Él mismo me invocará: Mi Padre eres tú, mi Dios y el amparador de mi salvación. Y yo lo pondré por primogénito, excelso ante los reyes de la tierra.

In aeternum servabo illi misericordiam meam, et testamentum meum fidele ipsi. Et ponam in saeculum saeculi semen ejus , et thronum ejus sicut dies coeli (Psal. LXXXVIII, 4, 5, 20-30). Quae omnia de Domino Jesu intelliguntur, quando recte intelliguntur, sub nomine David, propter formam servi, quam de semine David idem Mediator assumpsit ex virgine.

Continuo etiam dicitur de peccatis filiorum ejus tale aliquid, quale in Regnorum libro positum est, et quasi de Salomone proclivius accipitur. Ibi namque, hoc est in Regnorum libro, Et si venerit, inquit, iniquitas ejus, redarguam illum in virga virorum, et in tactibus filiorum hominum: misericordiam autem meam non amoveam ab eo (II Reg. VII, 14 et 15): tactibus significans plagas correptionis. Unde illud est, Ne tetigeritis christos meos (Psal. CIV, 15). Quod quid est aliud, quam, Ne laeseritis? In Psalmo vero cum ageret tanquam de David, ut quiddam ejusmodi etiam ibi diceret, Si dereliquerint, inquit, filii ejus legem meam, et in judiciis meis non ambulaverint; si justificationes meas profanaverint, et mandata mea non custodierint; visitabo in virga iniquitates eorum, et in flagellis delicta eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eo (Psal. LXXXVIII, 31-34). Non dixit, Ab eis, cum loqueretur de filiis ejus, non de ipso: sed dixit, ab eo; quod bene intellectum tantumdem valet. Non enim Christi ipsius, quod est caput Ecclesiae, possent inveniri ulla peccata, quae opus esset humanis correptionibus servata misericordia divinitus coerceri; sed in ejus corpore ac membris, quod populus ejus est. Ideo in libro Regnorum, iniquitas ejus dicitur; in Psalmo autem, filiorum ejus: ut intelligamus de ipso dici quodammodo, quod de ejus corpore dicitur. Propter quod etiam ipse de coelo, cum corpus ejus, quod sunt fideles ejus, Saulus persequeretur, Saule, inquit, Saule, quid me persequeris (Act. IX, 4)? Deinde in consequentibus Psalmi, Ne neque nocebo, inquit, in veritate mea, neque profanabo testamentum meum, et quae procedunt de labiis meis non reprobabo. Semel juravi in sancto meo, si David mentiar: id est, nequaquam David mentiar, Solet enim sic loqui Scriptura. Quid autem non mentiatur, adjungit, et dicit, Semen ejus in aeternum manebit; et sedes ejus sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in aeternum, et testis in coelo fidelis (Psal. LXXXVIII, 34-38).

CAPUT X.---Quam diversa acta sint in regno terrenae Jerusalem, ab his quae promiserat Deus, ut intelligeretur promissionis veritas ad alterius Regis et regni gloriam pertinere. Post haec tantae promissionis validissima firmamenta, ne putarentur in Salomone completa, tanquam id speraretur, nec inveniretur: Tu vero, inquit, repulisti, et ad nihilum deduxisti, Domine. Hoc quippe factum est de regno Salomonis in posteris ejus, usque ad eversionem ipsius terrenae Jerusalem, quae regni ejusdem sedes fuit; et maxime ipsius templi labem, quod fuerat a Salomone constructum .

Para siempre le guardaré mi misericordia, y mi testamento fiel a él. Y pondré por los siglos de los siglos su descendencia (semen), y su trono como los días del cielo» (Sal. 88, 4.5.20-30). Todas las cuales cosas se entienden del Señor Jesús, cuando se entienden rectamente, bajo el nombre de David, por la forma de siervo que el mismo Mediador tomó de la descendencia (semen) de David de la Virgen.

Continuamente también se dice de los pecados de sus hijos algo tal como lo que ha sido puesto en el libro de los Reyes, y se acepta como más propenso a Salomón. Pues allí, esto es, en el libro de los Reyes: «Y si viniere —dice— su iniquidad, lo reprenderé con vara de hombres y con azotes (tactibus) de hijos de hombres; pero no apartaré de él mi misericordia» (2 Sam. 7, 14 y 15): significando con «azotes» (tactibus) las plagas de la corrección. De donde es aquello: «No toquéis a mis ungidos (christos meos)» (Sal. 104, 15). Lo cual, ¿qué otra cosa es sino: No los dañéis? En el Salmo ciertamente, como tratara como de David, para decir algo de ese género también allí: «Si sus hijos —dice— abandonaren mi ley, y en mis juicios no caminaren; si profanaren mis justificaciones, y mis mandatos no guardaren; visitaré con vara sus iniquidades, y con flagelos sus delitos; pero no dispersaré de él mi misericordia» (Sal. 88, 31-34). No dijo: «De ellos», cuando hablaba de sus hijos, no de él mismo; sino que dijo: «de él»; lo cual, bien entendido, vale lo mismo. Pues no podrían encontrarse en el mismo Cristo, que es la cabeza de la Iglesia, ningunos pecados que fuera necesario que fueran coartados divinamente con correcciones humanas reservada la misericordia; sino en su cuerpo y en sus miembros, que es su pueblo. Por eso en el libro de los Reyes se dice «su iniquidad»; pero en el Salmo, «de sus hijos»; para que entendamos que se dice de él de algún modo lo que se dice de su cuerpo. Por lo cual también él mismo desde el cielo, cuando Saulo perseguía a su cuerpo, que son sus fieles, dijo: «Saulo, Saulo, ¿por qué me persigues?» (Hech. 9, 4). Después, en lo que sigue del Salmo: «Ni dañaré —dice— en mi verdad, ni profanaré mi testamento, y lo que procede de mis labios no lo reprobaré. Una vez juré en mi santo, si a David miento»; esto es, de ningún modo mentiré a David, pues suele así hablar la Escritura. Pero qué es lo que no miente, lo añade y dice: «Su descendencia (semen) permanecerá para siempre; y su sede como el sol en mi presencia, y como la luna perfecta para siempre, y testigo fiel en el cielo» (Sal. 88, 34-38).

CAPÍTULO X.---De cuán diversas cosas sucedieron en el reino de la Jerusalén terrena de aquellas que Dios había prometido, para que se entendiera que la verdad de la promesa pertenecía a la gloria de otro Rey y de otro reino. Después de estos firmísimos apoyos de tan grande promesa, para que no se pensaran cumplidos en Salomón, como si se esperara aquello y no se encontrara: «Tú verdaderamente —dice — rechazaste y redujiste a la nada, Señor». Esto ciertamente sucedió con el reino de Salomón en sus pósteros, hasta la subversión de la misma Jerusalén terrena (terrenae Jerusalem), que fue la sede del mismo reino; y máxime la ruina del mismo templo, que había sido construido por Salomón.

Sed ne ob hoc putaretur Deus contra sua promissa fecisse, continuo subjecit, Distulisti Christum tuum (Psal. LXXXVIII, 39). Non est ergo ille Salomon, sed nec ipse David, si dilatus est Christus Domini. Cum enim christi ejus dicerentur omnes reges mystico illo chrismate consecrati, non solum a rege David et deinceps, sed ab illo etiam Saüle, qui populo eidem rex primus est unctus (I Reg. XXIV, 7); ipse quippe David eum christum Domini appellat: erat tamen unus verus Christus, cujus illi figuram prophetica unctione gestabant; qui secundum opinionem hominum, qui eum putabant in David vel in Salomone intelligendum, differebatur in longum; secundum autem dispositionem Dei venturus suo tempore parabatur. Interea dum ille differtur, quid factum sit de regno terrenae Jerusalem, ubi sperabatur utique regnaturus, secutus iste psalmus adjunxit, atque ait: Evertisti testamentum servi tui, profanasti in terra sanctitatem ejus. Destruxisti omnes macerias ejus, posuisti munitiones ejus in formidinem. Diripuerunt eum omnes transeuntes viam, factus est opprobrium vicinis suis. Exaltasti dexteram inimicorum ejus, jucundasti omnes inimicos ejus. Avertisti adjutorium gladii ejus, et non es opitulatus ei in bello. Dissolvisti eum ab emundatione, sedem ejus in terram collisisti. Minuisti dies sedis ejus, perfudisti eum confusione (Psal. LXXXVIII, 40-46). Haec omnia venerunt super ancillam Jerusalem, in qua regnaverunt nonnulli etiam filii liberae, regnum illud tenentes in dispensatione temporaria: regnum autem coelestis Jerusalem, cujus erant filii, in vera fide habentes, et in vero Christo sperantes. Quomodo autem ista venerint super illud regnum, index est rerum gestarum, si legatur, historia.

CAPUT XI.---De substantia populi Dei, quae per susceptionem carnis in Christo est: qui solus eruendi ab inferis animam suam habuit potestatem. Post haec autem prophetata ad precandum Deum Propheta convertitur: sed et ipsa precatio prophetatio est. Usquequo, Domine, avertis in finem (Psal. LXXXVIII. 47)? subauditur, faciem tuam: sicu talibi dicitur, Usquequo avertis faciem tuam a me (Psal. XII, 1) Nam ideo quidam codices hic non habent, avertis; sed, averteris: quanquam possit intelligi, Avertis misericordiam tuam, quam promisisti David. Quod autem dixit, in finem; quid est, nisi, Usque in finem? Qui finis intelligendus est ultimum tempus, quando in Christum Jesum etiam illa gens est creditura, ante quem finis illa fieri oportebat, quae superius aerumnosa deflevit. Propter quae et hic sequitur, Exardescet sicut ignis ira tua. Memento quae est mea substantia. Nihil hic melius, quam ipse Jesus intelligitur, substantia populi ejus, ex quo natura est carnis ejus. Non enim vane, inquit, constituisti omnes filios hominum. (Psal. LXXXVIII, 48).

Pero para que no por esto se pensara que Dios había obrado contra sus promesas, continuamente añadió: «Dilataste a tu Cristo (Christum tuum)» (Sal. 88, 39). No es, pues, aquel Salomón, pero tampoco el mismo David, si el Cristo del Señor ha sido dilatado. Pues aunque se llamaran cristos (christi) suyos todos los reyes consagrados con aquel místico crisma, no solo desde el rey David en adelante, sino también desde aquel Saúl, que fue el primer rey ungido para el mismo pueblo (1 Sam. 24, 7); pues el mismo David lo llama ungido del Señor (christum Domini): sin embargo, había un solo verdadero Cristo, cuya figura ellos llevaban por la unción profética; el cual, según la opinión de los hombres que pensaban que debía entenderse en David o en Salomón, se dilataba por mucho tiempo; pero según la disposición de Dios se preparaba para venir a su tiempo. Entretanto, mientras él se dilata, qué sucedió con el reino de la Jerusalén terrena (terrenae Jerusalem), donde ciertamente se esperaba que reinaría, lo añadió este salmo que sigue, y dijo: «Trastornaste el testamento de tu siervo, profanaste en la tierra su santidad. Destruiste todas sus cercas, pusiste sus fortificaciones en espanto. Lo saquearon todos los que pasan por el camino, se ha convertido en oprobio para sus vecinos. Exaltaste la derecha de sus enemigos, alegraste a todos sus enemigos. Apartaste el auxilio de su espada, y no lo ayudaste en la guerra. Lo disolviste de la purificación, su sede estrellaste contra la tierra. Disminuiste los días de su sede, lo inundaste de confusión» (Sal. 88, 40-46). Todas estas cosas vinieron sobre la Jerusalén esclava (ancillam Jerusalem), en la cual reinaron también algunos hijos de la libre, teniendo aquel reino en dispensación temporal; pero teniendo en verdadera fe el reino de la Jerusalén celestial (coelestis Jerusalem), de la cual eran hijos, y esperando en el verdadero Cristo. Pero cómo vinieron estas cosas sobre aquel reino, índice es de los hechos realizados la historia, si se lee.

CAPÍTULO XI.---De la substancia del pueblo de Dios, la cual es por la asunción de la carne en Cristo; el cual solo tuvo potestad de sacar del infierno su alma. Pero después de profetizadas estas cosas, el Profeta se vuelve a suplicar a Dios; pero la misma súplica es profecía. «¿Hasta cuándo, Señor, apartas hasta el fin?» (Sal. 88, 47). Se sobrentiende «tu rostro»: como en otro lugar se dice: «¿Hasta cuándo apartas de mí tu rostro?» (Sal. 12, 1). Pues por eso algunos códices (codices) no tienen aquí «apartas» (avertis); sino «serás apartado» (averteris); aunque puede entenderse: «Apartas tu misericordia, que prometiste a David». Pero lo que dijo «hasta el fin»; ¿qué es sino «hasta el final»? El cual fin ha de entenderse como el último tiempo, cuando también aquella nación ha de creer en Cristo Jesús, antes de cuyo fin convenía que sucedieran aquellas cosas que arriba lloró como penosas. Por lo cual también aquí sigue: «Arderá como fuego tu ira. Acuérdate de cuál es mi substancia (substantia)». Nada mejor se entiende aquí que el mismo Jesús, substancia de su pueblo, del cual es la naturaleza de su carne. «Pues no en vano —dice— constituiste a todos los hijos de los hombres» (Sal. 88, 48).

Nisi enim esset unus Filius hominis substantia Israel, per quem Filium hominis liberarentur multi filii hominum, vane utique constituti essent omnes filii hominum. Nunc vero omnis quidem humana natura per peccatum primi hominis in vanitatem de veritate collapsa est, propter quod dicit alius psalmus, Homo vanitati similis factus est, dies ejus velut umbra praetereunt (Psal. CXLIII, 4): sed non vane Deus constituit omnes filios hominum; quia et multos a vanitate liberat per mediatorem Jesum, et quos liberandos non esse praescivit, ad utilitatem liberandorum et comparationem duarum inter se a contrario civitatum, non utique vane in totius rationalis creaturae pulcherrima atque justissima ordinatione constituit. Deinde sequitur, Quis est homo qui vivet, et non videbit mortem; eruet animam suam de manu inferi (Psal. LXXXVIII, 49)? Quis est iste, nisi substantia illa Israel ex semine David, Christus Jesus? De quo dicit Apostolus, quod surgens a mortuis, jam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur (Rom. VI, 9). Sic enim vivet et non videbit mortem, ut tamen mortuus fuerit; sed animam suam eruerit de manu inferi, quo propter quorumdam solvenda inferni vincla descenderat : eruerit autem potestate illa, de qua in Evangelio dicit, Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam (Joan. X, 18).

CAPUT XII.---Ad quorum personam pertinere intelligenda sit flagitatio promissorum, de quibus in Psalmo dicitur, Ubi sunt misericordiae tuae, Domine, antiquae, etc. Sed caetera psalmi hujus, quae ita se habent, Ubi sunt miserationes tuae antiquae, Domine, quas jurasti David in veritate tua? Memento, Domine, opprobrii servorum tuorum, quod continui in sinu meo multarum gentium: quod exprobraverunt inimici tui, Domine; quod exprobraverunt, commutationem Christi tui: utrum ex persona dicta sint illorum Israelitarum, qui desiderabant reddi sibi promissionem, quae facta est ad David; an potius Christianorum, qui non secundum carnem, sed secundum spiritum sunt Israelitae, merito, quaeri potest. Dicta sunt quippe ista vel scripta tempore quo fuit Aethan, de cujus nomine titulum iste psalmus accepit; et idem tempus regni David fuit: ac per hoc non diceretur, Ubi sunt miserationes tuae antiquae, Domine, quas jurasti David in veritate tua? nisi eorum personam in se Propheta transfiguraret, qui longe postea futuri erant, quibus hoc tempus esset antiquum, quando regi David ista promissa sunt. Potest autem intelligi multas gentes, quando persequebantur Christianos, exprobrasse illis passionem Christi, quam Scriptura commutationem vocat; quoniam moriendo immortalis est factus.

Pues si no hubiera un solo Hijo del hombre (Filius hominis) como substancia de Israel, por el cual Hijo del hombre fueran liberados muchos hijos de los hombres, ciertamente en vano habrían sido constituidos todos los hijos de los hombres. Ahora, en verdad, toda la naturaleza humana por el pecado del primer hombre ha caído de la verdad a la vanidad (vanitatem), por lo cual dice otro salmo: «El hombre se ha hecho semejante a la vanidad, sus días pasan como una sombra» (Sal. 143, 4); pero no en vano Dios constituyó a todos los hijos de los hombres, porque tanto libera a muchos de la vanidad por el mediador (mediatorem) Jesús, como a los que preconoció que no habían de ser liberados, no por cierto en vano los constituyó en la hermosísima y justísima ordenación de toda la criatura racional, para utilidad de los que han de ser liberados y para comparación de las dos ciudades entre sí por lo contrario. Después sigue: «¿Quién es el hombre que vivirá y no verá la muerte; sacará su alma de la mano del infierno (inferi)?» (Sal. 88, 49). ¿Quién es este sino aquella substancia de Israel de la descendencia (semen) de David, Cristo Jesús? Del cual dice el Apóstol que «resucitando de entre los muertos, ya no muere, y la muerte no lo dominará más» (Rom. 6, 9). Pues así vivirá y no verá la muerte, aunque sin embargo hubiera estado muerto; pero habrá sacado su alma de la mano del infierno, a donde por causa de desatar los vínculos del infierno de algunos había descendido; pero la habrá sacado con aquella potestad de la cual dice en el Evangelio: «Potestad tengo de poner mi alma, y potestad tengo de tomarla de nuevo» (Juan 10, 18).

CAPÍTULO XII.---A qué persona ha de entenderse que pertenece la reclamación de las promesas, de las cuales se dice en el Salmo: «¿Dónde están tus misericordias antiguas, Señor?», etc. Pero lo restante de este salmo, que dice así: «¿Dónde están tus misericordias antiguas, Señor, que juraste a David en tu verdad? Acuérdate, Señor, del oprobio de tus siervos, que contuve en mi seno de muchas gentes: con el que vituperaron tus enemigos, Señor; con el que vituperaron la conmutación (commutationem) de tu Cristo»: si han sido dichas de la persona de aquellos israelitas que deseaban que se les restituyera la promesa hecha a David; o más bien de los cristianos, que son israelitas no según la carne, sino según el espíritu, con razón puede preguntarse. Pues estas cosas fueron dichas o escritas en el tiempo en que vivió Etán, de cuyo nombre recibió el título este salmo; y el mismo fue el tiempo del reino de David: y por esto no se diría: «¿Dónde están tus misericordias antiguas, Señor, que juraste a David en tu verdad?», si el Profeta no transfigurara en sí la persona de aquellos que habrían de ser mucho después, para quienes este tiempo fuera antiguo, cuando al rey David se le prometieron estas cosas. Puede también entenderse que muchas gentes, cuando perseguían a los cristianos, les vituperaban la pasión de Cristo, a la cual la Escritura llama «conmutación»; puesto que muriendo se hizo inmortal.

Potest et commutatio Christi secundum hoc accipi exprobrata Israelitis, quia cum eorum speraretur futurus, factus est gentium: et hoc eis nunc exprobrant multae gentes, quae crediderunt in eum per novum Testamentum, illis in vetustate remanentibus: ut ideo dicatur, Memento, Domine, opprobrii servorum tuorum; quia non eos oblivisciente, sed potius miserante Domino, et ipsi post hoc opprobrium crediturí sunt. Sed ille quem prius posui, convenientior sensus mihi videtur. Inimicis enim Christi, quibus exprobratur, quod eos ad gentes transiens reliquerit Christus, incongrue vox ista coaptatur, Memento, Domine, opprobrii servorum tuorum; non enim servi Dei nuncupandi sunt tales Judaei: sed eis verba ista competunt, qui cum graves humilitates persecutionum pro Christi nomine paterentur, recordari potuerunt excelsum regnum semini David fuisse promissum; et ejus desiderio dicere, non desperando, sed petendo, quaerendo, pulsando, Ubi sunt miserationes tuae antiquae, Domine, quas jurasti David in veritate tua? Memento, Domine, opprobrii servorum tuorum, quod continui in sinu meo multarum gentium; hoc est, In interioribus meis patienter pertuli. Quod exprobraverunt inimici tui, Domine; quod exprobraverunt, commutationem Christi tui: non eam putantes commutationem, sed consumptionem .

Quid est autem, Memento, Domine, nisi, ut miserearis, et pro tolerata patienter humilitate mea, reddas celsitudinem, quam jurasti David in veritate tua? Si autem Judaeis assignemus haec verba, illi servi Dei talia dicere potuerunt, qui expugnata terrena Jerusalem, antequam Jesus Christus humanitus nasceretur, in captivitatem ducti sunt, intelligentes commutationem Christi, quia scilicet non per eum terrena carnalisque felicitas, qualis paucis annis regis Salomonis apparuit, sed coelestis ac spiritualis esset fideliter exspectanda: quam tunc ignorans infidelitas gentium, cum Dei populum exsultabat atque insultabat esse captivum, quid aliud quam Christi commutationem, sed scientibus nesciens, exprobrabat? Et ideo quod sequitur, ubi psalmus iste concluditur, Benedictio Domini in aeternum: fiat, fiat (Psal. LXXXVIII, 50-53); universo populo Dei ad coelestem Jerusalem pertinenti, sive in illis qui latebant in Testamento vetere, antequam revelaretur novum, sive in his qui jam Testamento novo revelato manifeste pertinere cernuntur ad Christum, satis congruit. Benedictio quippe Domini in semine David, non ad aliquod tempus, qualis diebus Salomonis apparuit, sed in aeternum speranda est, in qua certissima spe dicitur, Fiat, fiat. Illius enim spei est confirmatio verbi hujus iteratio.

Puede también la conmutación de Cristo aceptarse según esto como vituperada a los israelitas, porque cuando se esperaba que habría de ser de ellos, se hizo de las gentes; y esto les vituperan ahora muchas gentes que han creído en él por el nuevo Testamento, permaneciendo ellos en la antigüedad: para que por eso se diga: «Acuérdate, Señor, del oprobio de tus siervos»; porque, no olvidándolos sino más bien compadeciéndolos el Señor, también ellos después de este oprobio han de creer. Pero aquel sentido que primero puse me parece más conveniente. Pues a los enemigos de Cristo, a quienes se vitupera que Cristo los dejó pasando a las gentes, incongruentemente se les adapta esta voz: «Acuérdate, Señor, del oprobio de tus siervos»; pues no han de ser llamados siervos de Dios tales judíos; sino que estas palabras competen a aquellos que, cuando padecían graves humillaciones de las persecuciones por el nombre de Cristo, pudieron recordar que un excelso reino había sido prometido a la descendencia (semen) de David; y con deseo de él decir, no desesperando, sino pidiendo, buscando, llamando: «¿Dónde están tus misericordias antiguas, Señor, que juraste a David en tu verdad? Acuérdate, Señor, del oprobio de tus siervos, que contuve en mi seno de muchas gentes»; esto es, en mi interior pacientemente soporté. Con el que vituperaron tus enemigos, Señor; con el que vituperaron la conmutación de tu Cristo»: no pensando que fuera conmutación, sino consumición.

Pero ¿qué es «Acuérdate, Señor», sino que tengas misericordia, y por mi humillación pacientemente tolerada, devuelvas la alteza que juraste a David en tu verdad? Pero si asignamos estas palabras a los judíos, tales cosas pudieron decir aquellos siervos de Dios que, expugnada la Jerusalén terrena, antes de que Jesucristo naciera según la humanidad, fueron llevados a la cautividad, entendiendo la conmutación (commutationem) de Cristo, porque a saber no por él se había de esperar fielmente una felicidad terrena y carnal, cual apareció en pocos años del rey Salomón, sino la celestial y espiritual; la cual ignorando entonces la infidelidad de las gentes, cuando se regocijaba e insultaba porque el pueblo de Dios estaba cautivo, ¿qué otra cosa sino la conmutación de Cristo vituperaba, aunque sin saberlo para los que sabían? Y por eso lo que sigue, donde este salmo se concluye: «Bendición del Señor para siempre: así sea, así sea (fiat, fiat)» (Sal. 88, 53); es bastante congruente para todo el pueblo de Dios que pertenece a la Jerusalén celestial, sea en aquellos que estaban ocultos en el antiguo Testamento antes de que se revelara el nuevo, sea en estos que, revelado ya el nuevo Testamento, se ve que pertenecen manifiestamente a Cristo. Pues la bendición del Señor en la descendencia (semen) de David no se ha de esperar por algún tiempo, cual apareció en los días de Salomón, sino para siempre, en la cual se dice con certísima esperanza: «Así sea, así sea (fiat, fiat)». Pues la repetición de esta palabra es la confirmación de aquella esperanza.

Hoc ergo intelligens David ait in secundo Regnorum libro, unde ad istum psalmum digressi sumus: Et locutus es pro domo servi tui in longinquum. Ideo autem post paululum ait: Nunc incipe, et benedic domum servi tui usque in aeternum (II Reg. VII, 19, 29), et caetera; quia tunc geniturus erat filium, ex quo progenies ejus duceretur ad Christum, per quem futura erat domus ejus aeterna, eademque domus Dei. Domus enim David, propter genus David; domus autem Dei eadem ipsa, propter templum Dei, de hominibus factum, non de lapidibus, ubi habitet in aeternum populus cum Deo et in Deo suo, et Deus cum populo atque in populo suo: ita ut Deus sit implens populum suum, et populus plenus Deo suo, cum Deus erit omnia in omnibus (I Cor. XV, 28), ipse in pace praemium, qui virtus in bello. Ideo cum in verbis Nathan dictum sit, Et nuntiabit tibi Dominus quoniam domum aedificabis ipsi: postea dictum est in verbis David, Quoniam tu Dominus omnipotens Deus Israel, revelasti aurem servi tui, dicens, Domum aedificabo tibi (II Reg. VII, 11, 27). Hanc enim domum et nos aedificamus bene vivendo, et Deus ut bene vivamus opitulando: quia nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum luborabunt aedificantes eam (Psal. CXXVI, 1). Cujus domus cum venerit ultima dedicatio, tunc fiet illud, quod hic per Nathan locutus est Deus, dicens: Et ponam locum populo meo Israel, et plantabo illum, et inhabitabit seorsum, et non sollicitus erit ultra: et non apponet filius iniquitatis humiliare eum, sicut ab initio a diebus quibus constitui judices super populum meum Israel (II Reg. VII, 10 et 11).

Caput XIII.

An promissae pacis veritas illis temporibus possit adscribi, quae sub Salomone fluxerunt.

Hoc tam magnum bonum quisquis in hoc saeculo et in hac terra sperat, insipienter sapit. An quispiam putabit in pace regni Salomonis id esse completum? Pacem quippe illam Scriptura in umbra futuri excellenti praedicatione commendat. Sed huic suspicioni vigilanter occursum est, cum, posteaquam dictum est, Et non apponet filius iniquitatis humiliare eum; continuo subjunctum est, Sicut ab initio a diebus quibus constitui judices super populum meum Israel. Judices namque, priusquam Reges ibi esse coepissent, super illum populum fuerant constituti, ex quo terram promissionis accepit. Et utique humiliabat eum filius iniquitatis, hoc est hostis alienigena, per intervalla temporum, quibus leguntur paces alternasse cum bellis: et inveniuntur illic pacis tempora prolixiora quam Salomon habuit, qui quadraginta regnavit annos. Nam sub eo Judice qui appellatus est Aod, octoginta anni pacis fuerunt (Judicum III, 30). Absit ergo, ut Salomonis tempora in hac promissione praedicta esse credantur: multo minus utique cujuslibet regis alterius.

David, pues, entendiendo esto dijo en el segundo libro de los Reyes, de donde nos desviamos a este salmo: «Y hablaste por la casa de tu siervo para lo lejano». Por eso después de un poco dijo: «Ahora comienza, y bendice la casa de tu siervo hasta la eternidad» (2 Sam. 7, 19. 29), y lo demás; porque entonces había de engendrar un hijo, del cual su progenie fuera llevada hasta Cristo, por quien había de ser su casa eterna, y la misma casa de Dios. Pues es casa de David por el linaje de David; pero casa de Dios la misma misma por el templo de Dios, hecho de hombres, no de piedras, donde habite para siempre el pueblo con Dios y en su Dios, y Dios con el pueblo y en su pueblo; de modo que Dios sea el que llena a su pueblo, y el pueblo esté lleno de su Dios, cuando Dios sea todo en todas las cosas (1 Cor. 15, 28), él mismo el premio en la paz, quien fue la virtud en la guerra. Por eso, cuando en las palabras de Natán se dijo: «Y el Señor te anunciará que tú mismo le edificarás una casa»; después se dijo en las palabras de David: «Porque tú, Señor omnipotente, Dios de Israel, revelaste al oído de tu siervo diciendo: Una casa te edificaré» (2 Sam. 7, 11. 27). Pues esta casa también nosotros la edificamos viviendo bien, y Dios ayudándonos para que vivamos bien; porque «si el Señor no edificare la casa, en vano trabajarán los que la edifican» (Sal. 126, 1). De cuya casa cuando viniere la última dedicación, entonces se hará aquello que aquí habló Dios por Natán diciendo: «Y pondré un lugar para mi pueblo Israel, y lo plantaré, y habitará aparte, y no estará más solícito; y el hijo de la iniquidad no volverá a humillarlo, como desde el principio desde los días en que constituí jueces sobre mi pueblo Israel» (2 Sam. 7, 10 y 11).

Capítulo XIII.

Si la verdad de la paz prometida puede adscribirse a aquellos tiempos que pasaron bajo Salomón.

Quienquiera que espera este bien tan grande en este siglo y en esta tierra, sabe neciamente. ¿O pensará alguien que esto se cumplió en la paz del reino de Salomón? Ciertamente la Escritura recomienda aquella paz con excelente predicación como sombra de lo futuro. Pero a esta sospecha se le salió al paso vigilantemente, cuando, después de que se dijo: «Y el hijo de la iniquidad no volverá a humillarlo», continuamente se añadió: «Como desde el principio desde los días en que constituí jueces sobre mi pueblo Israel». Pues los jueces, antes de que empezara a haber allí reyes, habían sido constituidos sobre aquel pueblo, desde que recibió la tierra de la promesa. Y ciertamente lo humillaba el hijo de la iniquidad, esto es, el enemigo extranjero, por intervalos de tiempos en los cuales se lee que las paces alternaron con las guerras; y se encuentran allí tiempos de paz más prolongados que los que tuvo Salomón, que reinó cuarenta años. Pues bajo aquel juez que fue llamado Aod, hubo ochenta años de paz (Jueces 3, 30). Lejos de nosotros, pues, que se crea que los tiempos de Salomón fueron predichos en esta promesa; mucho menos ciertamente los de cualquier otro rey.

Non enim quisquam eorum in tanta, quanta ille, pace regnavit: nec unquam omnino gens illa ita regnum tenuit, ut sollicita non fuerit ne hostibus subderetur; quia in tanta mutabilitate rerum humanarum nulli aliquando populo concessa est tanta securitas, ut huic vitae hostiles non formidaret incursus. Locus ergo iste qui promittitur tam pacatae ac securae habitationis, aeternus est, aeternisque debetur in matre Jerusalem libera, ubi erit veraciter populus Israel: hoc enim nomen interpretatur Videns Deum: cujus praemii desiderio pia per fidem vita in hac aerumnosa peregrinatione ducenda est.

Caput XIV.

De studio David in dispositione mysterioque Psalmorum.

Procurrente igitur per tempora civitate Dei, primo in umbra futuri, in terrena scilicet Jerusalem regnavit David. Erat autem David vir in canticis eruditus, qui harmoniam musicam non vulgari voluptate, sed fideli voluntate dilexerit; eaque Deo suo, qui verus est Deus, mystica rei magnae figuratione servierit. Diversorum enim sonorum rationabilis moderatusque concentus concordi varietate compactam bene ordinatae civitatis insinuat unitatem. Denique omnis fere prophetia ejus in Psalmis est, quos centum quinquaginta liber continet, quem Psalmorum vocamus. In quibus nonnulli volunt, eos solos factos esse a David, qui ejus nomine inscripti sunt. Sunt item qui putant non ab eo factos, nisi qui praenotantur, Ipsius David: qui vero habent in titulis, Ipsi David, ab aliis factos, personae ipsius fuisse coaptatos. Quae opinio voce evangelica Salvatoris ipsius refutatur, ubi ait, quod ipse David in Spiritu Christum dixerit esse Dominum suum (Matth. XXII, 43): quoniam Psalmus centesimus nonus sic incipit: Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum (Psal. CIX, 1). Et certe idem psalmus non habet in titulo, Ipsius David; sed, Ipsi David, sicut plurimi. Mihi autem credibilius videntur existimare qui omnes illos centum et quinquaginta Psalmos ejus operi tribuunt, eumque aliquos praenotasse etiam nominibus aliorum, aliquid quod ad rem pertineat figurantibus, caeteros autem nullius hominis nomen in titulis habere voluisse: sicut ei varietatis hujus dispositionem, quamvis latebrosam, non tamen inanem Dominus inspiravit.

Pues ninguno de ellos reinó en tanta paz como él; ni nunca en absoluto aquella nación tuvo así el reino que no estuviera solícita de no ser sometida a los enemigos; porque en tanta mutabilidad de las cosas humanas, a ningún pueblo se le concedió nunca tanta seguridad que no temiera incursiones hostiles en esta vida. El lugar, pues, que se promete de tan pacificada y segura habitación, es eterno, y se debe a los eternos en la madre Jerusalén libre, donde será verdaderamente el pueblo de Israel; pues este nombre se interpreta como «El que ve a Dios» (Videns Deum); por el deseo de cuyo premio ha de llevarse una vida piadosa por la fe en esta penosa peregrinación (peregrinatione).

Capítulo XIV.

Del estudio de David en la disposición y misterio de los Salmos.

Mientras avanzaba, pues, a través de los tiempos la ciudad de Dios, primero en la sombra de lo futuro, a saber, en la Jerusalén terrenal, reinó David. Era, además, David un hombre instruido en los cánticos, que amó la armonía musical no por un placer vulgar, sino con una voluntad fiel; y con ella sirvió a su Dios, que es el Dios verdadero, con una mística figuración de una gran realidad. Pues el concierto racional y moderado de diversos sonidos insinúa, por su concordante variedad, la unidad compacta de una ciudad bien ordenada. En fin, casi toda su profecía está en los Salmos, los cuales contiene un libro de ciento cincuenta, que llamamos el de los Salmos. En ellos, algunos quieren que solo hayan sido compuestos por David los que están inscritos con su nombre. Hay también quienes piensan que no fueron hechos por él sino los que se anotan previamente como 'De David mismo' (Ipsius David); pero los que tienen en sus títulos 'Para el mismo David' (Ipsi David), fueron hechos por otros y adaptados a su persona. Esta opinión es refutada por la voz evangélica del mismo Salvador, cuando dice que el mismo David dijo en el Espíritu que Cristo era su Señor (Mat. 22, 43); puesto que el salmo ciento nueve comienza así: «Dijo el Señor a mi Señor: Siéntate a mi derecha, hasta que ponga a tus enemigos por escabel de tus pies» (Sal. 109, 1). Y ciertamente este mismo salmo no tiene en el título 'De David mismo', sino 'Para el mismo David', como muchísimos otros. A mí, en cambio, me parece más creíble lo que estiman quienes atribuyen todos esos ciento cincuenta Salmos a su obra, y que él anotó algunos incluso con los nombres de otros, figurando algo que pertenece a la realidad, mientras que en los demás no quiso tener el nombre de hombre alguno en los títulos; así le inspiró el Señor la disposición de esta variedad, aunque oculta, no sin embargo vana.

Nec movere debet ad hoc non credendum, quod nonnullorum nomina Prophetarum, qui longe post David regis tempora fuerunt, quibusdam psalmis in eo libro leguntur inscripta; et quae ibi dicuntur, velut ab eis dici videntur. Neque enim non potuit propheticus Spiritus prophetanti regi David haec etiam futurorum Prophetarum nomina revelare, ut aliquid, quod eorum personae conveniret, prophetice cantaretur: sicut rex Josias exorturus et regnaturus post annos amplius quam trecentos, cuidam prophetae, qui etiam facta ejus futura praedixit, cum suo nomine revelatus est (III Reg. XIII).

Caput XV.

An omnia quae in Psalmis de Christo et Ecclesia prophetantur, ad contextum hujus operis coaptanda sint.

Nunc jam exspectari a me video, ut hoc loco libri hujus aperiam quid in Psalmis David de Domino Jesu Christo vel ejus Ecclesia prophetaverit. Ego autem ut hoc non ita faciam, sicut videtur ipsa exspectatio postulare (quamvis jam in uno fecerim), copia quam inopia magis impedior. Omnia enim ponere vitandae prolixitatis causa prohibeor: vereor autem ne, cum aliqua elegero, multis qui ea noverunt, videar magis necessaria praeterisse; deinde, quia testimonium quod profertur, de contextione totius Psalmi debet habere suffragium ut certe nihil sit quod ei refragetur, si non omnia suffragantur), ne more centonum ad rem quam volumus, tanquam versiculos decerpere videamur, velut de grandi carmine, quod non de re illa, sed de alia longeque diversa reperiatur esse conscriptum. Hoc autem ut in quocumque psalmo possit ostendi, exponendus est totus: quod quanti operis sit, et aliorum, et nostra volumina, in quibus hoc fecimus, satis indicant. Legat ergo illa, qui voluerit, et potuerit: inveniet quot et quanta rex David idemque propheta de Christo et ejus Ecclesia prophetaverit, de Rege scilicet et civitate quam condidit.

Caput XVI.

De his quae in quadragesimo quarto Psalmo ad Christum et Ecclesiam pertinentia, aut aperte dicuntur, aut tropice.

Ni debe mover a no creer esto el hecho de que los nombres de algunos Profetas, que fueron mucho tiempo después de los tiempos del rey David, se lean inscritos en algunos salmos de ese libro; y lo que allí se dice parece ser dicho como por ellos. Pues ni fue imposible para el Espíritu profético revelar estos nombres de los futuros Profetas al rey David cuando profetizaba, para que algo que conviniera a sus personas fuera cantado proféticamente; así como el rey Josías, que habría de surgir y reinar después de más de trescientos años, fue revelado con su nombre a cierto profeta, que incluso predijo sus futuros hechos (1 Rey. 13).

Capítulo XV.

Si todas las cosas que en los Salmos se profetizan de Cristo y de la Iglesia han de adaptarse al contexto de esta obra.

Veo que ya se espera de mí que en este lugar de este libro explique qué profetizó David en los Salmos sobre el Señor Jesucristo o su Iglesia. Pero para que no lo haga así como parece pedirlo esa misma expectativa (aunque ya lo he hecho en uno), me lo impide más la abundancia que la penuria. Pues se me prohíbe ponerlo todo por causa de evitar la prolijidad; y temo que, cuando haya elegido algunas cosas, parezca a muchos que las conocen haber pasado por alto las más necesarias; además, porque el testimonio que se aduce debe tener el apoyo del contexto de todo el Salmo (para que ciertamente no haya nada que le sea contrario, si no todo lo apoya), no sea que, a la manera de los centones, parezca que arrancamos versículos para el asunto que queremos, como de un gran poema que se encontrara escrito no sobre ese asunto, sino sobre otro muy distinto. Pero para que esto pueda mostrarse en cualquier salmo, ha que exponerlo todo; lo cual, cuán gran trabajo sea, lo indican suficientemente tanto los volúmenes de otros como los nuestros, en los que hemos hecho esto. Lea, pues, aquello quien quiera y pueda: encontrará cuántas y cuán grandes cosas el rey David, y al mismo tiempo profeta, profetizó sobre Cristo y su Iglesia, es decir, sobre el Rey y la ciudad que fundó.

Capítulo XVI.

De las cosas que en el Salmo cuarenta y cuatro, pertenecientes a Cristo y a la Iglesia, se dicen o abiertamente o de modo trópico.

1. Quamlibet enim de quacumque re propriae sint atque manifestae propheticae locutiones, necesse est ut eis etiam tropicae misceantur: quae maxime propter tardiores ingerunt doctoribus laboriosum disputandi exponendique negotium. Quaedam tamen Christum et Ecclesiam ipsa prima facie, mox ut dicuntur, ostendunt; etsi ex otio restant exponenda, quae in eis minus intelliguntur: quale illud est in eodem Psalmorum libro: Eructavit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribae velociter scribentis. Speciosus forma prae filiis hominum: diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in aeternum. Accingere gladium tuum circa femur, potentissime. Specie tua et pulchritudine, intende, prospere procede, et regna. Propter veritatem et mansuetudinem et justitiam; et deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittae tuae acutae potentissimae. Populi sub te cadent, in corde inimicorum regis. Sedes tua, Deus, in saecula saeculorum, virga directionis virga regni tui. Dilexisti justitiam, et odio habuisti iniquitatem: propterea unxit te, Deus, Deus tuus oleo exsultationis prae participibus tuis. Myrrha et gutta et casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis: ex quibus delectaverunt te filiae regum in honore tuo (Psal. XLIV, 2-10). Quis non hic Christum, quem praedicamus, et in quem credimus, quamlibet sit tardus, agnoscat: cum audiat Deum, cujus sedes est in saecula saeculorum; et unctum a Deo, utique sicut ungit Deus, non visibili, sed spirituali atque intelligibili chrismate? Quis enim tam rudis est in hac religione, vel tam surdus adversus ejus famam longe lateque diffusam, ut Christum a chrismate, hoc est ab unctione, appellatum esse non noverit? Agnito autem rege Christo, jam caetera quae hic tropice dicta sunt, quomodo sit speciosus forma prae filiis hominum, quadam tanto magis amanda atque miranda, quanto minus corporea pulchritudine; quis gladius ejus, quae sagittae, et caetera isto modo non proprie, sed tropice posita, jam subditus ei qui regnat propter veritatem et mansuetudinem et justitiam, inquirat ex otio.

2. Deinde aspiciat ejus Ecclesiam, tanto viro suo spirituali connubio et divino amore conjunctam: de qua dicitur in his quae sequuntur: Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumamicta varietate. Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui. Quoniam concupivit rex speciem tuam, quia ipse est Dominus Deus tuus. Et adorabunt eum filiae Tyri in muneribus: vultum tuum deprecabuntur divites plebis. Omnis gloria ejus filiae regis intrinsecus, in fimbris aureis, circumamicta varietate. Afferentur regi virgines post eam, proximae ejus afferentur tibi. Afferentur in laetitia et exsultatione: adducentur in templum regis. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: constitues eos principes super omnem terram. Memores erunt nominis tui, in omni generatione et generatione. Propterea populi confitebuntur tibi in aeternum, et in saeculum saeculi (Psal. XLIV, 10-18).

1. Pues por más que las locuciones proféticas sean propias y manifiestas sobre cualquier asunto, es necesario que también se mezclen con ellas las trópicas; las cuales, principalmente por causa de los más tardos, imponen a los doctores el laborioso negocio de disputar y exponer. Sin embargo, algunas cosas muestran a Cristo y a la Iglesia a primera vista, tan pronto como se dicen; aunque queden por exponer con más calma aquellas que en ellas se entienden menos: como es aquello en el mismo libro de los Salmos: «Eructó mi corazón palabra buena; digo yo mis obras al rey.» Mi lengua es caña de escriba que escribe velozmente. Hermoso en su forma sobre los hijos de los hombres: se ha difundido la gracia en tus labios, por eso te bendijo Dios eternamente. Cíñete tu espada sobre el muslo, oh poderosísimo. Con tu esplendor y tu hermosura, tiende el arco, avanza prósperamente y reina. A causa de la verdad y la mansedumbre y la justicia; y te conducirá maravillosamente tu diestra. Tus saetas agudas son poderosísimas. Los pueblos caerán debajo de ti, en el corazón de los enemigos del rey. Tu trono, oh Dios, por los siglos de los siglos; vara de dirección la vara de tu reino. Amaste la justicia y odiaste la iniquidad: por eso te ungió Dios, tu Dios, con óleo de alegría sobre tus partícipes. Mirra y estacte y casia desde tus vestiduras, desde las casas de marfil: de las cuales te deleitaron las hijas de los reyes en tu honor (Sal. 44, 2-10). ¿Quién no reconocerá aquí a Cristo, a quien predicamos y en quien creemos, por muy tardo que sea, al oír a Dios, cuyo trono es por los siglos de los siglos; y ungido por Dios, ciertamente como Dios unge, no con un crisma visible, sino espiritual e inteligible? Pues ¿quién es tan rudo en esta religión, o tan sordo ante su fama difundida a lo largo y a lo ancho, que no sepa que Cristo ha sido llamado así por el crisma, esto es, por la unción? Reconocido, pues, el rey Cristo, ya aquel que está sometido al que reina por causa de la verdad y la mansedumbre y la justicia, investigue con calma las demás cosas que aquí se han dicho trópicamente: cómo sea hermoso en su forma sobre los hijos de los hombres, con una hermosura tanto más amable y admirable cuanto menos corpórea; cuál sea su espada, cuáles sus saetas, y las demás cosas puestas de este modo no propiamente, sino trópicamente.

2. Después contemple a su Iglesia, unida a tan gran Esposo en espiritual matrimonio y divino amor; de la cual se dice en lo que sigue: «Estuvo la reina a tu derecha con vestidura de oro, rodeada de variedad.» Oye, hija, y ve, e inclina tu oído, y olvida a tu pueblo y la casa de tu padre. Porque el rey codició tu hermosura, porque Él es el Señor tu Dios. Y lo adorarán las hijas de Tiro con dones: suplicarán ante tu rostro los ricos del pueblo. Toda su gloria de esa hija del rey está en el interior, en franjas de oro, rodeada de variedad. Serán traídas al rey vírgenes tras ella, sus prójimas te serán traídas. Serán traídas con alegría y regocijo: serán conducidas al templo del rey. En lugar de tus padres, te han nacido hijos: los constituirás príncipes sobre toda la tierra. Serán memoriosos de tu nombre en toda generación y generación. Por eso los pueblos te confesarán eternamente, y por los siglos de los siglos (Sal. 44, 10-18).

Non opinor quemquam ita desipere, ut hic aliquam mulierculam praedicari credat atque describi: conjugem videlicet illius, cui dictum est, Sedes tua, Deus, in saecula saeculorum: virga directionis virga regni tui. Dilexisti justitiam, et odio habuisti iniquitatem: propterea unxit te, Deus, Deus tuus oleo exsultationis prae participibus tuis: Christum utique prae Christianis. Hi sunt enim participes ejus, ex quorum in omnibus gentibus unitate atque concordia fit ista regina: sicut in alio psalmo de illa dicitur, Civitas Regis magni (Psal. XLVII, 3). Ipsa est Sion spiritualiter: quod nomen latine interpretatum Speculatio est. Speculatur enim futuri saeculi magnum bonum: quoniam illuc dirigitur ejus intentio. Ipsa est et Jerusalem eodem modo spiritualiter, unde multa jam diximus. Ejus inimica est civitas diaboli Babylon, quae Confusio interpretatur. Ex qua tamen Babylone regina ista in omnibus gentibus regeneratione liberatur, et a pessimo rege ad optimum Regem, id est, a diabolo transit ad Christum. Propter quod ei dicitur, Obliviscere populum tuum et domum patris tui. Cujus civitatis impiae portio sunt et Israelitae sola carne, non fide: inimici etiam ipsi magni hujus Regis, ejusque reginae. Ad ipsos enim veniens, et ab eis Christus occisus, magis aliorum factus est, quos non vidit in carne. Unde per cujusdam psalmi prophetiam dicit Rex ipse noster, Erues me de contradictionibus populi, constitues me in caput gentium. Populus quem non cognovi, servivit mihi; in obauditu auris obaudivit mihi (Psal. XVII, 44 et 45). Populus ergo iste gentium, quem non cognovit Christus praesentia corporali, in quem tamen Christum sibi annuntiatum credidit, ut merito de illo diceretur, In obauditu auris obaudivit mihi; quia fides ex auditu est (Rom. X, 17); iste, inquam, populus additus veris et carne et fide Israelitis civitas est Dei, quae ipsum quoque secundum carnem peperit Christum, quando in solis illis Israelitis fuit. Inde quippe erat virgo Maria, in qua carnem Christus, ut homo esset, assumpsit. De qua civitate psalmus alius ait, Mater Sion, dicet homo, et homo factus est in ea, et ipsa fundavit eam Altissimus (Psal. LXXXVI, 5). Quis est iste Altissimus, nisi Deus? Et per hoc Christus Deus, antequam in illa civitate per Mariam fieret homo, ipse in Patriarchis et Prophetis fundavit eam. Cum igitur huic reginae civitati Dei tanto ante dictum sit per prophetiam, quod jam videmus impletum, Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos principes super omnem terram: ex filiis quippe ejus per omnem terram sunt praepositi et patres ejus, cum confiteantur ei populi concurrentes ad eam cum confessione laudis aeternae in saeculum saeculi : procul dubio quidquid hic tropicis locutionibus subobscure dictum est, quoquo modo intelligatur, debet his rebus manifestissimis convenire.

No pienso que nadie sea tan necio que crea que aquí se alaba y describe a una mujercilla cualquiera: a saber, la cónyuge de aquel a quien se dijo: «Tu trono, oh Dios, por los siglos de los siglos; vara de dirección la vara de tu reino.» Amaste la justicia y odiaste la iniquidad: por eso te ungió Dios, tu Dios, con óleo de alegría sobre tus partícipes; Cristo ciertamente sobre los cristianos. Pues estos son sus partícipes, de cuya unidad y concordia en todas las naciones se forma esta reina: como en otro salmo se dice de ella: «Ciudad del gran Rey» (Sal. 47, 3). Ella es Sión espiritualmente: cuyo nombre interpretado al latín es Especulación (Speculatio). Pues especula el gran bien del siglo futuro: porque hacia allá se dirige su intención. Ella es también Jerusalén del mismo modo espiritualmente, de la cual ya hemos dicho muchas cosas. Su enemiga es la ciudad del diablo, Babilonia, que se interpreta Confusión (Confusio). De cuya Babilonia, sin embargo, esta reina es liberada en todas las naciones por la regeneración, y pasa del peor rey al mejor Rey, esto es, del diablo pasa a Cristo. Por lo cual se le dice: «Olvida a tu pueblo y la casa de tu padre». Parte de esta ciudad impía son también los israelitas solo por la carne, no por la fe: enemigos incluso ellos mismos de este gran Rey y de su reina. Pues viniendo Cristo a ellos, y siendo muerto por ellos, se hizo más Rey de otros a quienes no vio en la carne. De donde por la profecía de un salmo dice nuestro mismo Rey: «Me librarás de las contradicciones del pueblo, me constituirás cabeza de las naciones.» El pueblo que no conocí me sirvió; en el oír del oído me obedeció (Sal. 17, 44-45). Este pueblo, pues, de las naciones, al cual Cristo no conoció por su presencia corporal, en el cual sin embargo creyó en Cristo que le fue anunciado, de modo que merecidamente se dijera de él: «En el oír del oído me obedeció»; porque la fe es por el oído (Rom. 10, 17); este pueblo, digo, añadido a los verdaderos israelitas tanto por la carne como por la fe, es la Ciudad de Dios, la cual también engendró al mismo Cristo según la carne, cuando estuvo solo en aquellos israelitas. Pues de allí era ciertamente la virgen María, en quien Cristo asumió la carne para ser hombre. De cuya ciudad dice otro salmo: «Madre Sión, dirá el hombre, y el hombre fue hecho en ella, y el Altísimo mismo la fundó» (Sal. 86, 5). ¿Quién es este Altísimo sino Dios? Y por esto Cristo, siendo Dios, antes de que se hiciera hombre en aquella ciudad por María, Él mismo la fundó en los Patriarcas y Profetas. Habiéndosele, pues, dicho tanto antes por profecía a esta reina Ciudad de Dios lo que ya vemos cumplido: «En lugar de tus padres te han nacido hijos, los constituirás príncipes sobre toda la tierra» —pues ciertamente de entre sus hijos por toda la tierra han sido puestos sus prepósitos y padres, mientras los pueblos que concurren a ella le confiesan con la confesión de alabanza eterna por los siglos de los siglos— sin duda alguna cuanto aquí se ha dicho algo oscuramente con locuciones trópicas, de cualquier modo que se entienda, debe convenir con estas cosas manifestísimas.

Caput XVII.

De his quae ad sacerdotium Christi in Psalmo centesimo nono, et de his quae in Psalmo vigesimo primo ad passionem ipsius spectant.

Sicut etiam in illo psalmo, ubi sacerdos Christus, quemadmodum hic rex, apertissime praedicatur - Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Sedere Christus ad dexteram Dei Patris creditur, non videtur: ejus etiam inimicos poni sub pedibus ejus nondum apparet; id agitur, apparebit in fine; etiam hoc nunc creditur, post videbitur. Verum quod sequitur, Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion, et dominare in medio inimicorum tuorum, ita clarum est, ut non solum infideliter et infeliciter, sed etiam impudenter negetur. Et ipsi quippe fatentur inimici, ex Sion missam fuisse legem Christi, quod Evangelium nos vocamus, et eam virgam virtutis ejus agnoscimus. Dominari vero eum in medio inimicorum suorum, iidem ipsi inter quos dominatur, dentibus frendendo et tabescendo, et nihil adversus eum valendo, testantur. Deinde quod paulo post dicit, Juravit Dominus, et non poenitebit eum: quibus verbis immutabile futurum esse significat, quod adjungit, Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech (Psal. CIX, 1, 2, 4), ex eo quod jam nusquam est sacerdotium et sacrificium secundum ordinem Aaron, et ubique offertur sub sacerdote Christo, quod protulit Melchisedech, quando benedixit Abraham (Gen. XIV, 18 sqq.), quis ambigere permittitur, de quo ista dicantur? Ad haec itaque manifesta referuntur, quae paulo obscurius in eodem psalmo posita sunt, quando recte intelliguntur: quod in nostris jam popularibus Sermonibus fecimus. Sic et in illo ubi humilitatem passionis suae per prophetiam Christus eloquitur, dicens, Foderunt manus meas et pedes, dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi vero consideraverunt et conspexerunt me. Quibus utique verbis in cruce corpus significavit extentum, manibus pedibusque confixis et clavorum transverberatione confossis, eoque modo se spectaculum considerantibus et conspicientibus praebuisse. Addens etiam, Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem (Psal. XXI, 17-19). Quae prophetia quemadmodum impleta sit, evangelica narratur historia (Matth. XXVII, 35). Tunc profecto et alia recte intelliguntur, quae ibi minus aperte dicta sunt, cum congruunt his quae tanta manifestatione claruerunt: praesertim quia et illa quae non transacta credimus, sed praesentia contuemur, sicut in eodem psalmo leguntur tanto ante praedicta, ita nunc exhibita jam toto orbe cernuntur. Ibi enim paulo post dicitur: Commemorabuntur, et convertentur ad Dominum universi fines terrae, et adorabunt in conspectu ejus universae patriae gentium; quoniam Domini est regnum, et ipse dominabitur gentium (Psal. XXI, 28, 29).

Capítulo XVII.

De las cosas que en el Salmo ciento nueve miran al sacerdocio de Cristo, y de las que en el Salmo veintiuno miran a su pasión.

Como también en aquel salmo donde Cristo Sacerdote, al igual que aquí el Rey, es predicado abiertamente: «Dijo el Señor a mi Señor: Siéntate a mi derecha, hasta que ponga a tus enemigos por escabel de tus pies». Que Cristo está sentado a la diestra de Dios Padre se cree, no se ve; que también sus enemigos sean puestos bajo sus pies, aún no aparece; eso se está haciendo, aparecerá al final; esto también se cree ahora, después se verá. Pero lo que sigue: «El Señor enviará la vara de tu poder desde Sión: domina en medio de tus enemigos», es tan claro que se niega no solo infiel e infelizmente, sino incluso impudentemente. Pues hasta los mismos enemigos confiesan que desde Sión fue enviada la ley de Cristo, que nosotros llamamos Evangelio, y reconocemos como la vara de su poder. Y que Él domina en medio de sus enemigos, lo testifican esos mismos entre quienes domina, rechinando los dientes y consumiéndose, y no valiendo nada contra Él. Luego, lo que dice un poco después: «Juró el Señor y no se arrepentirá»; con cuyas palabras significa que será inmutable lo que añade: «Tú eres sacerdote para siempre según el orden de Melquisedec» (Sal. 109, 1, 2, 4) —por el hecho de que ya en ninguna parte existe el sacerdocio y el sacrificio según el orden de Aarón, y en todas partes se ofrece bajo Cristo Sacerdote lo que ofreció Melquisedec cuando bendijo a Abraham (Gén. 14, 18 ss.)— ¿a quién se le permite dudar de quién se dicen estas cosas? A estas cosas manifiestas, pues, se refieren las que se han puesto algo más oscuramente en el mismo salmo, cuando se entienden rectamente; lo cual hemos hecho en nuestros Sermones populares. Así también en aquel donde Cristo expresa por profecía la humildad de su pasión, diciendo: «Horadaron mis manos y mis pies; contaron todos mis huesos.» Ellos mismos me consideraron y me contemplaron. Con cuyas palabras ciertamente significó su cuerpo extendido en la cruz, con las manos y los pies fijados y traspasados por la transverberación de los clavos, y de ese modo se ofreció como espectáculo a los que lo consideraban y contemplaban. Añadiendo también: «Dividieron para sí mis vestiduras, y sobre mi vestidura echaron suertes» (Sal. 21, 17-19). Cuya profecía, cómo se cumplió, lo narra la historia evangélica (Mat. 27, 35). Entonces ciertamente también se entienden rectamente otras cosas que allí se dijeron menos abiertamente, cuando concuerdan con estas que han brillado con tanta manifestación; sobre todo porque también aquellas cosas que no creemos como pasadas, sino que contemplamos como presentes, tal como se leen predichas tanto antes en el mismo salmo, así ahora exhibidas se ven ya en todo el mundo. Pues allí se dice un poco después: «Se acordarán y se convertirán al Señor todos los confines de la tierra, y adorarán en su presencia todas las patrias de las naciones; porque del Señor es el reino, y Él dominará a las naciones» (Sal. 21, 28-29).

Caput XVIII.

De Psalmo tertio, et de quadragesimo, et de quinto decimo, et de sexagesimo septimo, in quibus mors et resurrectio Domini prophetantur.

1. De resurrectione quoque ejus nequaquam Psalmorum oracula tacuerunt. Nam quid est aliud quod in Psalmo tertio ex persona ejus canitur, Ego dormivi, et somnum cepi; exsurrexi quoniam Dominus suscipiet me (Psal. III, 6)? An forte quisquam ita desipit, ut credat velut aliquid magnum nobis indicare voluisse Prophetam, quod dormierit, et exsurrexerit, nisi somnus iste mors esset, et evigilatio resurrectio, quam de Christo sic oportuit prophetari? Nam et in quadragesimo multo manifestius id ostenditur, ubi ex persona ejusdem Mediatoris, more solito, tanquam praeterita narrantur, quae futura prophetabantur; quoniam quae ventura erant jam in praedestinatione et praescientia Dei velut facta erant, quia certa erant. Inimici, inquit, mei dixerunt mala mihi: Quando morietur, et peribit nomen ejus? Et si ingrediebatur ut videret, vana locutum est cor ejus, congregavit iniquitatem sibi. Egrediebatur foras, et loquebatur simul in unum. Adversus me susurrabant omnes inimici mei, adversus me cogitabant mala mihi. Verum iniquum disposuerunt adversus me: Numquid qui dormit, non adjiciet ut resurgat? Hic certe ita posita sunt verba haec, ut nihil aliud dixisse intelligatur, quam si diceret, Numquid qui moritur, non adjiciet ut reviviscat? Superiora quippe demonstrant mortem ipsius cogitasse et disposuisse inimicos ejus, et hoc actum esse per eum qui ingrediebatur ut videret, et egrediebatur ut proderet. Cui autem hic non occurrat ex discipulo ejus factus traditor Judas? Quia ergo facturi erant quod moliebantur, id est, occisuri erant eum, ostendens illos vana malitia frustra occisuros resurrecturum, sic adjecit hunc versum, velut si diceret, Quid agitis vani? quod vestrum scelus erit, meus somnus erit. Numquid qui dormit, non adjiciet ut resurgat? Et tamen eos tam magnum nefas non impune facturos, consequentibus indicat versibus, dicens: Etenim homo pacis meae in quem speravi, qui edebat panes meos, ampliavit super me calcaneum; hoc est, conculcavit me. Tu autem, inquit, Domine, miserere mei, et resuscita me, et reddam illis (Psal. XL, 6-11). Quis hoc jam neget, qui Judaeos post passionem resurrectionemque Christi de sedibus suis bellica strage et excidio funditus eradicatos videt? Occisus enim ab eis resurrexit, et reddidit eis interim temporariam disciplinam, excepto quod non correctis servat, quando vivos et mortuos judicabit. Nam Dominus ipse Jesus istum ipsum traditorem suum per panem porrectum ostendens Apostolis (Joan. XIII, 26), hunc etiam versum psalmi hujus commemoravit, et in se dixit impletum: Qui edebat panes meos, ampliavit super me calcaneum. Quod autem ait, In quem speravi, non congruit capiti, sed corpori.

Capítulo XVIII.

Del Salmo tercero, y del cuadragésimo, y del decimoquinto, y del sexagésimo séptimo, en los cuales se profetizan la muerte y la resurrección del Señor.

1. Tampoco sobre su resurrección callaron en modo alguno los oráculos de los Salmos. Pues, ¿qué otra cosa es lo que se canta en el Salmo tercero en su persona: «Yo dormí y tomé el sueño; resucité porque el Señor me sostendrá» (Sal. 3, 6)? ¿O acaso alguien es tan necio que crea que el Profeta quiso indicarnos como algo grande que durmió y resucitó, a no ser que ese sueño fuera la muerte, y el despertar la resurrección, que así convenía que fuera profetizada sobre Cristo? Porque también en el cuadragésimo se muestra esto mucho más manifiestamente, donde en la persona del mismo Mediador, según la costumbre, se narran como pasadas las cosas que se profetizaban como futuras; porque las que habrían de venir, ya en la predestinación y presciencia de Dios estaban como hechas, porque eran ciertas. «Mis enemigos», dice, «dijeron males de mí: ¿Cuándo morirá y perecerá su nombre? Y si entraba para ver, su corazón hablaba cosas vanas, congregó iniquidad para sí. Salía fuera y hablaba al mismo tiempo. Contra mí susurraban todos mis enemigos, contra mí pensaban males para mí. Dispusieron una palabra inicua contra mí: ¿Acaso el que duerme, no volverá a levantarse?». Aquí ciertamente estas palabras están puestas de tal modo que se entiende que no dijo otra cosa que si dijera: «¿Acaso el que muere, no volverá a revivir?». Pues las palabras precedentes demuestran que sus enemigos pensaron y dispusieron su muerte, y que esto se hizo por medio de aquel que entraba para ver y salía para entregar. ¿Y a quién no se le vendrá a la mente aquí Judas, convertido en traidor de ser su discípulo? Puesto que, por tanto, iban a hacer lo que maquinaban, esto es, iban a matarlo, mostrando que ellos con vana malicia lo matarían en vano pues habría de resucitar, así añadió este verso, como si dijera: «¿Qué hacéis, vanos? lo que será vuestro crimen, será mi sueño. ¿Acaso el que duerme, no volverá a levantarse?». Y, sin embargo, que ellos no harían tan gran maldad impunemente, lo indica en los versos siguientes, diciendo: «E incluso el hombre de mi paz en quien esperé, que comía mis panes, ensanchó sobre mí el calcañar»; esto es, me pisoteó. «Tú, en cambio», dice, «Señor, ten misericordia de mí, y resucítame, y les daré el pago» (Sal. 40, 6-11). ¿Quién negará ya esto, viendo a los judíos después de la pasión y resurrección de Cristo erradicados totalmente de sus sedes por la matanza bélica y el exterminio? Pues el que fue muerto por ellos resucitó, y les dio entretanto una disciplina temporal, excepto lo que reserva para los no corregidos, cuando juzgará a vivos y muertos. Pues el mismo Señor Jesús, señalando a este mismo traidor suyo por el pan alargado a los Apóstoles (Jn. 13, 26), también recordó este verso de este salmo, y dijo que se había cumplido en él: «El que comía mis panes, ensanchó sobre mí el calcañar». Pero lo que dice, «En quien esperé», no conviene a la cabeza, sino al cuerpo.

Neque enim nesciebat eum ipse Salvator, de quo ante jam dixerat, Unus ex vobis diabolus est (Id. VI, 71). Sed solet in se membrorum suorum transferre personam, et sibi tribuere quod esset illorum, quia caput et corpus unus est Christus: unde illud est in Evangelio, Esurivi, et dedistis mihi manducare. Quod exponens ait: Quando uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis (Matth. XXV, 35, 40). Se itaque dixit sperasse, quod tunc speraverant de Juda discipuli ejus, quando est connumeratus Apostolis.

2. Judaei autem Christum, quem sperant, moriturum esse non sperant. Ideo quem Lex et Prophetae annuntiaverunt, nostrum esse non putant; sed nescio quem suum, quem sibi alienum a mortis passione confingunt. Ideo mirabili vanitate atque caecitate verba quae posuimus, non mortem et resurrectionem, sed somnum et evigilationem significasse contendunt. Sed clamat eis etiam Psalmus quintus decimus: Propter hoc jucundatum est cor meum, et exsultavit lingua mea, insuper et caro mea requiescet in spe: quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem (Psal. XV, 9 et 10). Quis in ea spe diceret requievisse carnem suam, ut non derelicta anima sua in inferno, sed cito ad eam redeunte revivisceret, ne corrumperetur, sicut cadavera corrumpi solent, nisi qui die tertio resurrexit? Quod utique dicere non possunt de propheta et rege David. Clamat et sexagesimus septimus Psalmus: Deus noster, Deus salvos faciendi, et Domini exitus mortis (Psal. LXVII, 21). Quid apertius diceretur? Deus enim salvos faciendi Dominus est Jesus, quod interpretatur Salvator, sive Salutaris. Nam ratio nominis hujus haec reddita est, quando priusquam ex virgine nasceretur dictum est: Pariet filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum (Matth. I, 21). In quorum peccatorum remissionem quoniam sanguis ejus effusus est, non utique oportuit eum de hac vita exitus alios habere quam mortis. Ideo cum dictum esset, Deus noster, Deus salvos faciendi; continuo subjunctum est, Et Domini exitus mortis; ut ostenderetur moriendo salvos esse facturus. Sed mirando dictum est, Et Domini; tanquam diceretur, Talis est ista vita mortalium, ut nec ipse Dominus aliter ab illa exiret, nisi per mortem.

Caput XIX.

De Psalmo sexagesimo octavo, in quo Judaeorum pertinax infidelitas declaratur.

Sed ut Judaei tam manifestis hujus prophetiae testimoniis, etiam rebus ad effectum tam clarum certumque perductis, omnino non cedant, profecto in eis illud impletur, quod in eo psalmo qui hunc sequitur, scriptum est. Cum enim et illic ex persona Christi, quae ad ejus passionem pertinent, prophetice dicerentur, commemoratum est quod in Evangelio patuit: Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potum mihi dederunt acetum (Psal. LXVIII, 22; Matth. XXVII, 34, 48).

Pues no lo ignoraba el mismo Salvador, de quien ya antes había dicho: «Uno de vosotros es un diablo» (Id. 6, 71). Pero suele transferir a sí mismo la persona de sus miembros, y atribuirse lo que era de ellos, porque la cabeza y el cuerpo son un solo Cristo: de donde es aquello en el Evangelio: «Tuve hambre, y me disteis de comer». Lo cual explicando dice: «Cuando lo hicisteis a uno de estos mis mínimos, a mí me lo hicisteis» (Mat. 25, 35. 40). Dijo, pues, que él había esperado, lo que entonces habían esperado de Judas sus discípulos, cuando fue contado entre los Apóstoles.

2. Pero los judíos no esperan que el Cristo a quien ellos esperan haya de morir. Por eso no piensan que Aquel a quien la Ley y los Profetas anunciaron sea el nuestro; sino que se forjan a no sé quién suyo, a quien fingen ajeno a la pasión de la muerte. Por eso, con admirable vanidad y ceguera, sostienen que las palabras que hemos puesto no significaron la muerte y la resurrección, sino el sueño y el despertar. Pero les clama también el Salmo decimoquinto: «Por eso se alegró mi corazón y saltó de gozo mi lengua, además también mi carne descansará en la esperanza: porque no dejarás mi alma en el infierno, ni permitirás que tu Santo vea la corrupción» (Sal. 15, 9-10). ¿Quién diría que su carne había descansado en esa esperanza, para que, no siendo dejada su alma en el infierno, sino volviendo pronto a ella reviviera, para no corromperse, como suelen corromperse los cadáveres, sino aquel que resucitó al tercer día? Lo cual ciertamente no pueden decir del profeta y rey David. Clama también el Salmo sexagésimo séptimo: «Nuestro Dios es el Dios de salvar, y del Señor son las salidas de la muerte» (Sal. 67, 21). ¿Qué se podría decir más claramente? Pues el Dios de salvar es el Señor Jesús, que se interpreta Salvador, o Saludable. Pues la razón de este nombre se dio así, cuando antes de que naciera de la virgen se dijo: «Parirá un hijo, y llamarás su nombre Jesús. Pues Él salvará a su pueblo de sus pecados» (Mat. 1, 21). En cuya remisión de los pecados, puesto que su sangre fue derramada, ciertamente no convino que tuviera otras salidas de esta vida que las de la muerte. Por eso, habiéndose dicho: «Nuestro Dios es el Dios de salvar», inmediatamente se añadió: «Y del Señor son las salidas de la muerte»; para que se mostrara que muriendo habría de salvar. Pero se dijo admirablemente: «Y del Señor»; como si se dijera: Tal es esta vida de los mortales, que ni el mismo Señor saldría de ella de otro modo sino por la muerte.

Capítulo XIX.

Del Salmo sexagésimo octavo, en el cual se declara la pertinaz infidelidad de los judíos.

Pero para que los judíos no cedan en absoluto ante tan manifiestos testimonios de esta profecía, incluso habiéndose llevado las cosas a un efecto tan claro y cierto, ciertamente se cumple en ellos lo que está escrito en aquel salmo que sigue a este. Pues cuando también allí, en la persona de Cristo, se decían proféticamente las cosas que pertenecen a su pasión, se recordó lo que quedó claro en el Evangelio: «Dieron hiel para mi comida, y en mi sed me dieron a beber vinagre» (Sal. 68, 22; Mat. 27, 34. 48).

Et velut post tale convivium epulasque sibi hujuscemodi exhibitas mox intulit, Fiat mensa eorum coram ipsis in muscipulam, et in retributionem, et in scandalum: obscurentur oculi eorum ne videant, et dorsum eorum semper incurva (Psal. LXVIII, 23, 24): et caetera, quae non optando sunt dicta, sed optandi specie prophetando praedicta. Quid ergo mirum, si haec manifesta non vident, quorum oculi sunt obscurati, ne videant? quid mirum, si coelestia non suspiciunt, qui ut in terrena sint proni, dorsum eorum semper incurvum est? His enim verbis translatis a corpore, vitia significantur animorum. Ista de Psalmis, hoc est de prophetia regis David, satis dicta sint, ut aliquis modus sit. Ignoscant autem qui haec legunt, et cuncta illa noverunt; et de his quae fortasse firmiora me praetermisisse vel intelligunt, vel existimant, non querantur.

CAPUT XX.---De regno ac merito David, et de filio ipsius Salomone, eaque prophetia quae ad Christum pertinens invenitur, vel in eis libris qui scriptis ipsius copulantur, vel in eis quos ipsius esse non dubium est.

1. Regnavit ergo David in terrena Jerusalem, filius coelestis Jerusalem, divino multum testimonio praedicatus: quia et delicta ejus tanta pietate superata sunt, per saluberrimam poenitendi humilitatem, ut prorsus inter eos sit, de quibus ipse ait, Beati quorum remissae sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata (Psal. XXXI, 1). Post hunc regnavit eidem populo universo Salomon ejus filius, qui, ut supra dictum est, patre suo vivente coepit regnare. Hic bonis initiis, malos exitus habuit. Quippe secundae res, quae sapientium animos fatigant, magis huic obfuerunt, quam profuit ipsa sapientia, etiam nunc et deinceps memorabilis, et tunc longe lateque laudata. Prophetasse etiam ipse reperitur in suis libris, qui tres recepti sunt in auctoritatem canonicam, Proverbia, Ecclesiastes, et Canticum canticorum. Alii vero duo, quorum unus Sapientia, alter Ecclesiasticus dicitur, propter eloquii nonnullam similitudinem, ut Salomonis dicantur, obtinuit consuetudo: non autem esse ipsius, non dubitant doctiores; eos tamen in auctoritatem, maxime occidentalis, antiquitus recepit Ecclesia: quorum in uno, qui appellatur Sapientia Salomonis, passio Christi apertissime prophetatur. Impii quippe interfectores ejus commemorantur dicentes: Circumveniamus justum, quoniam insuavis est nobis, et contrarius est operibus nostris, et improperat nobis peccata legis, et infamat in nos peccata disciplinae nostrae.

Y como si tras tal convite y manjares de esta clase exhibidos para sí, luego añadió: «Sea su mesa ante ellos un lazo, y una retribución, y un escándalo: oscurézcanse sus ojos para que no vean, e inclina siempre su espalda» (Sal. 68, 23. 24): y lo demás, que no se dice por vía de deseo, sino que se predice profetizando con apariencia de deseo. ¿Qué tiene, pues, de extraño si no ven estas cosas manifiestas aquellos cuyos ojos están oscurecidos para que no vean? ¿Qué tiene de extraño si no miran a lo alto de las cosas celestiales quienes, para estar propensos a las terrenales, tienen su espalda siempre encorvada? Pues con estas palabras trasladadas del cuerpo, se significan los vicios de las almas. Digamos que esto es suficiente de los Salmos, esto es, de la profecía del rey David, para que haya algún límite. Pero perdónenme quienes leen esto y conocen todas aquellas cosas; y sobre aquellas que tal vez más firmes entienden o piensan que yo he pasado por alto, no se quejen.

CAPÍTULO XX.---Del reino y del mérito de David, y de su hijo Salomón, y de aquella profecía que se encuentra perteneciente a Cristo, o en aquellos libros que se unen a sus escritos, o en aquellos que no hay duda de que son suyos.

1. Reinó, pues, David en la Jerusalén terrenal, hijo de la Jerusalén celestial, muy elogiado por el testimonio divino: porque también sus delitos fueron superados con tanta piedad, por la salubérrima humildad del arrepentimiento, que está totalmente entre aquellos de quienes él mismo dice: «Bienaventurados aquellos cuyas iniquidades han sido perdonadas, y cuyos pecados han sido cubiertos» (Sal. 31, 1). Después de este reinó sobre el mismo pueblo entero Salomón, su hijo, quien, como se dijo arriba, comenzó a reinar viviendo su padre. Este, con buenos comienzos, tuvo malos finales. Ciertamente la prosperidad, que fatiga los ánimos de los sabios, le fue más perjudicial que provechosa la misma sabiduría, incluso ahora y en adelante memorable, y entonces alabada a lo largo y a lo ancho. Se encuentra que también él profetizó en sus libros, de los cuales tres han sido recibidos en la autoridad canónica: Proverbios, Eclesiastés y el Cantar de los cantares. Pero los otros dos, de los cuales uno se llama Sabiduría y el otro Eclesiástico, por alguna semejanza del estilo, obtuvo la costumbre que se llamen de Salomón; pero que no son suyos, no lo dudan los más doctos; sin embargo, la Iglesia, especialmente la occidental, los recibió desde antiguo en autoridad: en uno de los cuales, que se llama Sabiduría de Salomón, se profetiza muy abiertamente la pasión de Cristo. Pues se conmemoran sus impíos matadores diciendo: «Acechemos al justo, porque nos es insuave, y es contrario a nuestras obras, y nos reprocha los pecados de la ley, e infama en nosotros los pecados de nuestra disciplina.

Promittit scientiam Dei se habere, et filium Dei se nominat. Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum. Gravis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius, et immutatae viae ejus. Tanquam nugaces aestimati sumus ab illo, et abstinet se a viis nostris quasi ab immunditiis: praefert novissima justorum, et gloriatur patrem Deum se habere. Videamus ergo si sermones illius veri sunt, et tentemus quae ventura sunt illi, et sciemus quae erunt novissima ejus. Si enim justus est filius Dei, suscipiet illum, et liberabit eum de manu contrariorum. Contumelia et tormento interrogemus illum, ut sciamus reverentiam illius, et probemus patientiam ipsius. Morte turpissima condemnemus illum: erit enim ei respectus ex sermonibus illius. Haec cogitaverunt, et erraverunt: excaecavit enim illos malitia ipsorum (Sap. II, 12-21). In Ecclesiastico autem fides gentium futura praedicitur isto modo: Miserere nostri, dominator Deus omnium, et immitte timorem tuum super omnes gentes: extolle manum tuam super gentes alienas, et videant potentiam tuam. Sicut coram illis sanctificatus es in nobis, ita coram nobis magnificeris in illis, ut agnoscant te secundum quod et nos agnovimus te, quia non est Deus praeter te, Domine (Eccli. XXXVI, 1-5). Hanc optandi et precandi specie prophetiam per Jesum Christum videmus impletam. Sed adversus contradictores non tanta firmitate proferuntur, quae scripta non sunt in canone Judaeorum.

2. In tribus vero illis, quos Salomonis esse constat, et Judaei canonicos habent, ut ostendatur ad Christum et Ecclesiam pertinere quod in eis ejusmodi reperitur, operosa disputatio necessaria est, quae nos ultra quam oportet, si nunc adhibetur, extendit. Tamen quod in Proverbiis legitur, viros impios dicere, Abscondamus in terra virum justum injuste, absorbeamus vero eum tanquam infernus viventem, et auferamus ejus memoriam de terra, possessionem ejus pretiosam apprehendamus (Prov. I, 11-13); non ita obscurum est, ut de Christo et possessione ejus Ecclesia sine laboriosa expositione non possit intelligi. Tale quippe aliquid etiam Dominus ipse Jesus per evangelicam parabolam ostendit dixisse malos colonos: Hic est haeres, venite, occidamus eum, et nostra erit haereditas (Matth. XXI, 38). Itemque illud in eodem libro, quod jam ante perstrinximus, cum ageremus de sterili quae peperit septem (Supra, cap. 4, n. 4), nonnisi de Christo et Ecclesia mox ut fuerit pronuntiatum consuevit intelligi ab eis, qui Christum Sapientiam Dei esse noverunt. Sapientia aedificavit sibi domum, et suffulsit columnas septem; immolavit suas victimas, miscuit in cratere vinum suum, et paravit mensam suam. Misit servos suos convocans cum excellenti praedicatione ad craterem, dicens: Quis est insipiens? divertat ad me.

Promete que tiene la ciencia de Dios, y se nombra a sí mismo hijo de Dios. Ha sido hecho para nosotros para la traducción de nuestros pensamientos. Nos es grave incluso de ver, porque su vida es desemejante a la de los otros, e inmutados sus caminos. Como naderías hemos sido estimados por él, y se abstiene de nuestros caminos como de inmundicias: prefiere el fin de los justos, y se gloría de tener a Dios por padre. Veamos, pues, si sus palabras son verdaderas, y probemos qué le sucederá, y sabremos cuál será su fin. Pues si el justo es hijo de Dios, lo acogerá y lo librará de la mano de los contrarios. Con contumelia y tormento interroguémosle, para que sepamos su reverencia y probemos su paciencia. Con muerte torpísima condenémosle: pues tendrá respeto según sus palabras. Estas cosas pensaron y erraron: pues su malicia los cegó» (Sab. 2, 12-21). Pero en el Eclesiástico se predice la futura fe de las naciones de este modo: «Ten misericordia de nosotros, Dios dominador de todos, e infunde tu temor sobre todas las naciones: levanta tu mano sobre las naciones extrañas, y vean tu potencia. Como ante ellas has sido santificado en nosotros, así ante nosotros seas magnificado en ellas, para que te conozcan según que también nosotros te hemos conocido, que no hay Dios fuera de ti, Señor» (Ecli. 36, 1-5). Vemos esta profecía, con apariencia de deseo y ruego, cumplida por Jesucristo. Pero contra los contradictores no se presentan con tanta firmeza las cosas que no están escritas en el canon de los judíos.

2. Pero en aquellos tres, que consta que son de Salomón y los judíos tienen por canónicos, para que se muestre que pertenece a Cristo y a la Iglesia lo que en ellos de esta clase se encuentra, es necesaria una laboriosa disputa, que nos extendería más de lo que conviene si ahora se emplea. Sin embargo, lo que se lee en Proverbios, que dicen los hombres impíos: «Escondamos en la tierra al hombre justo injustamente, devorémosle vivo como el infierno, y quitemos su memoria de la tierra, arrebatemos su preciosa posesión» (Prov. 1, 11-13); no es tan oscuro que no pueda entenderse de Cristo y de su posesión la Iglesia sin una laboriosa exposición. Pues algo tal mostró el mismo Señor Jesús por la parábola evangélica que habían dicho los malos colonos: «Este es el heredero; venid, matémosle, y nuestra será la herencia» (Mat. 21, 38). E igualmente aquello en el mismo libro, que ya antes tocamos brevemente, cuando tratábamos de la estéril que parió siete (Supra, cap. 4, n. 4), no suele entenderse sino de Cristo y la Iglesia tan pronto como sea pronunciado por aquellos que saben que Cristo es la Sabiduría de Dios. «La Sabiduría se edificó una casa, y apuntaló siete columnas; inmoló sus víctimas, mezcló su vino en el cráter, y preparó su mesa. Envió a sus siervos convocando con excelente predicación al cráter, diciendo: ¿Quién es insipiente? Desvíese hacia mí.

Et inopibus sensu dixit: Venite, manducate de meis panibus, et bibite vinum quod miscui vobis (Prov. IX, 1-5). Hic certe agnoscimus Dei Sapientiam, hoc est, Verbum Patri coaeternum, in utero virginali domum sibi aedificasse corpus humanum, et huic, tanquam capiti membra, Ecclesiam subjunxisse, martyrum victimas immolasse, mensam in vino et panibus praeparasse, ubi apparet etiam sacerdotium secundum ordinem Melchisedech, insipientes et inopes sensu vocasse; quia, sicut dicit Apostolus, infirma hujus mundi elegit, ut confunderet fortia (I Cor. I, 27). Quibus tamen infirmis quod sequitur dicit: Derelinquite insipentiam, ut vivatis; et quaerite prudentiam, ut habeatis vitam (Prov. IX, 6). Participem autem fieri mensae illius, ipsum est incipere habere vitam. Nam et in alio libro, qui vocatur Ecclesiastes, ubi ait, Non est bonum homini, nisi quod manducabit et bibet (Eccle. VIII, 15); quid credibilius dicere intelligitur, quam quod ad participationem mensae hujus pertinet, quam sacerdos ipse Mediator Testamenti novi exhibet secundum ordinem Melchisedech de corpore et sanguine suo? Id enim sacrificium successit omnibus illis sacrificiis veteris Testamenti, quae immolabantur in umbra futuri: propter quod etiam vocem illam in Psalmo tricesimo et nono ejusdem Mediatoris per prophetiam loquentis agnoscimus: Sacrificium et oblationem noluisti, corpus autem perfecisti mihi (Psal. XXXIX, 7). Quia pro illis omnibus sacrificiis et oblationibus corpus ejus offertur, et participantibus ministratur. Nam istum Ecclesiastem in hac sententia manducandi et bibendi, quam saepe repetit, plurimumque commendat, non sapere carnalis epulas voluptatis, satis illud ostendit, ubi ait, Melius est ire in domum luctus, quam ire in domum potus: et paulo post, Cor, inquit, sapientium in domo luctus, et cor insipientium in domo epularum (Eccle. VII, 3, 5). Sed illud magis commemorandum existimo de hoc libro, quod pertinet ad civitates duas, unam diaboli; alteram Christi, et earum reges diabolum et Christum: Vae tibi, terra, inquit, cujus rex adolescens, et principes tui mane comedunt. Beata tu, terra, cujus rex tuus filius ingenuorum, et principes tui in tempore comedunt, in fortitudine, et non in confusione (Id. X, 16 et 17). Adolescentem dixit diabolum, propter stultitiam, et superbiam, et temeritatem, et petulantiam, caeteraque vitia, quae huic aetati assolent abundare: Christum autem filium ingenuorum, sanctorum scilicet Patriarcharum, pertinentium ad liberam civitatem, ex quibus est in carne progenitus. Principes illius civitatis mane manducantes, id est ante horam congruam; quia non exspectant opportunam, quae vera est, in futuro saeculo felicitatem, festinanter beari hujus saeculi celebritate cupientes. Principes autem civitatis Christi tempus non fallacis beatitudinis patienter exspectant.

Y a los faltos de sentido dijo: Venid, comed de mis panes, y bebed el vino que os he mezclado» (Prov. 9, 1-5). Aquí ciertamente reconocemos que la Sabiduría de Dios, esto es, el Verbo coeterno al Padre, en el útero virginal se edificó para sí una casa, el cuerpo humano, y a este, como miembros a la cabeza, unió la Iglesia; inmoló las víctimas de los mártires; preparó una mesa en vino y panes, donde aparece también el sacerdocio según el orden de Melquisedec; llamó a los insipientes y faltos de sentido; porque, como dice el Apóstol, eligió lo débil de este mundo para confundir a lo fuerte (1 Cor. 1, 27). A los cuales débiles, sin embargo, dice lo que sigue: «Abandonad la insipiencia para que viváis; y buscad la prudencia para que tengáis la vida» (Prov. 9, 6). Pero hacerse partícipe de aquella mesa es empezar a tener la vida. Pues también en otro libro, que se llama Eclesiastés, donde dice: «No hay nada bueno para el hombre, sino lo que comerá y beberá» (Ecl. 8, 15); ¿qué se entiende más creíblemente que dice, sino lo que pertenece a la participación de esta mesa, que el mismo Sacerdote Mediador del Nuevo Testamento exhibe según el orden de Melquisedec de su cuerpo y sangre? Pues aquel sacrificio sucedió a todos aquellos sacrificios del Antiguo Testamento, que se inmolaban en sombra del futuro; por lo cual también reconocemos aquella voz en el Salmo trigésimo noveno del mismo Mediador hablando por profecía: «Sacrificio y oblación no quisiste, pero me perfeccionaste un cuerpo» (Sal. 39, 7). Porque por todos aquellos sacrificios y oblaciones se ofrece su cuerpo, y se suministra a los participantes. Pues que este Eclesiastés en esta sentencia del comer y beber, que a menudo repite y mucho recomienda, no gusta los banquetes de la carnal voluptuosidad, lo muestra suficientemente aquello donde dice: «Mejor es ir a la casa del luto, que ir a la casa del beber»; y poco después: «El corazón», dice, «de los sabios está en la casa del luto, y el corazón de los insipientes en la casa de los banquetes» (Ecl. 7, 3. 5). Pero aquello más estimo que debe conmemorarse de este libro, que pertenece a las dos ciudades, una del diablo, otra de Cristo, y sus reyes el diablo y Cristo: «¡Ay de ti, tierra!», dice, «cuyo rey es un adolescente, y tus príncipes comen por la mañana. Bienaventurada tú, tierra, cuyo rey es hijo de ingenuos, y tus príncipes comen a su tiempo, en fortaleza y no en confusión» (Id. 10, 16. 17). Llamó adolescente al diablo, por la estulticia y la soberbia, y la temeridad y la petulancia, y los demás vicios que suelen abundar en esta edad; y a Cristo hijo de ingenuos, de los santos Patriarcas a saber, pertenecientes a la ciudad libre, de los cuales ha sido engendrado en la carne. Los príncipes de aquella ciudad comiendo por la mañana, esto es antes de la hora congrua; porque no esperan la oportuna, que es la verdadera, felicidad en el siglo futuro, deseando apresuradamente ser dichosos por la celebridad de este siglo. Pero los príncipes de la ciudad de Cristo esperan pacientemente el tiempo de la no falaz bienaventuranza.

Hoc ait, in fortitudine, et non in confusione: quia non eos fallit spes; de qua dicit Apostolus, Spes autem non confundit (Rom. V, 5). Dicit et Psalmus, Etenim qui te exspectant, non confundentur (Psal. XXIV, 3). Jam vero Canticum canticorum spiritualis quaedam sanctarum est voluptas mentium, in conjugio illius Regis et reginae civitatis, quod est Christus et Ecclesia. Sed haec voluptas allegoricis tegminibus involuta est, ut desideretur ardentius, nudeturque jucundius, et appareat sponsus, cui dicitur in eodem Cantico, Aequitas dilexit te (Cantic. I, 3); et sponsa quae ibi audit, Charitas in deliciis tuis (Id. VII, 6). Tacita multa transimus, cura hujus operis terminandi.

Caput XXI.

De regibus post Salomonem, sive in Juda, sive in Israel.

Caeteri post Salomonem reges Hebraeorum vix inveniuntur per aliqua aenigmata dictorum suorum rerumve gestarum, quod ad Christum et Ecclesiam pertineat, prophetasse, sive in Juda, sive in Israel. Sic enim appellatae sunt illius populi partes, ex quo propter Salomonis offensam tempore filii ejus Roboam, qui patri successit in regnum, Deo vindicante divisus est. Proinde tribus decem, quas accepit Jeroboam servus Salomonis, rex eis in Samaria constitutus, proprie vocabantur Israel, quamvis hoc universi populi illius nomen esset. Duabus vero tribubus, Judae scilicet et Benjamin, quae propter David, ne penitus regnum stirpis ejus fuisset eradicatum, remanserant subjacentes civitati Jerusalem, Judae nomen fuit: quia ipsa erat tribus unde David. Benjamin vero tribus altera ad idem regnum, sicut dixi, pertinens, erat unde fuit Saül rex ante David. Sed simul istae duae tribus, ut dictum est, Juda vocabantur; et hoc nomine discernebantur ab Israel, quod appellabantur proprie decem tribus habentes suum regem. Nam tribus Levi, quoniam sacerdotalis fuit, Dei, non regum servitio mancipata, tertia decima numerabatur. Joseph quippe unus ex duodecim filiis Israel, non unam, sicut caeteri singulas, sed duas tribus fecit, Ephraem et Manassen. Verumtamen etiam tribus Levi ad regnum Jerosolymitanum pertinebat magis, ubi erat Dei templum, cui serviebat. Diviso igitur populo, primus regnavit in Jerusalem Roboam, rex Juda, filius Salomonis; et in Samaria Jeroboam, rex Israel, servus Salomonis. Et cum voluisset Roboam tanquam tyrannidem divisae illius partis bello persequi, prohibitus est populus pugnare cum fratribus suis, dicente Deo per prophetam, se hoc fecisse (III Reg. XII, 24). Unde apparuit nullum in ea re, vel regis Israel, vel populi fuisse peccatum, sed voluntatem Dei vindicantis impletam. Qua cognita, pars utraque inter se pacata conquievit: non enim religionis, sed regni fuerat facta divisio.

Esto dice, «en fortaleza y no en confusión»; porque no los engaña la esperanza, de la cual dice el Apóstol: «La esperanza, en cambio, no confunde» (Rom. 5, 5). Dice también el Salmo: «Etenim los que te esperan no serán confundidos» (Sal. 24, 3). Ya en verdad el Cantar de los cantares es una cierta espiritual voluptuosidad de las santas mentes, en el matrimonio de aquel Rey y la reina de la ciudad, que es Cristo y la Iglesia. Pero esta voluptuosidad está envuelta en velos alegóricos, para que se desee más ardientemente, y se desnude más gozosamente, y aparezca el esposo, a quien se dice en el mismo Cantar: «La equidad te amó» (Cant. 1, 3); y la esposa que allí oye: «La caridad en tus delicias» (Id. 7, 6). Pasamos por alto muchas cosas en silencio, por el cuidado de terminar esta obra.

Capítulo XXI.

De los reyes después de Salomón, ya en Judá, ya en Israel.

Apenas se encuentra que los demás reyes de los hebreos después de Salomón hayan profetizado, por algunos enigmas de sus dichos o hechos, lo que pertenece a Cristo y a la Iglesia, ya en Judá, ya en Israel. Pues así fueron llamadas las partes de aquel pueblo desde que, por la ofensa de Salomón, en tiempo de su hijo Roboam, que sucedió a su padre en el reino, fue dividido por la venganza de Dios. Por consiguiente, las diez tribus que recibió Jeroboam, siervo de Salomón, constituido rey para ellas en Samaria, se llamaban propiamente Israel, aunque este fuera el nombre de aquel pueblo entero. Pero a las dos tribus, a saber, Judá y Benjamín, que por consideración a David, para que no fuera erradicado totalmente el reino de su estirpe, habían permanecido sujetas a la ciudad de Jerusalén, les quedó el nombre de Judá; porque ella misma era la tribu de donde procedía David. Pero la otra tribu, Benjamín, perteneciente al mismo reino, como dije, era de donde fue Saúl, el rey anterior a David. Pero juntas estas dos tribus, como se ha dicho, se llamaban Judá; y con este nombre se distinguían de Israel, como se llamaban propiamente las diez tribus que tenían su propio rey. Pues la tribu de Leví, puesto que fue sacerdotal, entregada al servicio de Dios y no de los reyes, se contaba como la decimotercera. Pues José, uno de los doce hijos de Israel, no hizo una tribu, como los demás cada uno la suya, sino dos, Efraín y Manasés. No obstante, también la tribu de Leví pertenecía más al reino jerosolimitano, donde estaba el templo de Dios, al cual servía. Dividido, pues, el pueblo, primero reinó en Jerusalén Roboam, rey de Judá, hijo de Salomón; y en Samaria Jeroboam, rey de Israel, siervo de Salomón. Y queriendo Roboam perseguir con la guerra aquella parte dividida como una tiranía, se prohibió al pueblo luchar con sus hermanos, diciendo Dios por el profeta que Él había hecho esto (1 Rey. 12, 24). Por lo cual apareció que en aquel asunto no había habido pecado alguno, ni del rey de Israel ni del pueblo, sino que se había cumplido la voluntad de Dios vengador. Conocida la cual, ambas partes, pacificadas entre sí, descansaron; pues la división se había hecho no de la religión, sino del reino.

CAPUT XXII.---De Jeroboam, qui impietate idololatriae subditum sibi populum profanavit, in quo tamen non destitit Deus et Prophetas inspirare, et multos ab idololatriae crimine custodire.

Verum rex Israel Jeroboam mente perversa non credens Deo, quem veracem promisso sibi regno datoque probaverat, timuit ne veniendo ad templum Dei, quod erat in Jerusalem, quo secundum divinam legem sacrificandi causa universae illi genti veniendum fuit, seduceretur ab eo populus, et stirpi David tanquam regio semini redderetur; et instituit idololatriam in regno suo, et populum Dei secum simulacrorum cultu obstrictum nefanda impietate decepit. Nec tamen omnimodo cessavit Deus non solum illum regem, verum etiam successores ejus et impietatis imitatores, populumque ipsum, arguere per Prophetas. Nam ibi exstiterunt et magni illi insignesque Prophetae, qui etiam mirabilia multa fecerunt, Elias et Elisaeus discipulus ejus. Etiam ibi dicenti Eliae, Domine Prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, et ego relictus sum solus, et quaerunt animam meam (III Reg. XIX, 10); responsum est, illic esse septem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal.

CAPUT XXIII.---De vario utriusque regni Hebraeorum statu, donec ambo populi in captivitatem diverso tempore ducerentur, revocato postea Juda in regnum suum, quod novissime in Romanorum transiit potestate.

Itemque in regno Juda pertinente ad Jerusalem, etiam succedentium regum temporibus non defuerunt Prophetae: sicut Deo placebat eos mittere, vel ad praenuntiandum quod opus erat, vel ad corripienda peccata, praecipiendamque justitiam. Nam et illic, etsi longe minus quam in Israel, tamen exstiterunt reges qui suis impietatibus Deum graviter offenderent, et moderatis flagellis cum populo simili plecterentur. Piorum sane regum merita ibi non parva laudantur. In Israel autem reges alios magis, alios minus, omnes tamen reprobos legimus. Utraque igitur pars, sicut jubebat divina providentia, vel sinebat, variis et erigebatur prosperitatibus, et adversitatibus premebatur: et sic affligebatur, non solum externis, verum etiam inter se civilibus bellis, ut certis existentibus causis, misericordia Dei vel ira patesceret; donec ejus indignatione crescente, universa gens illa a Chaldaeis debellantibus, non solum subverteretur in sedibus suis, sed etiam ex maxima sui parte transferretur in terras Assyriorum, prius illa pars, quae vocabatur Israel in tribubus decem;

CAPÍTULO XXII.---De Jeroboam, que con la impiedad de la idolatría profanó al pueblo que le estaba sujeto, en el cual, sin embargo, no cesó Dios de inspirar Profetas y de guardar a muchos del crimen de la idolatría.

Pero el rey de Israel, Jeroboam, con mente perversa no creyendo a Dios, a quien había probado veraz por el reino prometido y dado, temió que viniendo al templo de Dios, que estaba en Jerusalén, a donde según la ley divina debía venir toda aquella nación para sacrificar, se le sustrajera el pueblo y se restituyera a la estirpe de David como a la semilla real; e instituyó la idolatría en su reino, y engañó al pueblo de Dios ligado consigo por el culto de los ídolos con nefanda impiedad. Y, sin embargo, no cesó Dios del todo de reprender no solo a aquel rey, sino también a sus sucesores e imitadores de la impiedad, y al mismo pueblo, por medio de los Profetas. Pues allí surgieron también aquellos grandes e insignes Profetas, que también hicieron muchas maravillas, Elías y Eliseo su discípulo. Incluso allí, a Elías que decía: «Señor, han matado a tus Profetas, han socavado tus altares, y yo me he quedado solo y buscan mi vida» (1 Rey. 19, 10); se le respondió que había allí siete mil varones que no doblaron sus rodillas ante Baal.

CAPÍTULO XXIII.---Del variado estado de ambos reinos de los hebreos, hasta que ambos pueblos fueran llevados a la cautividad en diverso tiempo, habiendo sido revocado después Judá a su reino, el cual novísimamente pasó a la potestad de los romanos.

E igualmente en el reino de Judá perteneciente a Jerusalén, incluso en los tiempos de los reyes sucesores no faltaron Profetas; según plugo a Dios enviarlos, ya para prenunciar lo que era necesario, ya para corregir los pecados y mandar la justicia. Pues también allí, aunque mucho menos que en Israel, sin embargo surgieron reyes que con sus impiedades ofendieron gravemente a Dios, y fueron castigados con moderados azotes junto con un pueblo semejante. Los méritos de los reyes piadosos son allí alabados no poco. En cambio, en Israel leemos que unos reyes más, otros menos, pero todos fueron réprobos. Ambas partes, pues, según la divina providencia mandaba o permitía, eran tanto erigidas por varias prosperidades, como oprimidas por las adversidades; y así eran afligidas no solo por guerras externas, sino incluso entre sí por guerras civiles, para que existiendo causas ciertas, se patentizara la misericordia de Dios o su ira; hasta que, creciendo su indignación, toda aquella nación, por los caldeos que les hacían la guerra, no solo fuera subvertida en sus propias sedes, sino que también fuera trasladada en su mayor parte a las tierras de los asirios, primero aquella parte que se llamaba Israel en las diez tribus;

postea vero etiam Judas, eversa Jerusalem et templo illo nobilissimo: in quibus terris per annos septuaginta captivum egit otium. Post quos inde dimissa, templum quod eversum fuerat, instauravit: et quamvis plurimi ejus in alienigenarum degerent terris, non habuit tamen deinceps duas regni partes, et duos diversos in singulis partibus reges: sed in Jerusalem princeps eorum unus erat; atque ad Dei templum, quod ibi erat, omnes undique, ubicumque essent, et undecumque possent, per certa tempora veniebant. Sed nec tunc eis hostes ex aliis gentibus expugnatoresque defuerunt: nam etiam Romanorum jam tributarios eos Christus invenit.

Caput XXIV.

De Prophetis qui vel apud Judaeos postremi fuerunt, vel quos circa tempus nativitatis Christi evangelica prodit historia.

Toto autem illo tempore, ex quo redierunt de Babylonia, post Malachiam, Aggaeum et Zachariam, qui tunc prophetaverunt, et Esdram, non habuerunt Prophetas usque ad Salvatoris adventum, nisi alium Zachariam patrem Joannis, et Elisabeth ejus uxorem, Christi nativitate jam proxima; et eo jam nato, Simeonem senem, et Annam viduam jamque grandaevam, et ipsum Joannem novissimum: qui juvenis, jam juvenem Christum, non quidem futurum praedixit, sed tamen incognitum prophetica cognitione monstravit: propter quod ipse Dominus ait, Lex et Prophetae usque ad Joannem (Matth. XI, 13). Sed istorum quinque prophetatio ex Evangelio nobis nota est: ubi et ipsa Virgo mater Domini ante Joannem prophetasse invenitur (Luc. I, 46-55). Sed hanc istorum prophetiam Judaei reprobi non accipiunt: acceperunt autem, qui ex eis innumerabiles Evangelio crediderunt. Tunc enim vere Israel divisus est in duo, divisione illa, quae per Samuelem prophetam Saüli regi est immutabilis praenuntiata. Malachiam vero, Aggaeum, Zachariam, et Esdram, etiam Judaei reprobi in auctoritatem canonicam receptos novissimos habent. Sunt enim et scripta eorum, sicut aliorum, qui in magna multitudine Prophetarum perpauci ea scripserunt, quae auctoritatem canonis obtinerent. De quorum praedictis, quae ad Christum Ecclesiamque ejus pertinent, nonnulla mihi in hoc opere video esse ponenda: quod commodius fiet, adjuvante Domino, sequenti libro; ne hunc tam prolixum ulterius oneremus.

pero después también Judá, destruida Jerusalén y aquel templo nobilísimo; en cuyas tierras pasó un cautivo ocio por setenta años. Después de los cuales, dejada salir de allí, instauró el templo que había sido destruido; y aunque muchísimos de ellos moraban en tierras de extranjeros, no tuvo sin embargo en adelante dos partes del reino y dos diversos reyes en cada una de las partes; sino que en Jerusalén su príncipe era uno solo; y al templo de Dios, que allí estaba, todos de todas partes, dondequiera que estuviesen y de dondequiera que pudiesen, venían por tiempos ciertos. Pero ni aun entonces les faltaron enemigos de otras naciones y conquistadores; pues incluso Cristo los encontró ya tributarios de los romanos.

Capítulo XXIV.

De los Profetas que fueron los últimos entre los judíos, o a quienes la historia evangélica presenta cerca del tiempo del nacimiento de Cristo.

En todo aquel tiempo, desde que volvieron de Babilonia, después de Malaquías, Ageo y Zacarías, que profetizaron entonces, y Esdras, no tuvieron Profetas hasta el advenimiento del Salvador, sino a otro Zacarías padre de Juan, y a Isabel su mujer, estando ya próximo el nacimiento de Cristo; y habiendo ya nacido este, a Simeón el anciano, y a Ana la viuda y ya de gran edad, y al mismo Juan el último; el cual, joven ya, mostró al Cristo ya joven, no ciertamente como futuro, pero sí desconocido, por el conocimiento profético; por lo cual el mismo Señor dice: «La Ley y los Profetas hasta Juan» (Mat. 11, 13). Pero la profecía de estos cinco nos es conocida por el Evangelio; donde también la misma Virgen madre del Señor se encuentra que profetizó antes que Juan (Luc. 1, 46-55). Pero esta profecía de estos no la reciben los judíos réprobos; la recibieron, en cambio, los que de entre ellos, innumerables, creyeron al Evangelio. Pues entonces verdaderamente Israel fue dividido en dos, por aquella división que por el profeta Samuel fue prenunciada inmutable al rey Saúl. Pero a Malaquías, Ageo, Zacarías y Esdras, también los judíos réprobos los tienen como los últimos recibidos en la autoridad canónica. Pues están también sus escritos, como los de otros que, en una gran multitud de Profetas, muy pocos escribieron aquellas cosas que obtuvieran la autoridad del canon. De cuyas predicciones, que pertenecen a Cristo y a su Iglesia, veo que debo poner algunas en esta obra; lo cual se hará más cómodamente, con el favor del Señor, en el libro siguiente, para no gravar más este tan prolífico.

Liber D

ECIMUS OCTAVUS.

Dicit de terrenae civitatis a tempore Abraham ad mundi finem procursu cum ipsa civitate coelesti: et attingit oracula de Christo, cum Sibyllarum, tum maxime sacrorum Vatum, qui ab regni Romanorum exordio scripserunt, Osee, Amos, Isaiae, Michaeae, et subsequentium.

Caput Primum.

De his quae usque ad tempora Salvatoris decem et septem voluminibus disputata sunt.

De civitatum duarum, quarum Dei una, saeculi hujus est altera, in qua nunc est, quantum ad hominum genus pertinet, etiam ista peregrina, exortu et procursu et debitis finibus me scripturum esse promisi: cum prius inimicos civitatis Dei, qui conditori ejus Christo deos suos praeferunt, et livore sibi perniciosissimo atrociter invident Christianis, quantum me adjuvaret ejus gratia, refellissem; quod voluminibus decem prioribus feci. De hac vero mea, quam modo commemoravi, tripartita promissione, decimum sequentibus quatuor libris ambarum est digestus exortus; deinde procursus ab homine primo usque ad diluvium libro uno, qui est hujus operis quintus decimus; atque inde usque ad Abraham rursus ambae, sicut in temporibus, ita et in nostris litteris cucurrerunt. Sed a patre Abraham usque ad Regum tempus Israelitarum, ubi sextum decimum volumen absolvimus, et inde usque ad ipsius in carne Salvatoris adventum, quousque decimus septimus liber tenditur, sola videtur in meo stilo cucurrisse Dei civitas: cum in hoc saeculo non sola cucurrerit, sed ambae utique in genere humano, sicut ab initio simul, suo procursu tempora variaverint. Verum hoc ideo feci, ut prius, ex quo apertiores Dei promissiones esse coeperunt, usque ad ejus ex Virgine nativitatem, in quo fuerant quae primo promittebantur implenda, sine interpellatione a contrario alterius civitatis, ista quae Dei est procurrens, distinctius appareret; quamvis usque ad revelationem Testamenti novi, non in lumine, sed in umbra cucurrerit. Nunc ergo, quod intermiseram, video esse faciendum, ut ex Abrahae temporibus quomodo etiam illa cucurrerit, quantum satis videtur, attingam, ut ambae inter se possint consideratione legentium comparari.

Libro D

ECIMO OCTAVO.

Habla del decurso de la ciudad terrena desde el tiempo de Abraham hasta el fin del mundo con la misma ciudad celestial; y toca los oráculos sobre Cristo, tanto de las Sibilas como especialmente de los sagrados Profetas, que escribieron desde el comienzo del reino de los romanos, Oseas, Amós, Isaías, Miqueas y los subsiguientes.

Capítulo Primero.

De las cosas que han sido discutidas en diecisiete volúmenes hasta los tiempos del Salvador.

Prometí que escribiría sobre el origen, el transcurso y los fines debidos de las dos ciudades, una de las cuales es de Dios y la otra de este mundo, en la cual también aquella es ahora peregrina en lo que concierne al género humano: después de haber refutado primero, según me ayudara su gracia, a los enemigos de la Ciudad de Dios, que prefieren sus propios dioses a su fundador, Cristo, y con envidia perniciosísima para ellos envidian atrozmente a los cristianos; lo cual hice en los primeros diez volúmenes. En cuanto a esta mi tripartita promesa que acabo de mencionar, el origen de ambas fue expuesto en los siguientes cuatro libros; luego su transcurso desde el primer hombre hasta el diluvio en un solo libro, que es el décimo quinto de esta obra; y desde allí hasta Abraham nuevamente ambas corrieron, tanto en los tiempos como en nuestras letras. Pero desde el padre Abraham hasta el tiempo de los Reyes de los israelitas, donde concluimos el décimo sexto volumen, y desde allí hasta el advenimiento del mismo Salvador en la carne, hasta donde se extiende el décimo séptimo libro, solo la Ciudad de Dios parece haber corrido en mi estilo: siendo así que en este mundo no corrió ella sola, sino que ambas ciertamente en el género humano, tal como desde el principio juntas, han variado los tiempos en su transcurso. Pero hice esto para que primero, desde que las promesas de Dios comenzaron a ser más claras hasta su natividad de la Virgen, en la cual debían cumplirse las cosas que primero se prometieron, apareciera más distintamente esta ciudad que es de Dios en su transcurso, sin interrupción por lo contrario de la otra ciudad; aunque hasta la revelación del Nuevo Testamento corrió no en la luz, sino en la sombra. Ahora, pues, lo que había omitido veo que debe hacerse, para que toque, en cuanto parezca suficiente, cómo corrió también aquella otra desde los tiempos de Abraham, a fin de que ambas puedan ser comparadas entre sí por la consideración de los lectores.

Caput II.

De terrenae civitatis regibus atque temporibus, quibus ab exortu Abrahae sanctorum tempora supputata conveniunt.

Societas igitur usquequaque mortalium diffusa per terras et in locorum quantislibet diversitatibus, unius tamen ejusdemque naturae quadam communione devincta, utilitates et cupiditates suas quibusque sectantibus, dum id quod appetitur, aut nemini, aut non omnibus sufficit, quia non est idipsum, adversum se ipsam plerumque dividitur, et pars partem, quae praevalet, opprimit. Victrici enim victa succumbit, dominationi scilicet, vel etiam libertati qualemcumque pacem praeferens ac salutem: ita ut magnae fuerint admirationi qui perire quam servire maluerunt. Nam in omnibus fere gentibus quodammodo vox naturae ista personuit, ut subjugari victoribus mallent, quibus contigit vinci, quam bellica omnifariam vastatione deleri. Hinc factum est ut non sine Dei providentia, in cujus potestate est ut quisque bello aut subjugetur aut subjuget, quidam essent regnis praediti, quidam regnantibus subditi: sed inter plurima regna terrarum, in quae terrenae utilitatis vel cupiditatis est divisa societas (quam civitatem mundi hujus universali vocabulo nuncupamus), duo regna cernimus longe caeteris provenisse clariora, Assyriorum primum, deinde Romanorum, ut temporibus, ita locis inter se ordinata atque distincta. Nam quo modo illud prius, hoc posterius; eo modo illud in Oriente, hoc id Occidente surrexit: denique in illius fine hujus initium confestim fuit. Regna caetera, caeterosque reges velut appendices istorum dixerim.

Ninus ergo jam secundus rex erat Assyriorum, qui patri suo Belo successerat, regni illius primo regi, quando in terra Chaldaeorum natus est Abraham. Erat etiam tempore illo regnum Sicyoniorum admodum parvum, a quo ille undecumque doctissimus Marcus Varro scribens de Gente populi Romani, velut antiquo tempore, exorsus est. Ab his enim Sicyoniorum regibus ad Athenienses pervenit, a quibus ad Latinos, inde ad Romanos; sed ante conditam Romam in comparatione regni Assyriorum perexigua ista memorantur.

Capítulo II.

De los reyes y los tiempos de la ciudad terrena, con los cuales coinciden los tiempos de los santos desde el nacimiento de Abraham.

La sociedad de los mortales, pues, difundida por todas partes por las tierras y en cualesquiera diversidades de lugares, vinculada por cierta comunión de una misma naturaleza, mientras cada uno busca sus propias utilidades y deseos —ya que lo que se apetece, o no basta para nadie, o no para todos, porque no es lo mismo— se divide por lo común contra sí misma, y la parte que prevalece oprime a la otra. Pues la vencida sucumbe ante la victoriosa, prefiriendo ciertamente a la dominación o incluso a la libertad una paz y una salud de cualquier clase: de modo que han sido motivo de gran admiración quienes prefirieron perecer antes que servir. Pues en casi todas las gentes ha resonado de algún modo aquella voz de la naturaleza, que prefirieran ser subyugados por los vencedores, a quienes les tocó ser vencidos, antes que ser borrados por la devastación bélica de todas las formas posibles. De aquí resultó que, no sin la providencia de Dios, en cuya potestad está que cualquiera sea subyugado o subyugue en la guerra, algunos estuvieran dotados de reinos y otros sometidos a los que reinan: pero entre los muchos reinos de las tierras, en los cuales está dividida la sociedad de la utilidad o del deseo terrenal (a la cual llamamos con el vocablo universal de ciudad de este mundo), vemos que dos reinos han resultado ser mucho más claros que los demás, primero el de los asirios y luego el de los romanos, ordenados y distintos entre sí tanto en los tiempos como en los lugares. Pues del mismo modo que aquel fue anterior y este posterior; de ese modo aquel surgió en el Oriente y este en el Occidente: finalmente, en el fin de aquel estuvo inmediatamente el inicio de este. A los demás reinos y a los demás reyes los llamaría yo como apéndices de estos.

Nino, pues, era ya el segundo rey de los asirios, que había sucedido a su padre Belo, primer rey de aquel reino, cuando Abraham nació en la tierra de los caldeos. Había también en aquel tiempo el reino de los sicionios, sumamente pequeño, por el cual aquel doctísimo en todas las materias Marco Varrón comenzó, como desde un tiempo antiguo, al escribir sobre la Estirpe del pueblo romano. Pues de estos reyes de los sicionios llegó a los atenienses, de quienes a los latinos, y de allí a los romanos; pero antes de la fundación de Roma se mencionan estas cosas como pequeñísimas en comparación con el reino de los asirios.

Quamvis Athenienses in Graecia plurimum claruisse fateatur etiam Sallustius Romanus historicus, plus tamen fama, quam re ipsa. Nam loquens de illis: Atheniensium, inquit, res gestae, sicuti ego existimo, satis amplae magnificaeque fuere: verum aliquanto minores tamen, quam fama feruntur. Sed quia provenere ibi scriptorum magna ingenia, per terrarum orbem Atheniensium facta pro maximis celebrantur. Ita eorum qui fecere, virtus tanta habetur, quantum eam verbis potuere extollere praeclara ingenia (Belli Catil., cap. 8). Accedit huic civitati non parva etiam ex litteris et philosophis gloria, quod ibi potissimum talia studia viguerunt. Nam quantum attinet ad imperium, nullum majus primis temporibus, quam Assyriorum fuit, nec tam longe lateque diffusum. Quippe ubi Ninus rex, Beli filius, universam Asiam, quae totius orbis ad numerum partium tertia dicitur, ad magnitudinem vero dimidia reperitur, usque ad Libyae fines subegisse traditur. Solis quippe Indis in partibus Orientis non dominabatur: quos tamen eo defuncto Semiramis uxor ejus est agressa bellando. Ita factum est, ut quicumque in illis terris populi, sive reges erant, Assyriorum regno ditionique parerent, et quidquid imperaretur efficerent. Abraham igitur in eo regno apud Chaldaeos Nini temporibus natus est. Sed quoniam res Graecae multo sunt nobis quam Assyriae notiores, et per Graecos ad Latinos, ac deinde ad Romanos, qui etiam ipsi Latini sunt, temporum seriem deduxerunt qui gentem populi Romani in originis ejus antiquitate rimati sunt; ob hoc debemus, ubi opus est, Assyrios memorare reges: ut appareat quemadmodum Babylonia, quasi prima Roma, cum peregrina in hoc mundo Dei civitate procurrat. Res autem quas propter comparationem civitatis utriusque, terrenae scilicet et coelestis, huic operi oportet inserere, magis ex Graecis et Latinis, ubi et ipsa Roma quasi secunda Babylonia est, debemus assumere.

3. Quando ergo natus est Abraham, secundi reges erant, apud Assyrios Ninus, apud Sicyonios Europs : primi autem, illic Belus, hic Aegialeus fuerunt. Cum vero egresso Abraham de Babylonia, promisit ei Deus ex illo magnam gentem futuram, et in ejus semine omnium gentium benedictionem, Assyrii quartum regem habebant, Sicyonii quintum: apud illos enim regnabat filius Nini post matrem Semiramidem, quae ab illo interfecta perhibetur, ausa filium mater incestare concubitu. Hanc putant nonnulli condidisse Babylonem, quam quidem potuit instaurare.

Aunque Salustio, historiador romano, confiesa que los atenienses fueron los más claros en Grecia, sin embargo lo fueron más por la fama que por la realidad misma. Pues hablando de ellos dice: «Las hazañas de los atenienses, según yo estimo, fueron bastante amplias y magníficas: pero algo menores, sin embargo, de lo que se cuentan por la fama. Pero porque surgieron allí grandes ingenios de escritores, los hechos de los atenienses se celebran por el orbe de las tierras como los máximos. Así, la virtud de los que los hicieron se tiene por tan grande como los preclaros ingenios pudieron ensalzarla con palabras» (Belli Catil., cap. 8). Se añade a esta ciudad una gloria no pequeña también por las letras y los filósofos, porque allí florecieron principalmente tales estudios. Pues en cuanto atañe al imperio, ninguno fue mayor en los primeros tiempos que el de los asirios, ni tan amplia y extensamente difundido. Ya que allí se relata que el rey Nino, hijo de Belo, sometió a toda el Asia, que se dice ser la tercera parte de todo el orbe por el número de partes, pero se encuentra que es la mitad por la magnitud, hasta los confines de Libia. Pues no dominaba únicamente sobre los indios en las partes del Oriente: a quienes, sin embargo, fallecido él, acometió su esposa Semíramis guerreando. Así resultó que cualesquiera pueblos o reyes que había en aquellas tierras, obedecían al reino y dominio de los asirios y ejecutaban cualquier cosa que se mandara. Abraham, por tanto, nació en aquel reino entre los caldeos en tiempos de Nino. Pero puesto que las cosas griegas nos son mucho más conocidas que las asirias, y a través de los griegos a los latinos, y luego a los romanos, que también ellos mismos son latinos, han deducido la serie de los tiempos quienes han escudriñado en la antigüedad de su origen la estirpe del pueblo romano; por esto debemos, donde sea necesario, mencionar a los reyes asirios: para que aparezca cómo Babilonia, como una primera Roma, transcurre con la Ciudad de Dios que es peregrina en este mundo. Pero las cosas que conviene insertar en esta obra para la comparación de ambas ciudades, a saber, la terrenal y la celestial, debemos tomarlas más de los griegos y latinos, donde también la misma Roma es como una segunda Babilonia.

3. Cuando, pues, nació Abraham, los reyes eran los segundos: Nino entre los asirios, Europs entre los sicionios; pero los primeros fueron Belo allá y Egialeo aquí. Mas cuando Abraham salió de Babilonia, y Dios le prometió que de él saldría una gran nación y en su descendencia la bendición de todas las naciones, los asirios tenían su cuarto rey, los sicionios el quinto: pues entre aquellos reinaba el hijo de Nino después de su madre Semíramis, de quien se dice que fue muerta por él, habiéndose atrevido la madre a deshonrar al hijo con el coito incestuoso. Algunos piensan que ella fundó Babilonia, la cual ciertamente pudo restaurar.

Quando autem, vel quomodo condita fuerit, in sexto decimo libro diximus (Cap. 4). Filium porro Nini et Semiramidis, qui matri successit in regnum, quidam etiam ipsum Ninum, quidam vero derivato a patre vocabulo Ninyam vocant. Sicyoniorum autem regnum tunc tenebat Telxion. Quo regnante usque adeo ibi mitia et laeta tempora fuerunt, ut eum defunctum velut deum colerent sacrificando, et ludos celebrando, quos ei primitus institutos ferunt.

CAPUT III.---Quibus regnantibus apud Assyrios atque Sicyonios Abrahae centenario Isaac de promissione sit natus, vel ipsi Isaac sexagenario Esau et Jacob gemini de Rebecca sint editi.

Hujus temporibus etiam Isaac ex promissione Dei natus est centenario patri filius Abrahae de Sarra conjuge, quae sterilis et anus jam spem prolis amiserat. Tunc et Assyriis quintus erat rex Arrius. Ipsi vero Isaac sexagenario nati sunt gemini, Esau et Jacob, quos ei Rebecca uxor peperit, avo eorum Abraham adhuc vivente, et centum sexaginta aetatis annos agente: qui expletis centum septuaginta quinque defunctus est; regnantibus apud Assyrios Xerxe illo antiquiore, qui etiam Baleus vocabatur, et apud Sicyonios Thuriaco, quem quidam Thurimachum scribunt, septimis regibus. Regnum autem Argivorum simul cum Abrahae nepotibus ortum est, ubi primus regnavit Inachus. Sane quod praetereundum non fuit, etiam apud sepulcrum septimi sui regis Thuriaci sacrificare Sicyonios solere, Varro refert. Regnantibus porro octavis regibus, Armamitre Assyriorum, Sicyoniorum Leucippo, et primo Argivorum Inacho, Deus locutus est ad Isaac, atque ipsi quoque eadem quae patri ejus duo illa promisit, semini scilicet ejus terram Chanaan, et in ejus semine benedictionem cunctarum gentium. Haec ipsa promissa sunt etiam filio ejus; nepoti Abrahae, qui est appellatus primo Jacob, post Israel, cum jam Belocus rex nonus Assyriis, et Phoroneus Inachi filius secundus regnaret Argivis, Leucippo adhuc apud Sicyonios permanente. His temporibus Graecia sub Phoroneo Argolico rege legum et judiciorum quibusdam clarior facta est institutis: Phegous tamen frater hujus Phoronei junior, cum esset mortuus, ad ejus sepulcrum templum est constitutum, in quo coleretur ut deus, et ei boves immolarentur. Credo honore tanto ideo dignum putarunt, quia in regni sui parte (pater quippe loca ambobus distribuerat, in quibus eo vivente regnarent) iste sacella constituerat ad colendos deos, et docuerat observari tempora per menses atque annos, quid eorum quatenus metirentur atque numerarent. Haec in eo nova mirantes rudes adhuc homines, morte obita deum esse factum sive opinati sunt, sive voluerunt.

Pero cuándo o cómo fue fundada, lo dijimos en el décimo sexto libro (Cap. 4). Por lo demás, al hijo de Nino y Semíramis, que sucedió a su madre en el reino, algunos lo llaman Nino mismo, y otros Ninyas, nombre derivado del padre. Pero en aquel tiempo Telxión poseía el reino de los sicionios. Reinando el cual, hubo allí tiempos tan suaves y alegres que, una vez difunto, lo veneraron como a un dios ofreciéndole sacrificios y celebrando juegos, los cuales dicen que fueron instituidos por primera vez para él.

CAPÍTULO III.—Reinando quiénes entre los asirios y sicionios nació Isaac de la promesa para el centenario Abraham, o nacieron de Rebeca para el mismo Isaac sexagenario los gemelos Esaú y Jacob.

En los tiempos de este también nació Isaac de la promesa de Dios para el padre centenario, hijo de Abraham de su esposa Sara, la cual, siendo estéril y ya anciana, había perdido la esperanza de tener prole. Entonces también entre los asirios el quinto rey era Arrio. Para el mismo Isaac sexagenario nacieron gemelos, Esaú y Jacob, a quienes su esposa Rebeca le parió, viviendo aún su abuelo Abraham y contando ciento sesenta años de edad: el cual murió cumplidos los ciento setenta y cinco; reinando Jerjes, aquel más antiguo, que también era llamado Baleo, entre los asirios, y Turíaco entre los sicionios, a quien algunos escriben como Turímaco, siendo los séptimos reyes. Por su parte, el reino de los argivos comenzó al mismo tiempo que los nietos de Abraham, donde reinó primero Ínaco. Ciertamente, lo cual no debió pasarse por alto, refiere Varrón que los sicionios solían sacrificar también ante el sepulcro de su séptimo rey Turíaco. Además, reinando los octavos reyes, Armamitre de los asirios, Leucipo de los sicionios, e Ínaco el primero de los argivos, Dios habló a Isaac y le prometió también a él aquellas mismas dos cosas que a su padre, a saber: la tierra de Canaán para su descendencia, y en su descendencia la bendición de todas las naciones. Estas mismas cosas fueron prometidas también a su hijo, nieto de Abraham, que fue llamado primero Jacob y después Israel, cuando ya reinaba Beloco como noveno rey entre los asirios, y Foroneo, hijo de Ínaco, segundo entre los argivos, permaneciendo aún Leucipo entre los sicionios. En estos tiempos Grecia se hizo más ilustre bajo el rey argivo Foroneo por ciertas instituciones de leyes y juicios: sin embargo, habiendo muerto Fego, hermano menor de este Foroneo, se constituyó un templo ante su sepulcro en el cual fuera venerado como dios y se le inmolaran bueyes. Creo que lo juzgaron digno de tan gran honor por esto, porque en su parte del reino (pues el padre había distribuido lugares a ambos en los cuales reinaran mientras él vivía) aquel había constituido capillas para venerar a los dioses, y había enseñado a observar los tiempos por meses y años, y hasta qué punto debían medirse y contarse cada uno de ellos. Admirando estas novedades en él, los hombres aún rudos, tras su muerte, opinaron o quisieron que se hubiera convertido en dios.

Nam et Io filia Inachi fuisse perhibetur, quae postea Isis appellata, ut magna dea culta est in Aegypto: quamvis alii scribant eam ex Aethiopia in Aegyptum venisse reginam; et quod late justeque imperaverit, eisque multa commoda et litteras instituerit, hunc honorem illi habitum esse divinum posteaquam ibi mortua est, et tantum honorem, ut capitali crimine reus fieret, si quis eam fuisse hominem diceret.

Caput IV.

De temporibus Jacob et filii ejus Joseph.

Regnantibus Assyriorum decimo rege Baleo, et Sicyoniorum nono Messapo, qui etiam Cephisos a quibusdam traditur (si tamen duorum nominum homo unus fuit, ac non potius alterum pro altero putaverunt fuisse hominem, qui in suis posuerunt scriptis alterum nomen), cum rex Argivorum tertius Apis esset, mortuus est Isaac annorum centum octoginta, et reliquit geminos suos annorum centum et viginti: quorum minor Jacob pertinens ad civitatem Dei, de qua scribimus, majore utique reprobato, habebat duodecim filios; quorum illum, qui vocabatur Joseph, mercatoribus in Aegyptum transeuntibus fratres, adhuc Isaac avo eorum vivente, vendiderant. Stetit autem ante Pharaonem Joseph, quando ex humilitate, quam pertulit, sublimatus est, cum triginta esset annorum: quoniam somnia regis divine interpretatus, praenuntiavit septem ubertatis annos futuros, quorum abundantiam praepollentem consequentes alii septem steriles fuerant consumpturi; et ob hoc eum rex praefecerat Aegypto, de carcere liberatum, quo eum conjecerat integritas castitatis; quam fortiter servans male amanti dominae, et male credulo domino mentiturae, veste etiam derelicta de manibus attrahentis aufugiens, non consensit ad stuprum. Secundo autem anno septem annorum sterilium, Jacob in Aegyptum cum suis omnibus venit ad filium, agens annos centum et triginta, sicut interroganti regi ipse respondit (Gen. XLVII, 9); cum Joseph ageret triginta et novem, ad triginta scilicet quos agebat, quando a rege honoratus est, additis septem ubertatis, et duobus famis.

Caput V.

De Api rege Argivorum, quem Aegyptii Serapim nominatum divino honore coluerunt.

Pues también se relata que Ío fue hija de Ínaco, la cual después fue llamada Isis y venerada como gran diosa en Egipto: aunque otros escriben que ella llegó de Etiopía a Egipto como reina; y porque imperó amplia y justamente, y les instituyó muchos beneficios y las letras, se le tributó este honor divino después de que murió allí, y un honor tan grande que cualquiera que dijera que ella había sido un ser humano era reo de un crimen capital.

Capítulo IV.

De los tiempos de Jacob y de su hijo José.

Reinando Baleo como décimo rey de los asirios, y el noveno de los sicionios, Mesapo, a quien también algunos llaman Cefiso (si es que fue un solo hombre de dos nombres, y no pensaron más bien que era un solo hombre por otro quienes pusieron el otro nombre en sus escritos), siendo Apis el tercer rey de los argivos, murió Isaac a los ciento ochenta años, y dejó a sus gemelos de ciento veinte años: de los cuales el menor, Jacob, perteneciente a la Ciudad de Dios sobre la cual escribimos, habiendo sido el mayor ciertamente réprobo, tenía doce hijos; a uno de los cuales, llamado José, sus hermanos lo habían vendido a unos mercaderes que pasaban a Egipto, viviendo aún su abuelo Isaac. José, pues, estuvo ante el Faraón, cuando fue ensalzado desde la humildad que padeció, teniendo treinta años: porque, habiendo interpretado divinamente los sueños del rey, anunció que vendrían siete años de abundancia, cuya abundancia sobresaliente habían de consumir otros siete años estériles subsiguientes; y por esto el rey lo puso al frente de Egipto, tras ser liberado de la cárcel a la que lo había arrojado la integridad de su castidad; la cual conservando valerosamente ante una señora que amaba mal y un señor crédulo al mal que iba a mentir, huyendo incluso dejando su ropa en manos de la que lo arrastraba, no consintió en el estupro. Pero en el segundo año de los siete años estériles, Jacob vino a Egipto con todos los suyos hacia su hijo, contando ciento treinta años, tal como él mismo respondió al rey que le preguntaba (Gén. XLVII, 9); teniendo José treinta y nueve años, sumados ciertamente a los treinta que tenía cuando fue honrado por el rey, los siete de abundancia y los dos de hambre.

Capítulo V.

Del rey de los argivos, Apis, a quien los egipcios veneraron con honor divino bajo el nombre de Serapis.

His temporibus rex Argivorum Apis navibus transvectus in Aegyptum, cum ibi mortuus fuisset, factus est Serapis omnium maximus Aegyptiorum deus. Nominis autem hujus, cur non Apis etiam post mortem, sed Serapis appellatus sit, facillimam rationem Varro reddidit. Quia enim arca in qua mortuus ponitur, quod omnes jam sarcophagum vocant, σορός dicitur graece; et ibi eum venerari sepultum coeperant, priusquam templum ejus esset exstructum: velut Soros et Apis, Sorapis primo, deinde una littera, ut fieri assolet, commutata, Serapis dictus est. Et constitutum est etiam de illo, ut quisquis eum hominem dixisset fuisse, capitalem penderet poenam. Quoniam fere in omnibus templis, ubi colebantur Isis et Serapis, erat etiam simulacrum, quod digito labiis impresso admonere videretur, ut silentium fieret; hoc significare idem Varro existimat, ut homines eos fuisse taceretur. Ille autem bos, quem mirabili vanitate decepta Aegyptus in ejus honorem deliciis affluentibus alebat, quoniam eum sine sarcophago vivum venerabantur, Apis, non Serapis vocabatur. Quo bove mortuo, quoniam quaerebatur et reperiebatur vitulus coloris ejusdem, hoc est, albis quibusdam maculis similiter insignitus; mirum quiddam et divinitus sibi procuratum esse credebant. Non enim magnum erat daemonibus ad eos decipiendos phantasiam talis tauri, quam sola cerneret, ostentare vaccae concipienti atque praegnanti, unde libido matris attraheret quod in ejus fetu jam corporaliter appareret: sicut Jacob de virgis variatis, ut oves et caprae variae nascerentur, effecit (Gen. XXX, 37-42). Quod enim homines coloribus et corporibus veris, hoc daemones figuris fictis facillime possunt animalibus concipientibus exhibere.

Caput VI.

Quo regnante apud Argivos, quove apud Assyrios, Jacob in Aegypto sit mortuus.

Apis ergo rex, non Aegyptiorum, sed Argivorum, mortuus est in Aegypto. Huic filius Argus successit in regnum, ex cujus nomine et Argi, et ex hoc Argivi, appellati sunt: superioribus autem regibus nondum vel locus vel gens habebat hoc nomen. Hoc ergo regnante apud Argivos, et apud Sicyonios Erato, apud Assyrios vero adhuc manente Baleo, mortuus est Jacob in Aegypto annorum centum quadraginta septem, cum moriturus filios suos et nepotes ex Joseph benedixisset, Christumque apertissime prophetasset, dicens in benedictione Judae, Non deficiet princeps ex Juda, et dux de femoribus ejus, donec veniant quae reposita sunt ei: et ipse exspectatio gentium (Gen. XLIX, 10). Regnante Argo suis coepit uti frugibus Graecia, et habere segetes in agricultura, delatis aliunde seminibus.

En estos tiempos Apis, rey de los argivos, trasladado en naves a Egipto, habiendo muerto allí, se convirtió en Serapis, el máximo dios de todos los egipcios. En cuanto a la razón de este nombre, por qué no fue llamado Apis incluso después de muerto, sino Serapis, Varrón dio una explicación muy fácil. Porque el arca en la que se pone al muerto, que todos llaman ya sarcófago, se dice «sorós» en griego; y allí habían comenzado a venerarlo sepultado, antes de que se construyera su templo: como si fuera «Sorós» y «Apis», primero «Sorapis», y luego, cambiada una letra como suele ocurrir, fue llamado «Serapis». Y se decretó también sobre él que cualquiera que dijera que había sido un hombre pagara la pena capital. Y puesto que en casi todos los templos donde se veneraba a Isis y Serapis había también una imagen que, con el dedo apretado sobre los labios, parecía advertir que se guardara silencio, el mismo Varrón estima que esto significa que se callara que ellos habían sido hombres. Pero aquel buey que Egipto, engañado por una admirable vanidad, criaba en su honor con delicias abundantes, puesto que lo veneraban vivo sin sarcófago, era llamado Apis, no Serapis. Muerto este buey, como se buscaba y se encontraba un ternero del mismo color, esto es, distinguido de modo semejante con ciertas manchas blancas, creían que era algo admirable y procurado para ellos divinamente. Pues no era gran cosa para los demonios, a fin de engañarlos, mostrar a la vaca concipiente y preñada el fantasma de tal toro, que solo ella viera, de donde la libido de la madre atrajera lo que ya apareciera corporalmente en su feto: tal como Jacob logró con las varas jaspeadas que nacieran ovejas y cabras manchadas (Gén. XXX, 37-42). Pues lo que los hombres pueden hacer con colores y cuerpos verdaderos, los demonios pueden muy fácilmente exhibirlo a los animales que conciben mediante figuras fingidas.

Capítulo VI.

Bajo qué rey entre los argivos, o bajo cuál entre los asirios, murió Jacob en Egipto.

Apis, pues, rey no de los egipcios sino de los argivos, murió en Egipto. Le sucedió en el reino su hijo Argo, de cuyo nombre fueron llamados tanto Argos como, a partir de esto, los argivos; pues bajo los reyes anteriores ni el lugar ni la nación tenían aún este nombre. Reinando este, pues, entre los argivos, y Erato entre los sicionios, pero permaneciendo aún Baleo entre los asirios, murió Jacob en Egipto a los ciento cuarenta y siete años, habiendo bendecido antes de morir a sus hijos y a sus nietos de parte de José, y habiendo profetizado clarísimamente a Cristo, diciendo en la bendición de Judá: «No faltará príncipe de Judá, ni caudillo de sus muslos, hasta que vengan las cosas que le están reservadas; y él mismo será la expectación de las naciones» (Gén. XLIX, 10). Reinando Argo comenzó Grecia a usar sus propios frutos y a tener cosechas en la agricultura, habiéndose traído semillas de otra parte.

Argus quoque post obitum deus haberi coepit, templo et sacrificiis honoratus. Qui honor eo regnante ante illum delatus est homini privato et fulminato cuidam Homogyro, eo quod primus ad aratrum boves junxerit.

Caput VII.

Quorum regum tempore Joseph in Aegypto defunctus sit.

Regnantibus Assyriorum duodecimo Mamito, et undecimo Sicyoniorum Plemnaeo, et Argis adhuc manente, Argo, mortuus est Joseph in Aegypto annorum centum et decem (Gen. L. 25). Post cujus mortem populus Dei mirabiliter crescens mansit in Aegypto centum quadraginta quinque annos, tranquille prius, donec morerentur quibus Joseph notus fuit: deinde quia invidebatur incrementis ejus, erantque suspecta, quousque inde liberaretur, persecutionibus (inter quas tamen divinitus fecundata multiplicatione crescebat) et laboribus premebatur intolerabilis servitutis. In Assyria vero et Graecia per idem tempus regna eadem permanebant.

Caput VIII.

Quorum regum aetate Moyses natus sit, et quorum deorum iisdem temporibus sit orta religio.

Cum ergo regnaret Assyriis quartus decimus Saphrus, et Sicyoniis duodecimus Orthopolis, et Criasus quintus Argivis, natus est in Aegypto Moyses, per quem populus Dei de servitute Aegyptia liberatus est, in qua eum ad desiderandum sui Creatoris auxilium sic exerceri oportebat. Regnantibus memoratis regibus fuisse a quibusdam creditur Prometheus; quem propterea ferunt de luto formasse homines, quia sapientiae optimus doctor fuisse perhibetur: nec tamen ostenditur qui ejus temporibus fuerint sapientes. Frater ejus Atlas magnus fuisse astrologus dicitur: unde occasionem fabula invenit, ut eum coelum portare confingeret: quamvis mons ejus nomine nuncupetur, cujus altitudine potius coeli portatio in opinionem vulgi venisse videatur. Multa quoque alia ex illis in Graecia temporibus confingi fabulosa coeperunt: sed usque ad Cecropem regem Atheniensium, quo regnante eadem civitas etiam tale nomen accepit, et quo regnante Deus per Moysen eduxit ex Aegypto populum suum, relati sunt in deorum numerum aliquot mortui caeca et vana consuetudine ac superstitione Graecorum.

También Argo comenzó a ser tenido por dios después de su muerte, honrado con templo y sacrificios. Este honor, reinando él, le fue tributado antes que a él a un hombre privado herido por el rayo, llamado Homogiro, porque fue el primero que unió los bueyes al arado.

Capítulo VII.

En tiempo de qué reyes murió José en Egipto.

Reinando Mamito, el duodécimo de los asirios, y Plemneo, el undécimo de los sicionios, y permaneciendo aún Argo en Argos, murió José en Egipto a los ciento diez años (Gén. L. 25). Después de su muerte, el pueblo de Dios, creciendo admirablemente, permaneció en Egipto ciento cuarenta y cinco años, tranquilamente al principio hasta que murieron aquellos a quienes José fue conocido; después, porque se envidiaban sus incrementos y eran sospechosos, hasta que fuera liberado de allí, fue oprimido con persecuciones (entre las cuales, sin embargo, crecía con una multiplicación fecundada divinamente) y con los trabajos de una servidumbre intolerable. Por su parte, en Asiria y Grecia durante el mismo tiempo permanecían los mismos reinos.

Capítulo VIII.

En qué edad de reyes nació Moisés, y de qué dioses surgió la religión en esos mismos tiempos.

Reinando, pues, Safro como el decimocuarto rey de los asirios, y Ortópolis el duodécimo de los sicionios, y Criaso el quinto de los argivos, nació en Egipto Moisés, por quien el pueblo de Dios fue liberado de la servidumbre egipcia, en la cual convenía que fuera así ejercitado para desear el auxilio de su Creador. Reinando los mencionados reyes, algunos creen que existió Prometeo; de quien dicen que por esto formó a los hombres de lodo, porque se relata que fue un excelente doctor de la sabiduría: pero no se muestra quiénes fueron los sabios en sus tiempos. Su hermano Atlas se dice que fue un gran astrólogo: de donde la fábula halló ocasión para fingir que él sostiene el cielo; aunque un monte es llamado con su nombre, por cuya altura más bien parece haber llegado a la opinión del vulgo el sostenimiento del cielo. También muchas otras cosas fabulosas comenzaron a fingirse en Grecia desde aquellos tiempos: pero hasta Cécrope, rey de los atenienses, reinando el cual aquella misma ciudad recibió tal nombre, y bajo cuyo reinado Dios sacó de Egipto a su pueblo por medio de Moisés, fueron incluidos en el número de los dioses algunos difuntos por la ciega y vana costumbre y superstición de los griegos.

In quibus Criasi regis conjux Melantomice, et Phorbas filius eorum, qui post patrem rex Argivorum sextus fuit, et septimi regis Triopae filius Iasus, et rex nonus Sthenelas, sive Stheneleus, sive Sthenelus, varie quippe in diversis auctoribus invenitur. His temporibus etiam Mercurius fuisse perhibetur, nepos Atlantis, ex Maia filia: quod vulgatiores etiam litterae personant. Multarum autem artium peritus claruit, quas et hominibus tradidit: quo merito eum post mortem deum esse voluerunt, sive etiam crediderunt. Posterior fuisse Hercules dicitur, ad ea tamen tempora pertinens Argivorum: quamvis nonnulli eum Mercurio praeferant tempore; quos falli existimo. Sed quolibet tempore nati sint, constat inter historicos graves, qui haec antiqua litteris mandaverunt, ambos homines fuisse, et quod mortalibus ad istam vitam commodius ducendam beneficia multa contulerint, honores ab eis meruisse divinos. Minerva vero longe his antiquior. Nam temporibus Ogygii ad lacum, qui Tritonis dicitur, virginali apparuisse fertur aetate; unde et Tritonia nuncupata est: multorum sane operum inventrix; et tanto proclivius dea credita, quanto minus origo ejus innotuit. Quod enim de capite Jovis nata canitur, poetis et fabulis, non historiae rebusque gestis est applicandum. Quanquam Ogygius ipse quando fuerit, cujus temporibus etiam diluvium magnum factum est, non illud maximum quo nulli homines evaserunt, nisi qui in arca esse potuerunt, quod gentium nec Graeca nec Latina novit historia, sed tamen majus quam postea tempore Deucalionis fuit, inter scriptores historiae non convenit. Nam Varro inde exorsus est librum, cujus mentionem superius feci, et nihil sibi, ex quo perveniat ad res Romanas, proponit antiquius quam Ogygii diluvium, hoc est, Ogygii factum temporibus. Nostri autem qui Chronica scripserunt, prius Eusebius, post Hieronymus, qui utique praecedentes aliquos historicos in hac opinione secuti sunt, post annos amplius quam trecentos jam secundo Argivorum Phoroneo rege regnante Ogygii diluvium fuisse commemorant. Sed quolibet tempore fuerit, jam tamen Minerva tanquam dea colebatur, regnante Atheniensibus Cecrope, sub quo rege etiam ipsam vel instauratam ferunt, vel conditam civitatem.

Caput IX.

Quando Atheniensium civitas sit condita, et quam causam nominis ejus Varro perhibeat.

Entre los cuales estuvieron Melantomice, esposa del rey Criaso, y Forbas, hijo de ambos, que después de su padre fue el sexto rey de los argivos, e Iaso, hijo del séptimo rey Tríopas, y el noveno rey Estenelao, o Esteneleo, o Estenelo, pues se encuentra de varios modos en diversos autores. En estos tiempos se relata que también existió Mercurio, nieto de Atlas por su hija Maya, lo cual proclaman incluso las letras más comunes. Por lo demás, destacó como perito en muchas artes que también transmitió a los hombres: por cuyo mérito quisieron que fuera dios después de muerto, o incluso lo creyeron. De Hércules se dice que fue posterior, perteneciendo sin embargo a aquellos tiempos de los argivos: aunque algunos lo anteponen a Mercurio en tiempo; a los cuales estimo que se equivocan. Pero en cualquier tiempo que hayan nacido, consta entre los historiadores graves que han confiado estas cosas antiguas a las letras que ambos fueron hombres, y que porque confirieron muchos beneficios a los mortales para llevar esta vida más cómodamente, merecieron de ellos honores divinos. Pero Minerva fue mucho más antigua que estos. Pues en tiempos de Ogigio se dice que apareció en edad virginal junto al lago que se llama Tritón; de donde fue también llamada Tritonia: inventora ciertamente de muchas obras; y tanto más prontamente creída diosa cuanto menos se conoció su origen. Pues aquello de que nació de la cabeza de Júpiter debe aplicarse a los poetas y las fábulas, no a la historia y a los hechos realizados. Aunque cuándo existió el mismo Ogigio, en cuyos tiempos ocurrió también un gran diluvio —no aquel máximo del cual ningún hombre escapó excepto los que pudieron estar en el arca, el cual no conoce la historia de las naciones ni griega ni latina, pero sin embargo mayor que el que ocurrió después en tiempo de Deucalión—, no hay acuerdo entre los escritores de historia. Pues Varrón comenzó desde allí el libro del cual hice mención arriba, y no se propone nada más antiguo para llegar a las cosas romanas que el diluvio de Ogigio, esto es, el ocurrido en tiempos de Ogigio. Pero los nuestros que escribieron Crónicas, primero Eusebio y después Jerónimo, que ciertamente siguieron a algunos historiadores precedentes en esta opinión, mencionan que el diluvio de Ogigio ocurrió más de trescientos años después, reinando ya Foroneo como segundo rey de los argivos. Pero en cualquier tiempo que fuera, Minerva ya era venerada como diosa reinando Cécrope entre los atenienses, bajo cuyo rey dicen también que la misma ciudad fue o restaurada o fundada.

Capítulo IX.

Cuándo fue fundada la ciudad de los atenienses, y qué causa asigna Varrón para su nombre.

Nam ut Athenae vocarentur, quod certe nomen a Minerva est, quae graece Ἀθηνᾶ dicitur, hanc causam Varro indicat. Cum apparuisset illic repente olivae arbor, et alio loco aqua erupisset, regem prodigia ista moverunt, et misit ad Apollinem Delphicum sciscitatum quid intelligendum esset, quid faciendum. Ille respondit quod olea Minervam significaret, unda Neptunum, et quod esset in civium potestate, ex cujus nomine potius duorum deorum, quorum signa illa essent, civitas vocaretur. Isto Cecrops oraculo accepto, cives omnes utriusque sexus (mos enim tunc in eisdem locis erat, ut etiam feminae publicis consultationibus interessent) ad ferendum suffragium convocavit. Consulta igitur multitudine mares pro Neptuno, feminae pro Minerva tulere sententias: et quia una plus est inventa feminarum, Minerva vicit. Tunc Neptunus iratus marinis fluctibus exaestuantibus terras Atheniensium populatus est: quoniam spargere latius quaslibet aquas difficile daemonibus non est. Cujus ut iracundia placaretur, triplici supplicio dicit idem auctor ab Atheniensibus affectas esse mulieres: ut nulla ulterius ferrent suffragia, ut nullus nascentium maternum nomen acciperet, ut ne quis eas Athenaeas vocaret. Ita illa civitas mater ac nutrix liberalium doctrinarum, et tot tantorumque philosophorum, qua nihil habuit Graecia clarius atque nobilius, ludificantibus daemonibus de lite deorum suorum, maris et feminae, et de victoria per feminas feminae Athenas nomen accepit: et a victo laesa ipsam victricis victoriam punire compulsa est, plus aquas Neptuni quam Minervae arma formidans. Nam in mulieribus quae sic punitae sunt, et Minerva quae vicerat, victa est; nec adfuit suffragatricibus suis, ut suffragiorum deinceps perdita potestate, et alienatis filiis a nominibus matrum, Athenaeas saltem vocari liceret, et ejus deae mereri vocabulum, quam viri dei victricem fecerant ferendo suffragium. Quae et quanta hinc dici possent, nisi sermo ad alia properaret?

Caput X.

Quid Varro tradat de nuncupatione Areopagi, et de diluvio Deucalionis.

Attamen Marcus Varro non vult fabulosis adversus deos fidem adhibere figmentis, ne de majestatis eorum dignitate indignum aliquid sentiat. Et ideo nec Areopagon, ubi cum Atheniensibus Paulus apostolus disputavit (Act. XVII, 19 seqq.), ex quo loco Areopagitae appellati sunt curiales urbis ejusdem, vult inde accepisse nomen, quod Mars, qui graece Ἄρης dicitur, cum homicidii crimine reus fieret, judicantibus duodecim diis in eo pago, sex sententiis absolutus est; quia ubi paris numeri sententiae fuissent, praeponi absolutio damnationi solebat.

En efecto, para que se llamara Atenas, cuyo nombre ciertamente viene de Minerva, que en griego se dice Atenea, Varrón indica esta causa. Habiendo aparecido allí de repente un olivo y habiendo brotado agua en otro lugar, estos prodigios conmovieron al rey, y envió al Apolo Délfico a preguntar qué debía entenderse y qué debía hacerse. Él respondió que el olivo significaba a Minerva, la onda a Neptuno, y que estaba en la potestad de los ciudadanos por el nombre de cuál de los dos dioses, cuyos signos eran aquellos, se llamaría la ciudad. Recibido este oráculo, Cécrope convocó a todos los ciudadanos de ambos sexos (pues era costumbre entonces en aquellos lugares que también las mujeres intervinieran en las consultas públicas) para emitir su sufragio. Consultada, pues, la multitud, los varones dieron sus votos por Neptuno, las mujeres por Minerva; y porque se halló una mujer más, venció Minerva. Entonces Neptuno, airado, asoló las tierras de los atenienses con oleadas marinas desbordadas; pues no es difícil para los demonios esparcir extensamente cualesquiera aguas. Para que se aplacara su ira, dice el mismo autor que las mujeres fueron castigadas por los atenienses con una triple pena: que en adelante no emitieran ningún sufragio, que ninguno de los nacidos recibiera el nombre materno y que nadie las llamara atenienses. Así, aquella ciudad madre y nodriza de las doctrinas liberales y de tantos y tan grandes filósofos, de la cual nada tuvo Grecia más ilustre ni más noble, por la burla de los demonios sobre el pleito de sus dioses, macho y hembra, y sobre la victoria de una hembra por medio de las hembras, recibió el nombre de Atenas; y herida por el vencido, se vio obligada a castigar la victoria misma de la vencedora, temiendo más las aguas de Neptuno que las armas de Minerva. Pues en las mujeres que fueron así castigadas, también Minerva, que había vencido, resultó vencida; ni auxilió a sus sufragantes para que, perdida ya la potestad de los sufragios y alienados los hijos de los nombres de las madres, al menos se les permitiera llamarse atenienses y merecer el nombre de aquella diosa a la cual habían hecho vencedora sobre un dios varón emitiendo su sufragio. ¡Qué y cuántas cosas podrían decirse de esto, si el discurso no se apresurara hacia otros asuntos!

Capítulo X.

Lo que Varrón relata sobre la denominación del Areópago, y sobre el diluvio de Deucalión.

Sin embargo, Marco Varrón no quiere dar crédito a ficciones fabulosas contra los dioses, para no sentir nada indigno de la dignidad de su majestad. Y por eso no quiere que el Areópago, donde el apóstol Pablo disputó con los atenienses (Hech. XVII, 19 ss.), de cuyo lugar fueron llamados areopagitas los curiales de la misma ciudad, haya recibido su nombre de esto: que Marte, que en griego se llama Ares, al ser hecho reo del crimen de homicidio, fue absuelto por seis votos juzgando doce dioses en aquel pago (pagus); porque donde los votos fueran de número igual, solía anteponerse la absolución a la condena.

Sed contra istam, quae multo est amplius celebrata, opinionem, aliam quamdam de obscurarum notitia litterarum causam nominis hujus conatur astruere, ne Areopagon Athenienses de nomine Martis et pagi, quasi Martis pagum nominasse credantur; in injuriam videlicet numinum, a quibus litigia vel judicia existimat aliena: non minus hoc, quod de Marte dicitur, falsum esse asseverans, quam illud quod de tribus deabus, Junone scilicet, et Minerva, et Venere, quae pro malo aureo adipiscendo, apud judicem Paridem de pulchritudinis excellentia certasse narrantur; et ad placandos ludis deos, qui delectantur seu veris, seu falsis istis criminibus suis, inter theatricos plausus cantantur atque saltantur. Haec Varro non credit, ne deorum naturae seu moribus credat incongrua: et tamen, non fabulosam, sed historicam rationem de Athenarum vocabulo reddens, tantam Neptuni et Minervae litem suis litteris inserit, de cujus nomine potius illa civitas vocaretur, ut, cum prodigiorum ostentatione contenderent, inter eos judicare nec Apollo consultus auderet, sed deorum jurgium finiendum, sicut memoratarum trium dearum ad Paridem Jupiter, ita et iste ad homines mitteret, ubi vinceret Minerva suffragiis, et in poena suarum suffragatricium vinceretur, quae in adversariis suis viris obtinere Athenas potuit, et amicas suas feminas Athenaeas habere non potuit. His temporibus, ut Varro scribit, regnante Atheniensibus Cranao, successore Cecropis, ut autem nostri Eusebius et Hieronymus, adhuc eodem Cecrope permanente, diluvium fuit, quod appellatum est Deucalionis, eo quod ipse regnabat in earum terrarum partibus, ubi maxime factum est. Hoc autem diluvium nequaquam ad Aegyptum atque ad ejus vicina pervenit.

Caput XI.

Quo tempore Moyses populum de Aegypto eduxerit; et de Jesu Nave, qui eidem successit, quorum regum aetate sit mortuus.

Eduxit ergo Moyses ex Aegypto populum Dei, novissimo tempore Cecropis Atheniensium regis, cum apud Assyrios regnaret Ascatades, apud Sicyonios Marathus, apud Argivos Triopas. Educto autem populo in monte Sina divinitus acceptam tradidit legem: quod vetus dicitur Testamentum, quia promissiones terrenas habet; et per Jesum Christum futurum fuerat Testamentum novum, quo regnum coelorum promitteretur.

Pero contra esta opinión, que es mucho más celebrada, intenta aducir otra causa de este nombre a partir del conocimiento de letras oscuras, para que no se crea que los atenienses llamaron al Areópago por el nombre de Marte y del pago, como si fuera el 'pago de Marte'; a saber, en injuria de las deidades, de quienes estima ajenos los litigios o juicios: aseverando que esto que se dice de Marte es no menos falso que aquello que se dice de las tres diosas, a saber, Juno, Minerva y Venus, de las cuales se narra que por obtener la manzana de oro compitieron ante el juez Paris por la excelencia de la belleza; y para aplacar con juegos a los dioses, que se deleitan con estos crímenes suyos, sean verdaderos o falsos, se cantan y se bailan entre aplausos teatrales. Estas cosas Varrón no las cree, para no creer cosas incongruentes con la naturaleza o las costumbres de los dioses: y sin embargo, rindiendo no una razón fabulosa, sino histórica, sobre el nombre de Atenas, inserta en sus escritos tan gran pleito de Neptuno y Minerva, por el nombre de cuál de ellos se llamaría más bien aquella ciudad, que, compitiendo con la ostentación de prodigios, ni el consultado Apolo se atrevió a juzgar entre ellos, sino que para que se terminara la rencilla de los dioses, así como Júpiter envió a Paris la de las tres diosas mencionadas, así este envió aquella a los hombres, donde Minerva venció por los sufragios, y fue vencida en la pena de sus sufragantes, ella que pudo obtener Atenas contra sus varones adversarios, y no pudo tener a sus amigas mujeres como atenienses. En estos tiempos, según escribe Varrón, reinando sobre los atenienses Cranao, sucesor de Cécrope, pero según nuestros Eusebio y Jerónimo, permaneciendo todavía el mismo Cécrope, hubo un diluvio, que fue llamado de Deucalión, por el hecho de que él mismo reinaba en aquellas partes de las tierras donde ocurrió principalmente. Este diluvio, por lo demás, de ninguna manera llegó a Egipto ni a sus regiones vecinas.

Capítulo XI.

En qué tiempo Moisés sacó al pueblo de Egipto; y sobre Josué (Jesús Nave), que le sucedió, en la edad de qué reyes murió.

Sacó, pues, Moisés al pueblo de Dios de Egipto en el último tiempo de Cécrope, rey de los atenienses, cuando entre los asirios reinaba Ascatades, entre los sicionios Marato, y entre los argivos Triopas. Y habiendo sacado al pueblo, le entregó la ley recibida divinamente en el monte Sinaí: la cual se llama Antiguo Testamento, porque tiene promesas terrenas; y por Jesucristo habría de haber un Nuevo Testamento, por el cual se prometiera el reino de los cielos.

Hunc enim ordinem servari oportebat, sicut in unoquoque homine, qui in Deum proficit, id agitur, quod ait Apostolus, ut non sit prius quod spirituale est; sed quod animale, postea spirituale: quoniam sicut dicit, et verum est, Primus homo de terra, terrenus; secundus homo de coelo, coelestis (I Cor. XV, 46 et 47). Rexit autem populum Moyses per annos quadraginta in deserto: et mortuus est annorum centum et viginti, cum Christum etiam ipse prophetasset per figuras observationum carnalium in tabernaculo, et sacerdotio, et sacrificiis, aliisque mysticis plurimisque mandatis. Moysi successit Jesus Nave: et in terram promissionis introductum populum collocavit, ex auctoritate divina debellatis gentibus, a quibus eadem loca tenebantur. Qui cum populum rexisset post mortem Moysi viginti et septem annos, etiam ipse defunctus est: regnante apud Assyrios octavo decimo Amynta, apud Sicyonios sexto decimo Corace, apud Argivos decimo Danao, apud Athenienses quarto Erichthonio.

Caput XII.

De sacris falsorum deorum, quae reges Graeciae illis temporibus instituerunt, quae ab exitu Israel ex Aegypto usque ad obitum Jesu Nave dinumerantur.

Per haec tempora, id est, ab exitu Israel ex Aegypto usque ad mortem Jesu Nave, per quem populus idem terram repromissionis accepit, sacra sunt instituta diis falsis a regibus Graeciae, quae memoriam diluvii, et ab eo liberationis hominum, vitaeque tunc aerumnosae modo ad alta, modo ad plana migrantium, solemni celebritate revocarunt. Nam et Lupercorum per sacram viam ascensum atque descensum sic interpretantur, ut ab eis significari dicant homines, qui propter aquae inundationem summa montium petiverunt, et rursus eadem residente ad ima redierunt. His temporibus Dionysium, qui etiam Liber pater dictus est, et post mortem deus habitus, vitem ferunt ostendisse in Attica terra hospiti suo. Tunc Apollini Delphico instituti sunt ludi musici, ut placaretur ira ejus, qua putabant afflictas esse sterilitate Graeciae regiones, quia non defenderint templum ejus, quod rex Danaus, cum easdem terras bello invasisset, incendit. Hos autem ludos ut instituerent oraculo sunt ejus admoniti.

Pues convenía que se guardara este orden, tal como en cada hombre que progresa en Dios se hace aquello que dice el Apóstol: que no es primero lo espiritual, sino lo animal, y después lo espiritual; porque, como dice, y es verdad, «el primer hombre es de la tierra, terreno; el segundo hombre es del cielo, celestial» (1 Cor. XV, 46 y 47). Gobernó, además, Moisés al pueblo durante cuarenta años en el desierto; y murió de edad de ciento veinte años, habiendo él mismo profetizado a Cristo por las figuras de las observancias carnales en el tabernáculo, y en el sacerdocio, y en los sacrificios, y en otros muchos mandatos místicos. A Moisés sucedió Josué hijo de Nun (Jesús Nave), quien colocó al pueblo introducido en la tierra de promisión, después de haber sometido por autoridad divina a las gentes por las cuales eran ocupados aquellos mismos lugares. El cual, habiendo gobernado al pueblo después de la muerte de Moisés durante veintisiete años, también él falleció, reinando entre los asirios Amintas el decimoctavo, entre los sicionios Córace el decimosexto, entre los argivos Dánao el décimo, y entre los atenienses Erictonio el cuarto.

Capítulo XII.

Sobre los ritos de los falsos dioses, que los reyes de Grecia instituyeron en aquellos tiempos, los cuales se enumeran desde la salida de Israel de Egipto hasta la muerte de Josué (Jesús Nave).

Por estos tiempos, es decir, desde la salida de Israel de Egipto hasta la muerte de Josué (Jesús Nave), por medio de quien el mismo pueblo recibió la tierra de promisión, fueron instituidos ritos a los falsos dioses por los reyes de Grecia, los cuales evocaban con solemne celebridad la memoria del diluvio, y de la liberación de los hombres de él, y de la vida entonces azarosa de los que emigraban ya a las alturas, ya a los llanos. Pues así interpretan el ascenso y descenso de los Lupercos por la vía sacra, que dicen que por ellos se significan los hombres que, a causa de la inundación del agua, buscaron las cimas de los montes, y de nuevo, al descender esta, regresaron a lo bajo. En estos tiempos dicen que Dioniso, que también fue llamado el padre Líber y tenido por dios después de su muerte, mostró la vid en la tierra Ática a su huésped. Entonces se instituyeron juegos musicales al Apolo Délfico, para que se aplacara su ira, con la cual pensaban que habían sido afligidas con esterilidad las regiones de Grecia, porque no defendieron su templo, al cual el rey Dánao, habiendo invadido aquellas mismas tierras en guerra, prendió fuego. Para que instituyeran estos juegos fueron amonestados por su oráculo.

In Attica vero rex Erichthonius ei ludos primus instituit: nec ei tantum, sed etiam Minervae, ubi praemium victoribus oleum ponebatur, quod ejus fructus inventricem Minervam, sicut vini Liberum tradunt. Per eos annos a rege Xantho Cretensium, cujus apud alios aliud nomen invenimus, rapta perhibetur Europa, et inde geniti Rhadamanthus, Sarpedon, et Minos, quos magis ex eadem muliere filios Jovis esse vulgatum est. Sed talium deorum cultores illud quod de rege Cretensium diximus, historicae veritati; hoc autem quod de Jove poetae cantant, theatra concrepant, populi celebrant, vanitati deputant fabularum, ut esset unde ludi fierent placandis numinibus etiam falsis eorum criminibus. His temporibus Hercules in Tyria clarus habebatur; sed nimirum alius, non ille de quo supra locuti sumus. Secretiore quippe historia plures fuisse dicuntur et Liberi patres et Hercules. Hunc sane Herculem, cujus ingentia duodecim facta numerant, inter quae Antaei Afri necem non commemorant, quod ea res ad alterum Herculem pertinet, in Oeta monte a se ipso incensum produnt suis litteris, cum ea virtute, qua monstra subegerat, morbum tamen, quo languebat, sustinere non posset. Illo tempore vel rex, vel potius tyrannus Busiris suis diis suos hospites immolabat, quem filium perhibent fuisse Neptuni, ex matre Libya, filia Epaphi. Verum non credatur hoc stuprum perpetrasse Neptunus, ne dii accusentur: sed poetis et theatris ista tribuantur, ut sit unde placentur. Erichthonii regis Atheniensium, cujus novissimis annis Jesus Nave mortuus reperitur, Vulcanus et Minerva parentes fuisse dicuntur. Sed quoniam Minervam virginem volunt, in amborum contentione Vulcanum commotum effudisse aiunt semen in terram, atque inde homini nato ob eam causam tale inditum nomen. Graeca enim lingua ἔρις contentio, et χθών terra est; ex quibus duobus compositum vocabulum est Erichthonius. Verum, quod fatendum est, refellunt et a suis diis repellunt ista doctiores, qui hanc opinionem fabulosam hinc exortam ferunt, quia in templo Vulcani et Minervae, quod ambo unum habebant Athenis, expositus inventus est puer dracone involutus, qui eum significavit magnum futurum, et propter commune templum, cum essent parentes ejus ignoti, Vulcani et Minervae dictum esse filium: nominis tamen ejus originem fabula illa potius quam ista designat historia. Sed quid ad nos?

Pero en el Ática, el rey Erictonio fue el primero que le instituyó juegos: y no solo a él, sino también a Minerva, donde se ponía aceite como premio a los vencedores, porque cuentan que Minerva fue la inventora de su fruto, como Líber lo fue del vino. Por aquellos años se relata que Europa fue raptada por el rey Janto de los cretenses, cuyo nombre encontramos que es otro según otros autores, y que de ella nacieron Radamanto, Sarpedón y Minos, de quienes es más divulgado que fueron hijos de Júpiter de la misma mujer. Pero los cultores de tales dioses atribuyen aquello que dijimos del rey de los cretenses a la verdad histórica; mas esto que los poetas cantan de Júpiter, los teatros resuenan y los pueblos celebran, lo imputan a la vanidad de las fábulas, para que hubiera de donde se hicieran juegos para aplacar a las deidades incluso con sus falsos crímenes. En estos tiempos Hércules era tenido por famoso en Tiro; pero sin duda otro, no aquel de quien hablamos arriba. Pues en una historia más secreta se dice que hubo varios padres Líberes y Hércules. A este Hércules, cuyos doce ingentes hechos enumeran, entre los cuales no conmemoran la muerte del africano Anteo, porque ese hecho pertenece al otro Hércules, refieren en sus escritos que se incineró a sí mismo en el monte Oeta, al no poder soportar con aquella virtud con la que había sometido a los monstruos, la enfermedad de la que languidecía. En aquel tiempo, o bien un rey, o más bien el tirano Busiris, inmolaba a sus huéspedes a sus dioses, de quien dicen que fue hijo de Neptuno y de su madre Libia, hija de Épafo. Pero no se crea que Neptuno perpetró este estupro, para que los dioses no sean acusados; sino atribúyanse estas cosas a los poetas y a los teatros, para que haya con qué aplacarlos. De Erictonio, rey de los atenienses, en cuyos últimos años se halla que murió Josué (Jesús Nave), se dice que fueron padres Vulcano y Minerva. Pero como quieren que Minerva sea virgen, dicen que en la contienda de ambos, Vulcano, excitado, derramó su semen en la tierra, y que de allí nació un hombre al cual por esa causa se le puso tal nombre. Pues en lengua griega eris es contienda y chthōn es tierra; de estas dos palabras se compone el nombre Erictonio. Pero, lo que hay que confesar, los más doctos refutan y alejan de sus dioses estas cosas, y dicen que esta opinión fabulosa surgió de aquí: porque en el templo de Vulcano y Minerva, que ambos tenían como uno solo en Atenas, fue hallado expuesto un niño envuelto por un dragón, el cual significó que habría de ser grande, y por el templo común, al ser sus padres desconocidos, se dijo que era hijo de Vulcano y Minerva; sin embargo, aquella fábula más bien que esta historia designa el origen de su nombre. Pero ¿qué a nosotros?

Hoc in veracibus libris homines instruat religiosos, illud in fallacibus ludis daemones delectet impuros: quos tamen illi religiosi tanquam deos colunt; et cum de illis haec negant, ab omni eos crimine purgare non possunt, quoniam ludos eis poscentibus exhibent, ubi turpiter aguntur quae velut sapienter negantur, et his falsis ac turpibus dii placantur, ubi etsi fabula cantat crimen numinum falsum, delectari tamen falso crimine, crimen est verum.

Caput XIII.

Qualium fabularum figmenta exorta sint eo tempore, quo Hebraeis Judices praeesse coeperunt.

Post mortem Jesu Nave, populus Dei Judices habuit, quibus temporibus alternaverunt apud eos et humilitates laborum pro eorum peccatis, et prosperitates consolationum propter miserationem Dei. His temporibus fabulae fictae sunt de Triptolemo, quod jubente Cerere, anguibus portatus alitibus, indigentibus terris frumenta volando contulerit: de Minotauro, quod bestia fuerit inclusa Labyrintho; quo cum intrassent homines, inextricabili errore, inde exire non poterant: de Centauris, quod equorum hominumque fuerit natura conjuncta: de Cerbero, quod sit triceps inferorum canis: de Phryxo et Helle ejus sorore, quod vecti ariete volaverint: de Gorgone, quod fuerit crinita serpentibus, et aspicientes convertebat in lapides: de Bellerophonte, quod equo pennis volante sit vectus, qui equus Pegasus dictus est: de Amphione, quod citharae suavitate lapides mulserit et attraxerit: de fabro Daedalo, et ejus Icaro filio, quod sibi coaptatis pennis volaverint: de Oedipo, quod monstrum quoddam, quae Sphinga dicebatur, humana facie quadrupedem, soluta quae ab illa proponi solebat velut insolubili quaestione, suo praecipitio perire compulerit: de Antaeo, quem necavit Hercules, quod filius Terrae fuerit, propter quod cadens in terram fortior soleret assurgere: et si qua forte alia praetermisi. Hae fabulae bellum ad usque Trojanum, ubi secundum librum Marcus Varro de populi Romani gente finivit, ex occasione historiarum, quae res veraciter gestas continent, ita sunt ingeniis hominum fictae, ut non sint opprobriis numinum affixae.

Que aquello instruya a los hombres religiosos en los libros veraces, que esto deleite a los demonios impuros en los juegos engañosos; a los cuales, sin embargo, aquellos religiosos adoran como dioses; y cuando niegan estas cosas de ellos, no pueden purgarlos de todo crimen, puesto que exhiben los juegos a petición de ellos, donde se representan torpemente las cosas que, por así decirlo, se niegan sabiamente, y con estas cosas falsas y torpes se aplaca a los dioses, donde aunque la fábula cante un crimen falso de las deidades, sin embargo, deleitarse con un crimen falso es un crimen verdadero.

Capítulo XIII.

Qué clase de ficciones fabulosas surgieron en el tiempo en que los Jueces empezaron a presidir a los hebreos.

Después de la muerte de Josué (Jesús Nave), el pueblo de Dios tuvo Jueces, en cuyos tiempos alternaron entre ellos tanto las humillaciones de los trabajos por sus pecados, como las prosperidades de los consuelos por la misericordia de Dios. En estos tiempos se inventaron fábulas sobre Triptólemo, que por mandato de Ceres, llevado por serpientes aladas, llevó volando el trigo a las tierras necesitadas; sobre el Minotauro, que fue una bestia encerrada en el Laberinto, en el cual, habiendo entrado los hombres, por un error inextricable, no podían salir de allí; sobre los Centauros, que se unió la naturaleza de caballos y de hombres; sobre Cerbero, que es el perro de tres cabezas de los infiernos; sobre Frixo y Hele su hermana, que volaron llevados por un carnero; sobre la Gorgona, que estuvo crinada de serpientes y convertía en piedras a los que la miraban; sobre Belerofonte, que fue llevado por un caballo que volaba con alas, el cual caballo fue llamado Pegaso; sobre Anfión, que con la dulzura de su cítara acarició y atrajo las piedras; sobre el artesano Dédalo y su hijo Ícaro, que volaron con alas adaptadas a sí mismos; sobre Edipo, que a un cierto monstruo que se llamaba Esfinge, cuadrúpedo con rostro humano, resuelta la cuestión que por ella solía proponerse como insoluble, le obligó a perecer por su propio precipicio; sobre Anteo, a quien mató Hércules, que fue hijo de la Tierra, por lo cual al caer en tierra solía levantarse más fuerte; y si por ventura omití algunas otras cosas. Estas fábulas, hasta la guerra de Troya, donde Marco Varrón terminó el segundo libro sobre la estirpe del pueblo romano, fueron de tal modo inventadas por los ingenios de los hombres con ocasión de las historias que contienen hechos verazmente gestados, que no estén ligadas a los oprobios de las deidades.

Porro autem quicumque finxerunt a Jove ad stuprum raptum pulcherrimum puerum Ganymedem, quod nefas rex Tantalus fecit, et Jovi fabula tribuit; vel Danaes per imbrem aureum appetisse concubitum, ubi intelligitur pudicitia mulieris auro fuisse corrupta; quae illis temporibus vel facta vel ficta sunt, aut facta ab aliis et ficta de Jove, dici non potest quantum mali de hominum praesumpserint cordibus, quod possent ista patienter ferre mendacia, quae tamen etiam libenter amplexi sunt: qui utique quanto devotius Jovem colunt, tanto eos qui haec de illo dicere ausi sunt, severius punire debuerunt. Nunc vero, non solum eis qui ista finxerunt, irati non sunt; sed ut talia figmenta etiam in theatris agerent, ipsos deos potius iratos habere timuerunt. His temporibus Latona Apollinem peperit, non illum cujus oracula solere consuli superius loquebamur, sed illum qui cum Hercule servivit Admeto: qui tamen sic est deus creditus, ut plurimi ac pene omnes unum eumdemque Apollinem fuisse opinentur. Tunc et Liber pater bellavit in India, qui multas habuit in exercitu feminas, quae Bacchae appellatae sunt, non tam virtute nobiles, quam furore. Aliqui sane et victum scribunt istum Liberum et vinctum; nonnulli et occisum in pugna a Perseo, nec ubi fuerit sepultus tacent: et tamen ejus velut dei nomine per immundos daemones Bacchanalia sacra, vel potius sacrilegia sunt instituta: de quorum rabiosa turpitudine post tam multos annos sic senatus erubuit, ut in urbe Roma esse prohiberet. Per ea tempora Perseus et uxor ejus Andromeda posteaquam sunt mortui, sic eos in coelum receptos esse crediderunt, ut imagines eorum stellis designare, eorumque appellare nominibus non erubescerent, non timerent.

Caput XIV.

De theologicis poetis.

Per idem temporis intervallum exstiterunt poetae, qui etiam theologi dicerentur, quoniam de diis carmina faciebant: sed talibus diis, qui licet magni homines, tamen homines fuerunt; aut mundi hujus, quem verus Deus fecit, elementa sunt; aut in principatibus et potestatibus pro voluntate Creatoris et suis meritis ordinati:

Por lo demás, quienesquiera que fingieron que el hermosísimo niño Ganimedes fue raptado por Júpiter para el estupro, cuya maldad hizo el rey Tántalo y la fábula la atribuyó a Júpiter; o que apeteció el concúbito de Dánae por medio de una lluvia de oro, donde se entiende que la pudicia de la mujer fue corrompida por el oro; cuyas cosas en aquellos tiempos o fueron hechas o fueron fingidas, o hechas por otros y fingidas de Júpiter, no puede decirse cuánto mal presumieron de los corazones de los hombres, para que pudieran soportar pacientemente estas mentiras, las cuales, sin embargo, incluso abrazaron de buena gana: quienes ciertamente cuanto más devotamente adoran a Júpiter, tanto más severamente debieron castigar a los que se atrevieron a decir estas cosas de él. Ahora bien, no solo no están airados con los que inventaron estas cosas, sino que temieron tener a los mismos dioses más bien airados si no se representaban tales ficciones incluso en los teatros. En estos tiempos Latona parió a Apolo, no aquel cuyos oráculos decíamos arriba que solían ser consultados, sino aquel que con Hércules sirvió a Admeto; quien, sin embargo, fue de tal modo creído dios, que muchísimos y casi todos opinan que fue uno y el mismo Apolo. Entonces también el padre Líber guerreó en la India, el cual tuvo muchas mujeres en su ejército, que fueron llamadas Bacantes, no tanto nobles por su virtud como por su furor. Algunos, por cierto, escriben incluso que este Líber fue vencido y encadenado; algunos también que fue muerto en la batalla por Perseo, y no callan dónde fue sepultado; y, sin embargo, en su nombre, como si fuera de un dios, por medio de los demonios impuros se instituyeron los ritos de las Bacanales, o más bien sacrilegios; de cuya rabiosa torpeza, después de tantos años, el senado se avergonzó de tal modo que prohibió que existieran en la ciudad de Roma. Por aquellos tiempos, Perseo y su mujer Andrómeda, después que murieron, de tal modo creyeron que fueron recibidos en el cielo, que no se avergonzó ni temió designar sus imágenes con las estrellas y llamarlas por sus nombres.

Capítulo XIV.

Sobre los poetas teólogos.

Por el mismo intervalo de tiempo existieron poetas, que también eran llamados teólogos, porque hacían cantos sobre los dioses: pero sobre tales dioses que, aunque fueron hombres grandes, sin embargo fueron hombres; o son elementos de este mundo que el verdadero Dios hizo; o están ordenados en principados y potestades según la voluntad del Creador y sus propios méritos.

et si quid de uno vero Deo inter multa vana et falsa cecinerunt, colendo cum illo alios qui dii non sunt, eisque exhibendo famulatum qui uni tantum debetur Deo, non ei utique rite servierunt, nec a fabuloso deorum suorum dedecore etiam ipsi se abstinere potuerunt Orpheus, Musaeus, Linus. Verum isti theologi deos coluerunt, non pro diis culti sunt: quamvis Orpheum nescio quomodo infernis sacris, vel potius sacrilegiis, praeficere soleat civitas impiorum. Uxor autem regis Athamantis quae vocabatur Ino, et ejus filius Melicertes praecipitio spontaneo in mari perierunt, et opinione hominum in deos relati sunt: sicut alii homines eorum temporum, Castor et Pollux. Illam sane Melicertis matrem Leucotheam Graeci, Matutam Latini vocaverunt: utrique tamen putantes deam.

Caput XV.

De occasu regni Argivorum, quo tempore apud Laurentes Picus Saturni filius regnum patris primus accepit.

Per ea tempora regnum finitum est Argivorum, translatum ad Mycenas, unde fuit Agamemnon: et exortum est regnum Laurentum, ubi Saturni filius Picus regnum primus accepit, judicante apud Hebraeos femina Debbora: sed per illam Dei Spiritus id agebat: nam etiam prophetissa erat, cujus prophetia (Judicum V) minus aperta est, quam ut possimus eam sine diuturna expositione de Christo demonstrare prolatam.

Jam ergo regnabant Laurentes utique in Italia, ex quibus evidentior ducitur origo Romana post Graecos: et tamen adhuc regnum Assyriorum permanebat, ubi erat rex vicesimus tertius Lampares, cum primus Laurentum Picus esse coepisset. De hujus Pici patre Saturno viderint quid sentiant talium deorum cultores, qui negant hominem fuisse: de quo et alii scripserunt, quod ante Picum filium suum in Italia ipse regnaverit; et Virgilius notioribus litteris dicit: Is genus indocile ac dispersum montibus altis Composuit, legesque dedit, Latiumque vocari Maluit; his quoniam latuisset tutus in oris; Aureaque, ut perhibent, illo sub rege fuere Saecula. (Aeneid. lib. 8, vers. 321-325.)

Sed haec poetica opinentur esse figmenta, et Pici patrem Stercen potius fuisse asseverent, a quo peritissimo agricola inventum ferunt, ut fimo animalium agri fecundarentur, quod ab ejus nomine stercus est dictum: hunc quidam Stercutium vocatum ferunt. Qualibet autem ex causa eum Saturnum appellare voluerint, certe tamen hunc Stercen sive Stercutium merito agriculturae fecerunt deum. Picus quoque similiter ejus filium in talium deorum numerum receperunt, quem praeclarum augurem et belligeratorem fuisse asserunt.

Y si algo cantaron sobre el único Dios verdadero entre muchas cosas vanas y falsas, al adorar con Él a otros que no son dioses, y al exhibirles el servicio que se debe a uno solo Dios, ciertamente no le sirvieron a Él debidamente, ni pudieron ellos mismos abstenerse del fabuloso desdoro de sus dioses: Orfeo, Museo, Lino. Pero estos teólogos adoraron a los dioses, no fueron adorados como dioses; aunque de algún modo la ciudad de los impíos suele poner a Orfeo al frente de los ritos infernales, o más bien sacrilegios. Por lo demás, la mujer del rey Atamante, que se llamaba Ino, y su hijo Melicertes, perecieron por un precipicio espontáneo en el mar, y por la opinión de los hombres fueron referidos entre los dioses; al igual que otros hombres de sus tiempos, Cástor y Pólux. A aquella madre de Melicertes los griegos la llamaron Leucotea, los latinos Matuta; pensando ambos, sin embargo, que era una diosa.

Capítulo XV.

Sobre el ocaso del reino de los argivos, tiempo en el cual Pico, hijo de Saturno, recibió primero el reino de su padre entre los laurentes.

Por aquellos tiempos se terminó el reino de los argivos, trasladado a Micenas, de donde fue Agamemnón: y surgió el reino de los laurentes, donde Pico, hijo de Saturno, recibió primero el reino, juzgando entre los hebreos la mujer Débora: pero a través de ella el Espíritu de Dios hacía aquello: pues también era profetisa, cuya profecía (Jueces V) es menos abierta de lo que podemos demostrar que fue proferida acerca de Cristo sin una larga exposición.

Ya, pues, reinaban los laurentes ciertamente en Italia, de quienes se deriva más evidentemente el origen romano después de los griegos: y sin embargo todavía permanecía el reino de los asirios, donde el rey vigésimo tercero era Lampares, cuando Pico había comenzado a ser el primero de los laurentes. Sobre el padre de este Pico, Saturno, vean qué sienten los cultivadores de tales dioses, que niegan que haya sido hombre: sobre el cual también otros escribieron que él mismo reinó en Italia antes que su hijo Pico; y Virgilio dice en letras más conocidas: 'Él compuso a un género indócil y disperso por los altos montes, y les dio leyes, y prefirió que se llamara Lacio, ya que se había ocultado seguro en estas orillas; y los siglos de oro, según cuentan, fueron bajo aquel rey'. (Eneida, lib. 8, vers. 321-325.)

Pero piensen que estas cosas son ficciones poéticas, y aseveren que el padre de Pico fue más bien Esterces, por quien, peritísimo agricultor, cuentan que se inventó que los campos se fecundaran con el estiércol de los animales, lo cual por su nombre fue llamado stercus (estiércol): cuentan que este fue llamado por algunos Estercucio. Por cualquier causa, sin embargo, que hayan querido llamarlo Saturno, ciertamente sin embargo hicieron a este Esterces o Estercucio dios por mérito de la agricultura. De manera semejante recibieron a su hijo Pico en el número de tales dioses, de quien aseguran que fue un preclaro augur y guerrero.

Picus Faunum genuit, Laurentum regem secundum: etiam iste deus illis vel est, vel fuit. Hos ante Trojanum bellum divinos honores mortuis hominibus detulerunt.

Caput XVI.

De Diomede post Trojae excidium in deos relato, cujus socii traditi sunt in volucres esse conversi.

Troja vero eversa, excidio illo usquequaque cantato puerisque notissimo, quod et magnitudine sui et scriptorum excellentibus linguis insigniter diffamatum atque vulgatum est, gestumque regnante jam Latino Fauni filio, ex quo Latinorum regnum dici coepit, Laurentumque cessavit: Graeci victores, deletam Trojam derelinquentes, et ad propria remeantes, diversis et horrendis cladibus dilacerati atque contriti sunt: et tamen etiam ex eis deorum suorum numerum auxerunt.

Nam et Diomeden fecerunt deum, quem poena divinitus irrogata perhibent ad suos non revertisse; ejusque socios in volucres fuisse conversos, non fabuloso poeticoque mendacio, sed historica attestatione confirmant: quibus nec deus, ut putant, factus, humanam revocare naturam, vel ipse potuit, vel certe a Jove suo rege tanquam coelicola novitius impetravit. Quin etiam templum ejus esse aiunt in insula Diomedea, non longe a monte Gargano, qui est in Apulia, et hoc templum circumvolare, atque incolere has alites tam mirabili obsequio, ut rostrum aqua impleant et aspergant: et eo si Graeci venerint, vel Graecorum stirpe progeniti, non solum quietas esse, verum et insuper adulare; si autem alienigenas viderint, subvolare ad capita, tamque gravibus ictibus, ut etiam perimant, vulnerare. Nam duris et grandibus rostris satis ad haec praelia perhibentur armatae.

Caput XVII.

De incredibilibus commutationibus hominum quid Varro tradiderit.

Hoc Varro ut astruat, commemorat alia non minus incredibilia de maga illa famosissima Circe, quae socios quoque Ulyssis mutavit in bestias, et de Arcadibus, qui sorte ducti transnatabant quoddam stagnum, atque ibi convertebantur in lupos, et cum similibus feris per illius regionis deserta vivebant. Si autem carne non vescerentur humana, rursus post novem annos eodem renato stagno reformabantur in homines.

Pico engendró a Fauno, segundo rey de los laurentes: también este es, o fue, dios para ellos. Antes de la guerra de Troya tributaron estos honores divinos a hombres muertos.

Capítulo XVI.

Sobre Diomedes, referido entre los dioses después de la destrucción de Troya, cuyos socios se cuenta que fueron convertidos en aves.

Subvertida verdaderamente Troya por aquel exterminio en todas partes cantado y conocidísimo por los niños, que tanto por su propia magnitud como por las excelentes lenguas de los escritores ha sido notablemente difamado y divulgado, y llevado a cabo reinando ya Latino, hijo de Fauno, de quien comenzó a llamarse el reino de los latinos y cesó el de los laurentes: los griegos vencedores, abandonando la Troya destruida y regresando a lo suyo, fueron lacerados y quebrantados por diversos y horrendos desastres; y sin embargo, incluso de entre ellos aumentaron el número de sus dioses.

Pues también hicieron a Diomedes dios, de quien cuentan que no regresó a los suyos por una pena divinamente impuesta; y confirman por atestación histórica, no por mentira fabulosa y poética, que sus compañeros fueron convertidos en aves: a los cuales, ni el que según piensan se hizo dios, pudo él mismo revocarles la naturaleza humana, o ciertamente lo obtuvo de su rey Júpiter como novicio habitante del cielo. Más aún, dicen que su templo está en la isla Diomedea, no lejos del monte Gargano, que está en Apulia, y que estas aves vuelan alrededor y habitan este templo con tan admirable obsequio, que llenan el pico de agua y la rocían: y si allí vinieran griegos, o descendientes de la estirpe de los griegos, no sólo están quietas, sino que además los adulan; pero si vieren extranjeros, vuelan hacia sus cabezas y los hieren con golpes tan graves que incluso los matan. Pues se cuenta que están armadas con picos duros y grandes, suficientes para estas batallas.

Capítulo XVII.

Sobre las increíbles conmutaciones de los hombres, qué es lo que transmitió Varrón.

Para apoyar esto, Varrón conmemora otras cosas no menos increíbles sobre aquella famosísima maga Circe, que también mudó a los socios de Ulises en bestias, y sobre los arcadios que, echados a suerte, atravesaban a nado un estanque y allí se convertían en lobos, y vivían con fieras semejantes por los desiertos de aquella región. Pero si no se alimentaban de carne humana, de nuevo después de nueve años, habiendo vuelto a nadar por el mismo estanque, se reformaban en hombres.

Denique etiam nominatim expressit quemdam Demaenetum, cum gustasset de sacrificio, quod Arcades immolato puero, deo suo Lycaeo facere solerent, in lupum fuisse mutatum, et anno decimo in figuram propriam restitutum, pugilatu sese exercuisse, et Olympiaco vicisse certamine. Nec idem propter aliud arbitratur historicus in Arcadia tale nomen affictum Pani Lycaeo et Jovi Lycaeo, nisi propter hanc in lupos hominum mutationem, quod eam nisi vi divina fieri non putarent. Lupus enim graece λύκος dicitur, unde Lycaei nomen apparet inflexum. Romanos etiam Lupercos ex illorum mysteriorum velut semine dicit exortos.

Caput XVIII.

Quid credendum sit de transformationibus, quae arte daemonum hominibus videntur accidere

1. Sed de ista tanta ludificatione daemonum, nos quid dicamus, qui haec legent, fortassis exspectent. And quid dicemus, nisi de medio Babylonis esse fugiendum? Quod praeceptum propheticum (Isai. XLVIII, 20) ita spiritualiter intelligitur, ut de hujus saeculi civitate, quae profecto et angelorum et hominum societas impiorum est, fidei passibus, quae per dilectionem operatur, in Deum vivum proficiendo fugiamus. Quanto quippe in haec ima potestatem daemonum majorem videmus, tanto tenacius Mediatori est inhaerendum, per quem de imis ad summa conscendimus. Si enim dixerimus ea non esse credenda, non desunt etiam nunc, qui ejusmodi quaedam, vel certissima audisse, vel etiam expertos se esse asseverent. Nam et nos cum essemus in Italy, audiebamus talia de quadam regione illarum partium, ubi stabularias mulieres imbutas his malis artibus, in caseo dare solere dicebant, quibus vellent seu possent viatoribus, unde in jumenta illico verterentur, et necessaria quaeque portarent, postque perfuncta opera iterum ad se redirent: nec tamen in eis mentem fieri bestialem, sed rationalem humanamque servari, sicut Apuleius in libris quos Asini aurei titulo inscripsit, sibi ipsi accidisse, ut accepto veneno, humano animo permanente asinus fieret, aut indicavit, aut finxit.

Finalmente, incluso expresó nominalmente a un cierto Demeneto, que habiendo gustado del sacrificio que los arcadios solían hacer a su dios Liceo inmolando a un niño, fue mudado en lobo, y en el décimo año, restituido a su propia figura, se ejercitó en el pugilato y venció en el certamen olímpico. Ni por otra cosa piensa el mismo historiador que en Arcadia se haya puesto tal nombre a Pan Liceo y a Júpiter Liceo, sino por esta mudanza de hombres en lobos, porque no pensaban que ello pudiera hacerse sino por fuerza divina. Pues lobo en griego se dice lykos (λύκος), de donde el nombre de Liceo aparece flexionado. Dice que también los Lupercos romanos surgieron como de la semilla de aquellos misterios.

Capítulo XVIII.

Qué es lo que debe creerse sobre las transformaciones que por arte de los demonios parecen suceder a los hombres.

1. Pero sobre esta tan grande ludificación de los demonios, qué es lo que digamos, quizás esperen quienes lean estas cosas. ¿Y qué diremos, sino que se debe huir de en medio de Babilonia? El cual precepto profético (Is. XLVIII, 20) se entiende espiritualmente de modo que de la ciudad de este siglo, que ciertamente es sociedad de ángeles y hombres impíos, huyamos con los pasos de la fe, que obra por la caridad, aprovechando en Dios vivo. Pues cuanto mayor vemos que es la potestad de los demonios en estas cosas ínfimas, tanto más tenazmente debemos adherirnos al Mediador, por quien ascendemos de lo ínfimo a lo sumo. Pues si dijéramos que aquellas cosas no deben ser creídas, no faltan incluso ahora quienes aseguran haber oído algunas cosas de esta clase como certísimas, o incluso haberlas experimentado ellos mismos. Pues también nosotros, cuando estábamos en Italia, oíamos tales cosas de una cierta región de aquellas partes, donde decían que unas mujeres estableras imbuidas en estas malas artes, solían dar en queso a los viajeros que querían o podían, por lo cual al punto se convertían en jumentos y portaban todas las cosas necesarias, y después de las obras cumplidas de nuevo volvían a sí mismos; y sin embargo en ellos no se hacía mente bestial, sino que se conservaba la racional y humana, tal como Apuleyo, en los libros que inscribió con el título de 'El asno de oro', o indicó o fingió que le había sucedido a sí mismo, que habiendo tomado un veneno, permaneciendo el ánimo humano, se hiciera asno.

2. Haec vel falsa sunt, vel tam inusitata, ut merito non credantur. Firmissime tamen credendum est, omnipotentem Deum omnia posse facere quae voluerit, sive vindicando, sive praestando, nec daemones aliquid operari secundum naturae suae potentiam (quia et ipsa angelica creatura est, licet proprio sit vitio maligna), nisi quod ille permiserit, cujus judicia occulta sunt multa, injusta nulla. Nec sane daemones naturas creant, si aliquid tale faciunt, de qualibus factis ista vertitur quaestio; sed specie tenus, quae a vero Deo sunt creata, commutant, ut videantur esse quod non sunt. Non itaque solum animum, sed nec corpus quidem ulla ratione crediderim daemonum arte vel potestate in membra et lineamenta bestialia veraciter posse converti: sed phantasticum hominis, quod etiam cogitando sive somniando per rerum innumerabilia genera variatur, et cum corpus non sit, corporum tamen similes mira celeritate formas capit, sopitis aut oppressis corporeis hominis sensibus, ad aliorum sensum nescio quo ineffabili modo figura corporea posse perduci: ita ut corpora ipsa hominum alicubi jaceant, viventia quidem, sed multo gravius atque vehementius quam somno suis sensibus obseratis; phantasticum autem illud veluti corporatum in alicujus animalis effigie appareat sensibus alienis, talisque etiam sibi homo esse videatur, sicut talis sibi videri posset in somnis, et portare onera: quae onera, si vera sunt corpora, portantur a daemonibus, ut illudatur hominibus, partim vera onerum corpora, partim jumentorum falsa cernentibus. Nam quidam nomine Praestantius patri suo contigisse indicabat, ut venenum illud per caseum in domo sua sumeret, et jaceret in lecto suo quasi dormiens, qui tamen nullo modo poterat excitari. Post aliquot autem dies eum velut evigilasse dicebat, et quasi somnia narrasse quae passus est, caballum se scilicet factum, annonam inter alia jumenta bajulasse militibus, quae dicitur Retica, quoniam ad Retias deportatur. Quod ita, ut narravit, factum fuisse compertum est: quae tamen ei sua somnia videbantur. Indicavit et alius se domi suae per noctem, antequam requiesceret, vidisse venientem ad se quemdam philosophum sibi notissimum, sibique exposuisse nonnulla Platonica, quae antea rogatus exponere noluisset. Et cum ab eodem philosopho quaesitum fuisset, cur in domo ejus fecerit quod in domo sua petenti negaverat: Non feci, inquit, sed me fecisse somniavi. Ac per hoc alteri per imaginem phantasticam exhibitum est vigilanti, quod alter vidit in somnis.

2. Estas cosas o son falsas, o tan inusitadas que con mérito no se creen. Firmísimamente, sin embargo, se debe creer que Dios omnipotente puede hacer todas las cosas que quisiere, ya sea castigando, ya sea concediendo; ni que los demonios obran algo según la potencia de su naturaleza (porque también ella misma es criatura angélica, aunque por su propio vicio sea maligna), sino lo que Él permitiere, cuyos juicios ocultos son muchos, injustos ninguno. Ni por cierto los demonios crean naturalezas, si hacen algo tal, sobre cuyos hechos se versa esta cuestión; sino que conmutan sólo en apariencia las cosas que han sido creadas por el verdadero Dios, para que parezcan ser lo que no son. No por tanto creería yo por ninguna razón que no sólo el ánimo, sino ni siquiera el cuerpo pueda verdaderamente convertirse por arte o potestad de los demonios en miembros y lineamientos bestiales; sino que lo fantástico del hombre, que también pensando o soñando se varía por innumerables géneros de cosas, y aunque no sea cuerpo, sin embargo toma formas semejantes a los cuerpos con maravillosa celeridad, estando adormecidos u oprimidos los sentidos corpóreos del hombre, puede por algún modo inefable ser llevado al sentido de otros con figura corpórea: de modo que los cuerpos mismos de los hombres yazgan en algún lugar, viviendo por cierto, pero mucho más grave y vehementemente que en el sueño con sus sentidos cerrados; pero que aquel fantástico, como corporado en la efigie de algún animal, aparezca a los sentidos ajenos, y tal le parezca al hombre ser también él mismo, tal como tal podría parecérsele a sí mismo en sueños, y llevar cargas: cuyas cargas, si son verdaderos cuerpos, son portadas por los demonios, para que se ilusione a los hombres, viendo en parte verdaderos cuerpos de cargas, en parte falsos de jumentos. Pues un cierto hombre de nombre Prestancio indicaba que le había acontecido a su padre que tomó aquel veneno por el queso en su casa, y yació en su lecho como durmiendo, el cual sin embargo de ningún modo podía ser despertado. Después de algunos días decía que él como que despertó, y narró como sueños lo que padeció, a saber, que se había hecho caballo, y que entre otros jumentos había llevado para los soldados la provisión de grano que se llama Rética, porque se transporta a las Retias. Lo cual se comprobó que había sido hecho así como narró; cosas que, sin embargo, le parecían a él sueños suyos. E indicó otro que en su casa por la noche, antes de que descansara, vio venir a sí a un cierto filósofo conocidísimo suyo, y que le expuso algunas cosas platónicas que antes, habiéndosele pedido, no había querido exponer. Y habiéndosele preguntado al mismo filósofo por qué hizo en su casa lo que había negado al que se lo pedía en la suya: 'No lo hice', dijo, 'sino que soñé que lo había hecho'. Y por esto se exhibió a uno mientras estaba despierto, a través de una imagen fantástica, lo que el otro vio en sueños.

3. Haec ad nos non quibuscumque, qualibus credere putaremus indignum, sed eis referentibus pervenerunt, quos nobis non existimaremus fuisse mentitos. Proinde quod homines dicuntur, mandatumque est litteris, ab diis vel potius daemonibus Arcadibus, in lupos solere converti, et quod Carminibus Circe socios mutavit Ulyssei, (Virgil. Eclog. 8, v. 70.) secundum istum modum mihi videtur fieri potuisse, quem dixi; si tamen factum est.

Diomedeas autem volucres, quandoquidem genus earum per successionem propaginis durare perhibetur, non mutatis hominibus factas, sed subtractis credo fuisse suppositas; sicut cerva pro Iphigenia, regis Agamemnonis filia. Neque enim daemonibus judicio Dei permissis hujusmodi praestigiae difficiles esse potuerunt: sed quia illa virgo postea viva reperta est, suppositam pro illa cervam, esse facile cognitum est. Socii vero Diomedis quia nusquam subito comparuerunt, et postea nullo loco apparuerunt, perdentibus eos ultoribus angelis malis, in eas aves quae pro illis sunt occulte ex aliis locis, ubi est hoc genus avium, ad ea loca perductae ac repente suppositae, creduntur esse conversi. Quod autem Diomedis in templum aquam rostris afferunt et aspergunt, quod blandiuntur Graecigenis, alienigenas persequuntur, mirandum non est fieri daemonum instinctu; quorum interest, persuadere deum factum esse Diomedem, ad decipiendos homines, ut falsos deos cum veri Dei injuria multos colant, et hominibus mortuis, qui nec cum viverent, vere vixerunt, templis, altaribus, sacrificiis, sacerdotibus (quae omnia cum recta sunt, nonnisi uni Deo vivo et vero debentur) inserviant.

Caput XIX.

Quod eo tempore Aeneas in Italiam venerit, quo Labdon Judex praesidebat Hebraeis.

Eo tempore post captam Trojam atque deletam, Aeneas cum viginti navibus, quibus portabantur reliquiae Trojanorum, in Italiam venit, regnante ibi Latino, et apud Athenienses Menestheo, apud Sicyonios Polyphide, apud Assyrios Tautane; apud Hebraeos autem Judex Labdon fuit. Mortuo autem Latino regnavit Aeneas tribus annis, eisdem in supradictis locis manentibus regibus, nisi quod Sicyoniorum jam Pelasgus erat, et Hebraeorum Judex Samson: qui cum mirabiliter fortis esset, putatus est Hercules.

3. Estas cosas nos han llegado no por cualesquiera, a quienes juzgáramos indignos de creer, sino por aquellos que las referían, de quienes no pensaríamos que nos hubieran mentido. Por lo cual, lo que se dice de los hombres, y está encomendado a las letras, que suelen ser convertidos en lobos por los dioses o más bien demonios de los arcadios, y que con sus Cantos Circe mudó a los socios de Ulises (Virgilio, Égl. 8, v. 70), me parece que pudo hacerse según aquel modo que dije; si es que se hizo.

Pero en cuanto a las aves diomedeas, puesto que se cuenta que su género dura por la sucesión de la prole, creo que no fueron hechas de hombres mudados, sino que fueron suplantadas tras haber sido retirados los hombres; tal como la cierva por Ifigenia, hija del rey Agamemnón. Ni pudieron ser difíciles tales prestigios para los demonios permitidos por el juicio de Dios: pero porque aquella virgen después fue hallada viva, fácilmente se conoció que la cierva fue suplantada por ella. Pero los socios de Diomedes, porque en ninguna parte comparecieron de repente, y después en ningún lugar aparecieron, perdiéndolos los ángeles malos vengadores, se cree que fueron convertidos en aquellas aves que, desde otros lugares donde existe este género de aves, fueron conducidas y suplantadas de repente por ellos ocultamente. Lo que, por lo demás, traen agua en sus picos al templo de Diomedes y la rocían, lo que adulan a los de origen griego y persiguen a los extranjeros, no es de admirar que se haga por instinto de los demonios; a quienes les interesa persuadir que Diomedes se ha hecho dios, para engañar a los hombres, de modo que adoren a muchos falsos dioses con injuria del verdadero Dios, y sirvan a hombres muertos, que ni cuando vivían vivieron verdaderamente, con templos, aras, sacrificios y sacerdotes (todas las cuales cosas, cuando son rectas, no se deben sino al único Dios vivo y verdadero).

Capítulo XIX.

Que en aquel tiempo vino Eneas a Italia, cuando Labdón, el Juez, presidía a los hebreos.

En aquel tiempo, después de tomada y destruida Troya, Eneas vino a Italia con veinte naves, en las que se transportaban las reliquias de los troyanos, reinando allí Latino, y entre los atenienses Menesteo, entre los sicionios Polífides, entre los asirios Tautanes; entre los hebreos, por su parte, el Juez fue Labdón. Muerto Latino, reinó Eneas tres años, permaneciendo los reyes en los mismos lugares arriba mencionados, a excepción de que ya Pelasgo era el de los sicionios, y Sansón el Juez de los hebreos: quien, siendo maravillosamente fuerte, fue tenido por Hércules.

Sed Aeneam, quoniam quando mortuus est, non comparuit, deum sibi fecerunt Latini. Sabini etiam regem suum primum Sancum, sive ut aliqui appellant Sanctum, retulerunt in deos. Per idem tempus Codrus, rex Atheniensium, Peloponnensibus ejusdem hostibus civitatis se interficiendum ignotus objecit: et factum est. Hoc modo eum praedicant patriam liberasse. Responsum enim acceperant Peloponnenses tum demum se superaturos, si eorum regem non occidissent. Fefellit ergo eos habitu pauperis apparendo, et in suam necem per jurgium provocando. Unde ait Virgilius: Et jurgia Codri (Ecl. V, v. 11). Et hunc Athenienses tanquam deum sacrificiorum honore coluerunt.

Quarto Latinorum rege Silvio Aeneae filio, non de Creusa, de qua fuit Ascanius, qui tertius ibi regnavit, sed de Lavinio Latini filia, quem posthumum Aeneas dicitur habuisse; Assyriorum autem vicesimo et nono Oneo et Melantho Atheniensium sexto decimo. Judice autem Hebraeorum Heli sacerdote, regnum Sicyoniorum consumptum est, quod per annos nongentos quinquaginta et novem traditur fuisse porrectum.

Caput XX.

De successione ordinis regii apud Israelitas post Judicium tempora.

Mox eisdem per loca memorata regnantibus, Israelitarum regnum, finito tempore Judicum, a Saüle rege sumpsit exordium: quo tempore fuit Samuel propheta. Ab illo igitur tempore hi regnes Latinorum esse coeperunt, quos cognominabant Silvios: ab eo quippe qui filius Aeneae primus dictus est Silvius, caeteris subsecutis et propria nomina imponebantur, et hoc non defuit cognomentum; sicut longe postea Caesares cognominati sunt, qui successerunt Caesari Augusto.

Reprobato autem Saüle, ne quisquam ex ejus stirpe regnaret, eoque defuncto, David successit in regnum post annos a Saülis imperio quadraginta. Tunc Athenienses habere deinde reges post Codri interitum destiterunt, et magistratus habere coeperunt administrandae reipublicae. Post David, qui etiam ipse quadraginta regnavit annos, filius ejus Salomon rex Israelitarum fuit, qui templum illud nobilissimum Dei Jerosolymitanum condidit. Cujus tempore apud Latinos condita est Alba, ex qua deinceps non Latinorum, sed Albanorum reges appellari, in eodem tamen Latio, coeperunt. Salomoni successit filius ejus Roboam, sub quo in duo regna populus ille divisus est, et singulae partes suos singulos reges habere coeperunt.

Pero a Eneas, puesto que cuando murió no compareció, los latinos lo hicieron dios para sí. Los sabinos también refirieron a su primer rey Sanco, o como algunos lo llaman, Sancto, entre los dioses. Por el mismo tiempo Codro, rey de los atenienses, se ofreció desconocido para ser muerto por los peloponesios, enemigos de la misma ciudad: y así se hizo. De este modo proclaman que él liberó a su patria. Pues los peloponesios habían recibido respuesta de que sólo entonces vencerían, si no mataban a su rey. Los engañó, pues, apareciendo con hábito de pobre y provocándolos a su propia muerte mediante una riña. De donde dice Virgilio: 'Y las riñas de Codro' (Égl. V, v. 11). Y a este los atenienses lo adoraron con el honor de los sacrificios como si fuera un dios.

Siendo el cuarto rey de los latinos Silvio, hijo de Eneas —no de Creúsa, de quien fue Ascanio, que reinó allí el tercero, sino de Lavinia, hija de Latino, a quien se dice que Eneas tuvo como póstumo—; además, Oneo fue el vigésimo noveno de los asirios y Melanto el decimosexto de los atenienses. Siendo Juez de los hebreos el sacerdote Helí, se consumió el reino de los sicionios, el cual se cuenta que se prolongó a través de novecientos cincuenta y nueve años.

Capítulo XX.

Sobre la sucesión del orden regio entre los israelitas después de los tiempos de los Jueces.

Pronto, reinando los mismos por los lugares mencionados, el reino de los israelitas, acabado el tiempo de los Jueces, tomó su exordio del rey Saúl: tiempo en el cual fue el profeta Samuel. Desde aquel tiempo, pues, comenzaron a ser estos reyes de los latinos a quienes apellidaban Silvios: pues desde aquel que, como hijo de Eneas, fue llamado primero Silvio, a los demás subsiguientes tanto se les imponían nombres propios como no les faltaba este apellido; al igual que mucho después fueron apellidados Césares los que sucedieron a César Augusto.

Reprobado Saúl para que nadie de su estirpe reinara, y habiendo este fallecido, David sucedió en el reino después de cuarenta años desde el imperio de Saúl. Entonces los atenienses dejaron de tener reyes tras la muerte de Codro, y comenzaron a tener magistrados para administrar la república. Después de David, quien también él mismo reinó cuarenta años, su hijo Salomón fue rey de los israelitas, el cual edificó aquel nobilísimo templo de Dios en Jerusalén. En su tiempo fue fundada Alba entre los latinos, de donde en adelante comenzaron a ser llamados reyes no de los latinos, sino de los albanos, aunque en el mismo Lacio. A Salomón le sucedió su hijo Roboam, bajo el cual aquel pueblo se dividió en dos reinos, y cada una de las partes comenzó a tener sus propios reyes.

Caput XXI.

De regibus Latii, quorum primus Aeneas, et duodecimus Aventinus dii facti sunt.

Latium post Aeneam, quem deum fecerant, undecim reges habuit, quorum nullus deus factus est. Aventinus autem qui duodecimo loco Aeneam sequitur, cum esset prostratus in bello, et sepultus in eo monte, qui etiam nunc ejus nomine nuncupatur, deorum talium, quales sibi faciebant, numero est additus. Alii sane noluerunt eum in praelio scribere occisum, sed non comparuisse dixerunt: sed nec ex ejus vocabulo appellatum montem, sed ex adventu avium dictum Aventinum. Post hunc non est deus factus in Latio, nisi Romulus conditor Romae.

Inter istum autem et illum reges reperiuntur duo: quorum primus est, ut Virgiliano eum versu eloquar, Proximus ille Procas, Trojanae gloria gentis. (Aeneid. lib. 6, vers. 767.) Cujus tempore quia jam quodammodo Roma parturiebatur, illud omnium regnorum maximum Assyriorum finem tantae diuturnitatis accepit. Ad Medos quippe translatum est post annos ferme mille trecentos quinque, ut etiam Beli, qui Ninum genuit, et illic parvo contentus imperio primus rex fuit, tempora computentur.

Procas autem regnavit ante Amulium. Porro Amulius fratris sui Numitoris filiam Rheam nomine, quae etiam Ilia vocabatur, Romuli matrem, Vestalem virginem fecerat, quam volunt de Marte geminos concepisse, isto modo struprum ejus honorantes, vel excusantes, et adhibentes argumentum, quod infantes expositos lupa nutriverit. Hoc enim genus bestiae ad Martem existimant pertinere, ut videlicet ideo lupa credatur admovisse ubera parvulis, quia filios domini sui Martis agnovit: quamvis non desint qui dicant, cum expositi vagientes jacerent, a nescio qua primum meretrice fuisse collectos, et primas ejus suxisse mamillas (meretrices autem lupas vocabant, unde etiam nunc turpia loca earum lupanaria nuncupantur), et eos postea ad Faustulum pervenisse pastorem, atque ab ejus Acca uxore nutritos. Quamquam si ad arguendum hominem regem, qui eos in aquam projici crudeliter jusserat, eis infantibus per quos tanta civitas condenda fuerat, de aqua divinitus liberatis, per lactantem feram Deus voluit subvenire, quid mirum est? Amulio successit in regnum Latiale frater ejus Numitor, avus Romuli, cujus Numitoris primo anno condita est Roma; ac per hoc cum suo deinceps, id est Romulo, nepote regnavit.

Capítulo XXI.

Sobre los reyes del Lacio, de los cuales el primero, Eneas, y el duodécimo, Aventino, fueron hechos dioses.

El Lacio después de Eneas, a quien habían hecho dios, tuvo once reyes, de los cuales ninguno fue hecho dios. Pero Aventino, que sigue a Eneas en el duodécimo lugar, habiendo sido postrado en la guerra y sepultado en aquel monte que aún ahora se denomina con su nombre, fue añadido al número de tales dioses como se hacían para sí. Otros, por cierto, no quisieron escribir que fuera muerto en la batalla, sino que dijeron que no compareció; pero ni que el monte fuera llamado por su nombre, sino que el Aventino fue llamado por el advenimiento de las aves. Después de este no fue hecho dios en el Lacio sino Rómulo, fundador de Roma.

Entre aquel y este se encuentran dos reyes: de los cuales el primero es, para hablar de él con un verso virgiliano: 'Próximo aquel Procas, gloria de la gente troyana'. (Eneida, lib. 6, vers. 767.) En cuyo tiempo, porque ya de algún modo Roma estaba de parto, aquel máximo de todos los reinos, el de los asirios, recibió el fin de tan larga duración. Pues fue trasladado a los medos después de casi mil trescientos cinco años, si se computan también los tiempos de Belo, que engendró a Nino y, contento allí con un pequeño imperio, fue el primer rey.

Procas, por su parte, reinó antes que Amulio. Además, Amulio había hecho virgen vestal a la hija de su hermano Numítor, de nombre Rea, que también era llamada Ilia, madre de Rómulo; a la cual quieren que haya concebido gemelos de Marte, honrando o excusando de este modo su estupro y aduciendo el argumento de que una loba amamantó a los infantes expuestos. Pues piensan que este género de bestia pertenece a Marte, para que, a saber, por eso se crea que la loba acercó las tetas a los pequeños porque reconoció a los hijos de su señor Marte: aunque no faltan quienes dicen que, cuando yacían llorando expuestos, fueron primero recogidos por una cierta meretriz y mamaron sus primeros pechos (a las meretrices, por cierto, las llamaban lobas, de donde incluso ahora sus torpes lugares se denominan lupanares), y que ellos después llegaron al pastor Fástulo y fueron criados por su mujer Aca. Aunque si para argüir al hombre rey, que había mandado cruelmente arrojarlos al agua, habiendo sido librados del agua divinamente aquellos infantes por quienes se había de fundar tan gran ciudad, Dios quiso socorrerlos por medio de una fiera lactante, ¿qué tiene de admirable? A Amulio le sucedió en el reino lacio su hermano Numítor, abuelo de Rómulo, en cuyo primer año de Numítor fue fundada Roma; y por esto reinó en adelante con su nieto, esto es, con Rómulo.

Caput XXII.

Quod eo tempore Roma sit condita, quo regnum Assyriorum intercidit, et quo Ezechias regnabat in Juda.

Ne multis morer, condita est civitas Roma, velut altera Babylon, et velut prioris filia Babylonis, per quam Deo placuit orbem debellare terrarum, et in unam societatem reipublicae legumque perductum longe lateque pacare. Erant enim jam populi validi et fortes, et armis gentes exercitatae, quae non facile cederent, et quas opus esset ingentibus periculis et vastatione utrimque non parva atque horrendo labore superari.

Nam quando regnum Assyriorum totam pene Asiam subjugavit, licet bellando sit factum, non tamen multum asperis et difficilibus bellis fieri potuit, quia rudes adhuc ad resistendum gentes erant, nec tam multae, vel tam magnae: siquidem post illud maximum atque universale diluvium, cum in arca Noe octo soli homines evaserunt, anni non multo amplius quam mille transierant, quando Ninus Asiam totam, excepta India, subjugavit. Roma vero tot gentes et Orientis et Occidentis, quas imperio Romano subditas cernimus, non ea celeritate ac facilitate perdomuit; quoniam paulatim crescendo robustas eas et bellicosas, quaquaversum dilatabatur, invenit.

Tempore igitur quo Roma condita est, populus Israel habebat in terra promissionis annos septingentos decem et octo. Ex quibus viginti septem pertinent ad Jesum Nave, deinde ad tempus Judicum trecenti viginti novem. Ex quo autem ibi reges esse coeperant, anni erant trecenti sexaginta duo. Et rex tunc erat in Juda, cujus nomen erat Achaz, vel, sicut alii computant, qui ei successit Ezechias, quem quidem constat optimum et piissimum regem Romuli regnasse temporibus. In ea vero Hebraici populi parte quae appellabatur Israel, regnare coeperat Osee.

Caput XXIII.

De Sibylla Erythraea, quae inter alias Sibyllas cognoscitur de Christo evidentia multa cecinisse.

1. Eodem tempore nonnulli Sibyllam Erythraeam vaticinatam ferunt. Sibyllas autem Varro prodidit plures fuisse, non unam. Haec sane Erythraea Sibylla quaedam de Christo manifesta conscripsit: quod etiam nos prius in latina lingua versibus male latinis et non stantibus legimus, per nescio cujus interpretis imperitiam, sicut post cognovimus.

Capítulo XXII.

Que en aquel tiempo fue fundada Roma, cuando cayó el reino de los asirios, y cuando Ezequías reinaba en Judá.

Para no demorarme con muchas palabras, fue fundada la ciudad de Roma como si fuera otra Babilonia, y como si fuera hija de la anterior Babilonia, a través de la cual plugo a Dios someter en guerra al orbe de las tierras, y pacificarlo a lo largo y a lo ancho habiéndolo conducido a una sola sociedad de república y de leyes. Pues ya había pueblos válidos y fuertes, y gentes ejercitadas en las armas, que no cederían fácilmente, y a las cuales sería necesario superar con ingentes peligros y una devastación no pequeña por ambas partes y con horrendo trabajo.

Pues cuando el reino de los asirios subyugó casi toda el Asia, aunque se hizo guerreando, sin embargo no pudo hacerse con guerras muy ásperas y difíciles, porque las gentes eran todavía rudas para resistir, ni tantas ni tan grandes; puesto que ciertamente después de aquel máximo y universal diluvio, cuando sólo ocho hombres escaparon en el arca de Noé, no habían pasado muchos más de mil años cuando Nino subyugó toda el Asia, exceptuada la India. Roma, por el contrario, no dominó con aquella celeridad y facilidad a tantas gentes tanto del Oriente como del Occidente, las cuales vemos súbditas al imperio romano; puesto que creciendo poco a poco las encontró robustas y belicosas por cualquier parte hacia donde se dilataba.

En el tiempo, pues, en que fue fundada Roma, el pueblo de Israel llevaba en la tierra de promisión setecientos dieciocho años. De los cuales veintisiete pertenecen a Josué hijo de Nun, después al tiempo de los Jueces trescientos veintinueve. Desde que, por su parte, allí comenzaron a ser los reyes, los años eran trescientos sesenta y dos. Y el rey entonces era en Judá, cuyo nombre era Acaz o, como otros computan, el que le sucedió, Ezequías, de quien consta por cierto que fue un rey óptimo y piadosísimo y que reinó en los tiempos de Rómulo. En aquella parte, por su parte, del pueblo hebraico que se llamaba Israel, había comenzado a reinar Oseas.

Capítulo XXIII.

Sobre la Sibila Eritrea, que entre las otras sibilas es reconocida por haber cantado muchas cosas evidentes sobre Cristo.

1. En el mismo tiempo algunos cuentan que profetizó la Sibila Eritrea. Varrón, por su parte, transmitió que hubo varias sibilas, no una sola. Esta Sibila Eritrea escribió ciertamente algunas cosas manifiestas sobre Cristo: las cuales también nosotros leímos primero en lengua latina en versos mal latinos y que no se sostenían, por la impericia de no sé qué intérprete, como después supimos.

Nam vir clarissimus Flaccianus, qui etiam proconsul fuit, homo facillimae facundiae, multaeque doctrinae, cum de Christo colloqueremur, graecum nobis codicem protulit, carmina esse dicens Sibyllae Erythraeae, ubi ostendit quodam loco in capitibus versuum ordinem litterarum ita se habentem, ut haec in eo verba legerentur, Ἰησοῦς Χρειστὸς Θεοῦ Υἱὸς Σωτὴρ: quod est latine, Jesus Christus Dei Filius Salvator. Hi autem versus quorum primae litterae istum sensum, quem diximus, reddunt, sicut eos quidam latinis et stantibus versibus est interpretatus, hoc continent: IJudicii signum tellus sudore madescet. HE coelo Rex adveniet per saecla futurus: ΣScilicet in carne praesens ut judicet orbem. OUnde Deum cernent incredulus atque fidelis ϒCelsum cum sanctis, aevi jam termino in ipso. ΣSic animae cum carne aderunt, quas judicat ipse: XCum jacet incultus densis in vepribus orbis. PRejicient simulacra viri, cunctam quoque gazam: EExuret terras ignis, pontumque polumque IInquirens, tetri portas effringet Averni ΣSanctorum sed enim cunctae lux libera carni TTradetur, sontes aeterna flamma cremabit. OOccultos actus retegens, tunc quisque loquetur ΣSecreta, atque Deus reserabit pectora luci. ΘTunc erit et luctus, stridebunt dentibus omnes. EEripitur solis jubar, et chorus interit astris. OVolvetur coelum, lunaris splendor obibit. ϒDejiciet colles, valles extollet ab imo. ϒNon erit in rebus hominum sublime vel altum. IJam aequantur campis montes, et caerula ponti OOmnia cessabunt, tellus confracta peribit. ΣSic pariter fontes torrentur, fluminaque igni. ΣSed tuba tum sonitum tristem demittet ab alto ΩOrbe, gemens facinus miserum variosque labores: TTartareumque chaos monstrabit terra dehiscens. HEt coram hic Domino reges sistentur ad unum PRecidet e coelis ignisque et sulphuris amnis.

In his latinis versibus de graeco utcumque translatis, ibi non potuit ille sensus occurrere, qui fit cum litterae, quae sunt in eorum capitibus, connectuntur, ubi ϒ littera in graeco posita est; quia non potuerunt verba latina inveniri, quae ab eadem littera inciperent, et sententiae convenirent. Hi autem sunt versus tres, quintus et octavus decimus et nonus decimus. Denique si litteras quae sunt in capitibus omnium versuum connectentes, horum trium quae scriptae sunt non legamus, sed pro eis ϒ litteram, tanquam in eisdem locis ipsa sit posita, recordemur, exprimitur in quinque verbis, Jesus Christus Dei Filius Salvator; sed cum graece hoc dicitur, non latine. Et sunt versus viginti et septem, qui numerus quadratum ternarium solidum reddit. Tria enim ter ducta fiunt novem: et ipsa novem si ter ducantur, ut ex lato in altum figura consurgat, ad viginti septem perveniunt.

Pues el clarísimo varón Flacciano, que también fue procónsul, hombre de facílisima elocuencia y de mucha doctrina, hablando nosotros sobre Cristo, nos presentó un códice griego diciendo que eran cantos de la Sibila Eritrea, donde mostró en un cierto lugar, en las cabeceras de los versos, el orden de las letras de tal modo que se leían en él estas palabras: Ἰησοῦς Χρειστὸς Θεοῦ Υἱὸς Σωτὴρ: que es en latín, Jesus Christus Dei Filius Salvator. Estos versos, por su parte, cuyas primeras letras rinden aquel sentido que dijimos, tal como alguien los interpretó en versos latinos y que se sostienen, contienen esto: El signo del juicio: la tierra se humedecerá con sudor. Del cielo vendrá el Rey que ha de ser por los siglos: A saber, presente en la carne para que juzgue al orbe. De donde discernirán a Dios el incrédulo y el fiel Excelso con los santos, ya en el término mismo del siglo. Así las almas con la carne estarán presentes, a las cuales Él mismo juzga: Cuando yace inculto el orbe entre densas zarzas. Rechazarán los hombres los ídolos, también todo el tesoro: Abrasará las tierras el fuego, y el mar y el polo Escudriñando, romperá las puertas del negro Averno. Pero ciertamente para los santos será entregada la luz libre A toda carne, la llama eterna quemará a los culpables. Revelando los actos ocultos, entonces cada cual hablará Sus secretos, y Dios abrirá los pechos a la luz. Entonces habrá también llanto, todos crujirán con los dientes. Se arrebata el resplandor del sol, y el coro perece de los astros. Se envolverá el cielo, el esplendor lunar fenecerá. Derribará las colinas, ensalzará los valles desde lo profundo. No habrá en las cosas de los hombres nada sublime o alto. Ya se igualan a los llanos los montes, y las cosas azules del mar Todas cesarán, la tierra quebrantada perecerá. Así igualmente se agostan las fuentes, y los ríos por el fuego. Pero la trompeta entonces emitirá un sonido triste desde el alto Orbe, gimiendo por el hecho miserable y los varios trabajos: Y la tierra abriéndose mostrará el caos tartáreo. Y aquí ante el Señor los reyes se presentarán hasta el último Caerá de los cielos un río de fuego y de azufre.

En estos versos latinos traducidos del griego de cualquier modo, no pudo ocurrir allí aquel sentido que se produce cuando se conectan las letras que están en sus cabeceras, donde en el griego está puesta la letra Υ; porque no pudieron encontrarse palabras latinas que empezaran por la misma letra y cuadraran con la sentencia. Estos son, por su parte, los versos tres, el quinto, y el decimoctavo y decimonoveno. Finalmente, si conectando las letras que están en las cabeceras de todos los versos, no leemos de estos tres las que están escritas, sino que en su lugar recordamos la letra Υ como si ella misma estuviera puesta en los mismos lugares, se expresa en cinco palabras: Jesus Christus Dei Filius Salvator; pero cuando esto se dice en griego, no en latín. Y son veintisiete versos, cuyo número rinde un cuadrado ternario sólido. Pues tres multiplicados por tres se hacen nueve; y esos mismos nueve, si se multiplican por tres para que de lo ancho surja la figura hacia lo alto, llegan a veintisiete.

Horum autem graecorum quinque verborum, quae sunt, Ἰησους Χρειστὸς Θεοῦ Υἱὸς Σωτερ, quod est latine, Jesus Christus Dei Filius Salvator, si primas litteras jungas, erit Ἰχθύς, id est Piscis, in quo nomine mystice intelligitur Christus, eo quod in hujus mortalitatis abysso velut in aquarum profunditate vivus, hoc est sine peccato, esse potuerit.

2. Haec autem Sybilla sive Erythraea, sive, ut quidam magis credunt, Cumaea, ita nihil habet in toto carmine suo, cujus exigua ista particula est, quod ad deorum falsorum sive factorum cultum pertineat; quin imo ita etiam contra eos et contra cultores eorum loquitur, ut in eorum numero deputanda videatur, qui pertinent ad civitatem Dei. Inserit etiam Lactantius operi suo quaedam de Christo vaticinia Sibyllae, quamvis non exprimat cujus. Sed quae ipse singillatim posuit, ego arbitratus sum conjuncta esse ponenda, tanquam unum sit prolixum, quae ille plura commemoravit et brevia. In manus iniquas, inquit, infidelium postea veniet: dabunt autem Deo alapas manibus incestis, et impurato ore exspuent venenatos sputus: dabit vero ad verbera simpliciter sanctum dorsum. Et colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoscat, quod verbum, vel unde venit ut inferis loquatur, et corona spinea coronetur. Ad cibum autem fel, et ad sitim acetum dederunt: inhospitalitatis hanc monstrabunt mensam. Ipsa enim incipiens tuum Deum non intellexisti, ludentem mortalium mentibus; sed spinis coronasti, et horridum fel miscuisti. Templi vero velum scindetur: et medio die nox erit tenebrosa nimis in tribus horis. Et morte morietur tribus diebus somno suscepto: et tunc ab inferis regressus ad lucem veniet primus, resurrectionis principio revocatis ostenso. Ista Lactantius carptim per intervalla disputationis suae, sicut ea poscere videbantur, quae probare intenderat, adhibuit testimonia Sibyllina, quae nos nihil interponentes, sed in unam seriem connexa ponentes, solis capitibus, si tamen scriptores deinceps ea servare non negligant, distinguenda curavimus. Nonnulli sane Erythraeam Sibyllam, non Romuli, sed belli Trojani tempore fuisse scripserunt.

CAPUT XXIV.---Quod regnante Romulo septem Sapientes claruerint, quo tempore decem tribus quae Israel dicebantur, in captivitatem a Chaldaeis ductae sunt, idemque Romulus mortuus divino honore donatus est.

De estas cinco palabras griegas, por su parte, que son Ἰησους Χρειστὸς Θεοῦ Υἱὸς Σωτερ, que es en latín Jesus Christus Dei Filius Salvator, si unes las primeras letras, será Ἰχθύς, esto es, Pez, en cuyo nombre se entiende místicamente Cristo, por el hecho de que pudo estar vivo, esto es, sin pecado, en el abismo de esta mortalidad como en la profundidad de las aguas.

2. Esta Sibila, por su parte, sea la Eritrea o, como algunos creen más, la Cumana, nada tiene en todo su poema, del cual esta pequeña porción es una parte, que pertenezca al culto de los dioses falsos o fabricados; al contrario, habla de tal modo contra ellos y contra sus adoradores, que parece que debe ser contada en el número de aquellos que pertenecen a la ciudad de Dios. Lactancio inserta también en su obra ciertas profecías de la Sibila sobre Cristo, aunque no expresa de cuál. Pero las que él puso por separado, yo he juzgado que debían ponerse juntas, como si fuera una sola extensa, las que él mencionó como varias y breves. «En manos inicuas —dice— de infieles vendrá después: darán bofetadas a Dios con manos incestuosas, y con boca impura escupirán venenosos esputos: pero Él dará sencillamente su espalda santa a los azotes. Y recibiendo bofetones callará, para que nadie reconozca qué palabra o de dónde viene para que hable a los infiernos, y sea coronado con corona de espinas. Para alimento dieron hiel, y para la sed vinagre: mostrarán esta mesa de inhospitalidad. Pues tú misma, empezando, no entendiste a tu Dios, que juega con las mentes de los mortales; sino que lo coronaste de espinas, y mezclaste la hórrida hiel. El velo del templo se rasgará: y en medio del día habrá una noche excesivamente tenebrosa durante tres horas. Y morirá de muerte por tres días, habiendo emprendido el sueño: y entonces, regresando de los infiernos a la luz, vendrá el primero, habiendo mostrado a los llamados el principio de la resurrección». Estos testimonios sibilinos los aplicó Lactancio por fragmentos a través de los intervalos de su disputa, según parecían exigirlo las cosas que había intentado probar; nosotros, sin interponer nada, sino poniéndolos conectados en una sola serie, hemos procurado distinguirlos solo por los encabezamientos, si es que los copistas en adelante no descuidan conservarlos. Algunos ciertamente escribieron que la Sibila Eritrea no existió en tiempos de Rómulo, sino en el tiempo de la guerra de Troya.

CAPÍTULO XXIV.—Que reinando Rómulo florecieron los siete Sabios, en cuyo tiempo las diez tribus que se llamaban Israel fueron llevadas en cautiverio por los caldeos, y el mismo Rómulo, muerto, fue dotado de honor divino.

Eodem Romulo regnante Thales Milesius fuisse perhibetur, unus e septem Sapientibus, qui post theologos poetas, in quibus Orpheus maxime omnium nobilitatus est, Σοφοί appellati sunt, quod est latine Sapientes. Per idem tempus decem tribus, quae in divisione populi vocatae sunt Israel, debellatae a Chaldaeis, et in eas terras captivae ductae sunt, remanentibus in Judaea terra duabus illis tribubus, quae nomine Judae vocabantur, sedemque regni habebant Jerusalem. Mortuum Romulum, cum et ipse non comparuisset, in deos, quod et vulgo notissimum est, retulere Romani; quod usque adeo, fieri jam desierat, nec postea nisi adulando, non errando, factum est temporibus Caesarum, ut Cicero magnis Romuli laudibus tribut, quod non rudibus et indoctis temporibus, quando facile homines fallebantur, sed jam expolitis et eruditis meruerit hos honores; quamvis nondum efferbuerat ac pullulaverat philosophorum subtilis et acuta loquacitas. Sed etiamsi posteriora tempora deos homines mortuos non instituerunt, tamen ab antiquis institutos colere ut deos et habere non destiterunt: quin etiam simulacris, quae veteres non habebant, auxerunt vanae atque impiae superstitionis illecebram, id efficientibus immundis in eorum corde daemonibus, per fallacia quoque oracula decipientibus, ut fabulosa etiam crimina deorum, quae jam urbaniore saeculo non fingebantur, per ludos tamen in eorumdem falsorum numinum obsequium turpiter agerentur. Regnavit deinde Numa post Romulum, qui cum illam civitatem putaverit deorum profecto falsorum numerositate muniendam, in eamdam turbam referri mortuus ipse non meruit, tanquam ita putatus sit coelum multitudine numinum constipasse, ut locum ibi reperire non posset. Hoc regnante Romae, et apud Hebraeos initio regni Manasse, a quo impio rege propheta Isaias perhibetur occisus, Samiam fuisse Sibyllam ferunt.

Caput XXV.

Qui philosophi enituerint regnante apud Romanos Tarquinio Prisco, apud Hebraeos Sedechia, cum Jerusalem capta est, templumque subversum.

Regnante vero apud Hebraeos Sedechia, et apud Romanos Tarquinio Prisco, qui successerat Anco Martio, ductus est captivus in Babyloniam populus Judaeorum, eversa Jerusalem et templo illo a Salomone constructo. Increpantes enim eos Prophetae de iniquitatibus et impietatibus suis, haec eis ventura praedixerant, maxime Jeremias, qui etiam numerum definivit annorum (Jerem. XXV, 11). Eo tempore Pittacus Mitylenaeus, alius e septem Sapientibus, fuisse perhibetur.

Reinando el mismo Rómulo, se dice que existió Tales de Mileto, uno de los siete Sabios, quienes después de los poetas teólogos, entre los cuales Orfeo fue el más ennoblecido de todos, fueron llamados Σοφοί, que es en latín Sabios. Por el mismo tiempo, las diez tribus que en la división del pueblo fueron llamadas Israel, vencidas por los caldeos, fueron llevadas cautivas a aquellas tierras, permaneciendo en la tierra de Judea aquellas dos tribus que se llamaban con el nombre de Judá, y tenían la sede de su reino en Jerusalén. Los romanos incluyeron al muerto Rómulo entre los dioses, puesto que él mismo no había aparecido, lo cual es muy conocido por el vulgo; cosa que ya había dejado de suceder hasta tal punto, ni se hizo después sino por adulación, no por error, en tiempos de los Césares, que Cicerón atribuye a grandes alabanzas de Rómulo el que mereciera estos honores no en tiempos rudos e ignorantes, cuando los hombres eran fácilmente engañados, sino en tiempos ya pulidos y eruditos; aunque todavía no había hervido ni brotado la sutil y aguda locuacidad de los filósofos. Pero aunque los tiempos posteriores no instituyeron como dioses a hombres muertos, sin embargo no cesaron de adorar y tener como dioses a los instituidos por los antiguos: es más, incluso aumentaron el atractivo de la vana e impía superstición con simulacros, que los antiguos no tenían, efectuando esto los demonios inmundos en sus corazones, engañando también por medio de oráculos falaces, de modo que incluso los fabulosos crímenes de los dioses, que ya en un siglo más refinado no se fingían, se representaban sin embargo vergonzosamente a través de los juegos en obsequio de esas mismas falsas divinidades. Reinó después Numa después de Rómulo, quien habiendo pensado que aquella ciudad debía ser ciertamente fortalecida con una multitud de dioses falsos, muerto él mismo no mereció ser incluido en aquella misma turba, como si se pensara que había atestado tanto el cielo con la multitud de divinidades que no pudo encontrar lugar allí. Reinando este en Roma, y entre los hebreos al comienzo del reinado de Manasés, por cuyo impío rey se dice que fue muerto el profeta Isaías, cuentan que existió la Sibila Samia.

Capítulo XXV.

Qué filósofos destacaron reinando entre los romanos Tarquinio Prisco, y entre los hebreos Sedequías, cuando Jerusalén fue capturada y el templo destruido.

Reinando entre los hebreos Sedequías, y entre los romanos Tarquinio Prisco, que había sucedido a Anco Marcio, fue llevado cautivo a Babilonia el pueblo de los judíos, habiendo sido destruida Jerusalén y aquel templo construido por Salomón. Pues los profetas, reprendiéndolos por sus iniquidades e impiedades, les habían predicho que les vendrían estas cosas, especialmente Jeremías, quien incluso definió el número de años (Jer. XXV, 11). En aquel tiempo se dice que existió Pítaco de Mitilene, otro de los siete Sabios.

Et quinque caeteros, qui ut septem numerentur, Thaleti, quem supra commemoravimus, et huic Pittaco adduntur, eo tempore fuisse scribit Eusebius, quo captivus Dei populus in Babylonia tenebatur. Hi sunt autem, Solon Atheniensis, Chilo Lacedaemonius, Periander Corinthius, Cleobulus Lindius, Bias Prienaeus. Omnes hi septem appellati Sapientes post poetas theologos claruerunt, quia genere vitae quodam laudabili praestabant hominibus caeteris, et morum nonnulla praecepta sententiarum brevitate complexi sunt. Nihil autem monumentorum, quod ad litteras attinet, posteris reliquerunt, nisi quod Solon quasdam leges Atheniensibus dedisse perhibetur; Thales vero physicus fuit, et suorum dogmatum libros reliquit. Eo captivitatis Judaicae tempore, et Anaximander, et Anaximenes, et Xenophanes physici claruerunt. Tunc et Pythagoras, ex quo coeperunt appellari philosophi.

Caput XXVI.

Quod eo tempore, quo impletis septuaginta annis Judaeorum est resoluta captivitas Romani, quoque a dominatu sunt regio liberati.

Per idem tempus Cyrus rex Persarum, qui etiam Chaldaeis et Assyriis imperabat, relaxata aliquanta captivitate Judaeorum, quinquaginta millia hominum ex eis ad instaurandum templum regredi fecit. A quibus tantum prima coepta fundamina, et altare constructum est. Incursantibus autem hostibus, nequaquam progredi aedificando valuerunt, dilatumque opus est usque ad Darium. Per idem tempus etiam illa sunt gesta, quae conscripta sunt in libro Judith: quem sane in canone Scripturarum Judaei non recepisse dicuntur. Sub Darius ergo rege Persarum impletis septuaginta annis, quos Jeremias propheta praedixerat, reddita est Judaeis soluta captivitate libertas, regnante Romanorum septimo rege Tarquinio. Quo expulso etiam ipsi a regum suorum dominatione liberi esse coeperunt. Usque ad hoc tempus Prophetas habuit populus Israel: qui cum multi fuerint, paucorum et apud Judaeos et apud nos canonica scripta retinentur. De quibus me aliqua positurum esse promisi in hoc libro, cum clauderem superiorem, quod jam video esse faciendum.

Caput XXVII.

De temporibus Prophetarum, quorum oracula habentur in libris; quique tunc de vocatione Gentium multa cecinerunt, quando Romanum regnum coepit, Assyriumque defecit.

Y los otros cinco, que para que se cuenten siete se añaden a Tales, a quien mencionamos arriba, y a este Pítaco, escribe Eusebio que existieron en aquel tiempo en que el pueblo cautivo de Dios era retenido en Babilonia. Estos son: Solón de Atenas, Quilón de Lacedemonia, Periandro de Corinto, Cleóbulo de Lindos, Bias de Priene. Todos estos llamados los siete Sabios destacaron después de los poetas teólogos, porque sobresalían ante los demás hombres por un cierto género de vida laudable, y compendiaron algunos preceptos de moral con brevedad de sentencias. Sin embargo, nada de monumentos, en lo que a las letras se refiere, dejaron a la posteridad, excepto que se cuenta que Solón dio algunas leyes a los atenienses; Tales, por su parte, fue físico y dejó libros de sus dogmas. En aquel tiempo del cautiverio judaico, destacaron también Anaximandro, Anaxímenes y Jenófanes, físicos. Entonces también Pitágoras, a partir del cual empezaron a llamarse filósofos.

Capítulo XXVI.

Que en aquel tiempo, cuando cumplidos setenta años se terminó el cautiverio de los judíos, los romanos también fueron liberados del dominio real.

Por el mismo tiempo Ciro, rey de los persas, que también mandaba a los caldeos y asirios, relajado en parte el cautiverio de los judíos, hizo que cincuenta mil hombres de entre ellos regresaran para restaurar el templo. Por los cuales solo se construyeron los primeros cimientos empezados y el altar. Pero, como los enemigos hacían incursiones, de ningún modo pudieron progresar edificando, y la obra fue aplazada hasta Darío. Por el mismo tiempo también se hicieron aquellas cosas que están escritas en el libro de Judit; el cual, ciertamente, se dice que los judíos no recibieron en el canon de las Escrituras. Bajo Darío, pues, rey de los persas, cumplidos los setenta años que el profeta Jeremías había predicho, se restituyó la libertad a los judíos, disuelto el cautiverio, reinando el séptimo rey de los romanos, Tarquinio. Expulsado este, también ellos mismos empezaron a ser libres de la dominación de sus reyes. Hasta este tiempo tuvo el pueblo de Israel profetas, de los cuales, aunque fueron muchos, se conservan los escritos canónicos de pocos tanto entre los judíos como entre nosotros. De los cuales prometí que pondría algunas cosas en este libro, cuando cerré el anterior, lo cual veo que ya debe hacerse.

Capítulo XXVII.

Sobre los tiempos de los profetas, cuyos oráculos se tienen en libros; y los cuales entonces cantaron muchas cosas sobre la vocación de los gentiles, cuando comenzó el reino romano y el asirio desfalleció.

Tempora igitur eorum ut possimus advertere, in anteriora paululum recurramus. In capite libri Osee prophetae, qui primus in duodecim ponitur, ita scriptum est: Verbum Domini quod factum est ad Osee in diebus Oziae, et Joathan, et Achaz, et Ezechiae regum Juda (Osee I, 1). Amos quoque diebus regis Oziae prophetasse se scribit: addit etiam Jeroboam regem Israel, qui per eosdem dies fuit (Amos I, 1). Necnon Isaias filius Amos, sive supradicti prophetae, sive, quod magis perhibetur, alterius qui non, propheta eodem nomine vocabatur, eosdem reges quatuor quos posuit Osee, in capite libri sui ponit, quorum diebus se prophetasse praeloquitur. Michaeas etiam eadem suae prophetiae commemorat tempora post dies Oziae. Nam tres qui sequuntur reges nominat, quos et Osee nominavit, Joathan, et Achaz, et Ezechiam (Michaeae I, 1). Hi sunt quos eodem tempore simul prophetasse ex eorum litteris invenitur. His adjungitur Jonas eodem Ozia rege regnante, et Joel cum jam regnarat Joathan, qui successit Oziae. Sed istorum prophetarum duorum tempora in Chronicis, non in eorum libris potuimus invenire, quoniam de suis diebus tacent. Tenduntur autem hi dies a rege Latinorum Proca, sive superiore Aventino, usque ad regem Romulum jam Romanorum, vel etiam usque ad regni primordia successoris ejus Numae Pompilii: Ezechias quippe rex Juda eo usque regnavit; ac per hoc per ea tempora isti velut fontes prophetiae pariter eruperunt, quando regnum defecit Assyrium, coepitque Romanum: ut scilicet quemadmodum regni Assyriorum primo tempore exstitit Abraham, cui promissiones apertissimae fierent in ejus semine benedictionis omnium gentium; ita occidentalis Babylonis exordio, qua fuerat Christus imperante venturus, in quo implerentur illa promissa oracula Prophetarum, non solum loquentium, verum etiam scribentium in tantae rei futurae testimonium solverentur. Cum enim prophetae nunquam fere defuissent populo Israel, ex quo ibi reges esse coeperunt, in usum tantummodo eorum fuere, non gentium: quando autem ea scriptura manifestius prophetica condebatur, quae gentibus quandoque prodesset, tunc oportebat inciperet, quando condebatur haec civitas, quae gentibus imperaret.

Caput XXVIII.

De his quae ad Evangelium Christi pertinent, quid Osee et Amos prophetaverint.

Para que podamos, pues, advertir sus tiempos, retrocedamos un poco a las cosas anteriores. En el encabezamiento del libro del profeta Oseas, que es puesto el primero entre los doce, está escrito así: «Palabra del Señor que fue hecha a Oseas en los días de Ozías, de Jotán, de Acaz y de Ezequías, reyes de Judá» (Oseas I, 1). Amós también escribe que profetizó en los días del rey Ozías; añade también a Jeroboam, rey de Israel, que existió por los mismos días (Amós I, 1). Asimismo Isaías, hijo de Amós, sea del susodicho profeta o, como más se cuenta, de otro que no era profeta, llamado con el mismo nombre, pone a los mismos cuatro reyes que puso Oseas al comienzo de su libro, en cuyos días manifiesta antes que él profetizó. Miqueas también menciona los mismos tiempos de su profecía después de los días de Ozías. Pues nombra a los tres reyes que siguen, a los que también nombró Oseas: Jotán, Acaz y Ezequías (Miqueas I, 1). Estos son los que se descubre por sus escritos que profetizaron juntos al mismo tiempo. A estos se añade Jonás, reinando el mismo rey Ozías, y Joel, cuando ya había reinado Jotán, que sucedió a Ozías. Pero los tiempos de estos dos profetas pudimos encontrarlos en las Crónicas, no en sus libros, puesto que guardan silencio sobre sus días. Se extienden, por su parte, estos días desde el rey de los latinos Proca, o el anterior Aventino, hasta el rey Rómulo, ya de los romanos, o incluso hasta los comienzos del reinado de su sucesor Numa Pompilio: pues Ezequías, rey de Judá, reinó hasta aquel punto; y por ello, por aquellos tiempos, aquellos como fuentes de profecía brotaron a la par, cuando el reino asirio desfalleció y comenzó el romano: para que, a saber, así como en el primer tiempo del reino de los asirios existió Abraham, a quien se le hicieron promesas clarísimas en su descendencia de la bendición de todas las naciones; así en el exordio de la Babilonia occidental, bajo cuyo mando había de venir Cristo, en quien se cumplirían aquellos oráculos prometidos de los profetas, no solo de los que hablaban, sino también de los que escribían, se soltaran en testimonio de tan gran acontecimiento futuro. Pues habiendo no faltado casi nunca profetas al pueblo de Israel, desde que empezaron a haber allí reyes, fueron solo para su uso, no para el de las naciones; pero cuando se fundaba más manifiestamente aquella escritura profética que algún día aprovecharía a las naciones, entonces convenía que empezara, cuando se fundaba esta ciudad que había de mandar a las naciones.

Capítulo XXVIII.

Sobre aquellas cosas que pertenecen al Evangelio de Cristo, lo que Oseas y Amós profetizaron.

Osee igitur propheta, quanto profundius quidem loquitur, tanto operosius penetratur. Sed aliquid inde sumendum est, et hic ex nostra promissione ponendum. Et erit, inquit, in loco quo dictum est eis, Non populus meus vos, vocabuntur et ipsi filii Dei vivi (Osee I, 10). Hoc testimonium propheticum de vocatione populi Gentium, qui prius non pertinebat ad Deum, etiam Apostoli intellexerunt (Rom. IX, 26). Et quia ipse quoque populus Gentium spiritualiter est in filiis Abrahae, ac per hoc recte dicitur Israel, propterea sequitur, et dicit: Et congregabuntur filii Juda et filii Israel in idipsum, et ponent sibimet principatum unum, et ascendent a terra (Osee I, 11). Hoc si adhuc velimus exponere, eloquin prophetici obtundetur sapor. Recolatur tamen lapis ille angularis, et duo illi parietes, unus ex Judaeis, alter ex Gentibus (Ephes. II, 14, 15, 20-22); ille nomine filiorum Juda, iste nomine filiorum Israel, eidem uni principatui suo in idipsum innitentes, et ascendentes agnoscantur a terra. Istos autem carnales Israelitas, qui nunc nolunt credere in Christum, postea credituros, id est, filios eorum (nam utique isti in suum locum moriendo transibunt), idem propheta testatur, dicens: Quoniam diebus multis sedebunt filii Israel sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine manifestationibus. Quis non videat, nunc sic esse Judaeos? Sed quid adjungat, audiamus: Et postea, inquit, revertentur filii Israel, et inquirent Dominum Deum suum, et David regem suum: et stupescent in Domino, et in bonis ipsius, in novissimis diebus (Osee III, 4, 5, sec. LXX). Nihil est ista prophetia manifestius, cum David regis nomine significatus intelligatur Christus, qui factus est, sicut dicit Apostolus, ex semine David secundum carnem (Rom. I, 3). Praenuntiavit iste propheta etiam tertio die Christi resurrectionem futuram, sicut eam prophetica altitudine praenuntiari oportebat, ubi ait: Sanabit nos post biduum, in die tertio resurgemus (Osee VI, 3). Secundum hoc enim nobis dicit Apostolus, Si resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite (Coloss. III, 1). Amos quoque de rebus talibus sic prophetat: Praepara, inquit, te, ut invoces Deum tuum Israel; quia ecce ego firmans tonitruum, et creans spiritum, et annuntians in hominibus Christum suum (Amos IV, 12 et 13, sec. LXX). Et alio loco: In illa die, inquit, resuscitabo tabernaculum David quod cecidit, et reaedificabo quae ceciderunt ejus, et destructa ejus resuscitabo, et reaedificabo ea, sicut dies saeculi; ita ut exquirant me residui hominum, et omnes gentes in quibus invocatum est nomen meum super eos, dicit Dominus faciens haec (Id. IX, 11 et 12, sec. LXX).

El profeta Oseas, por tanto, cuanto más profundamente habla, tanto más laboriosamente se penetra. Pero algo debe tomarse de allí y ponerse aquí según nuestra promesa. «Y será —dice— en el lugar donde se les dijo: "Vosotros no sois mi pueblo", ellos mismos también serán llamados hijos del Dios vivo» (Oseas I, 10). Este testimonio profético sobre la vocación del pueblo de los gentiles, que antes no pertenecía a Dios, también lo entendieron los Apóstoles (Rom. IX, 26). Y porque el mismo pueblo de los gentiles está también espiritualmente en los hijos de Abraham, y por ello es llamado rectamente Israel, por eso sigue y dice: «Y se congregarán los hijos de Judá y los hijos de Israel en eso mismo, y se pondrán para sí mismos un solo mando, y subirán de la tierra» (Oseas I, 11). Si quisiéramos explicar todavía esto, se embotará el sabor del elocuente profeta. Recuérdese, sin embargo, aquella piedra angular, y aquellas dos paredes, una de los judíos y otra de los gentiles (Ef. II, 14, 15, 20-22); aquella con el nombre de hijos de Judá, esta con el nombre de hijos de Israel, apoyándose en el mismo único mando suyo en eso mismo, y sean reconocidos ascendiendo de la tierra. Además, el mismo profeta atestigua que aquellos israelitas carnales, que ahora no quieren creer en Cristo, creerán después, esto es, sus hijos (pues ciertamente estos pasarán muriendo a su propio lugar), diciendo: «Porque por muchos días estarán los hijos de Israel sin rey, sin príncipe, sin sacrificio, sin altar, sin sacerdocio, sin manifestaciones». ¿Quién no ve que ahora los judíos están así? Pero oigamos lo que añade: «Y después —dice— volverán los hijos de Israel y buscarán al Señor su Dios y a David su rey; y se asombrarán en el Señor y en sus bienes en los últimos días» (Oseas III, 4-5, según la LXX). Nada es más manifiesto que esta profecía, ya que por el nombre del rey David se entiende significado Cristo, que fue hecho, como dice el Apóstol, «de la descendencia de David según la carne» (Rom. I, 3). Este profeta también anunció que la resurrección de Cristo sería al tercer día, como convenía que fuera anunciada con altura profética, donde dice: «Nos sanará después de dos días, al tercer día resurgiremos» (Oseas VI, 3). Según esto, en efecto, nos dice el Apóstol: «Si habéis resurgido con Cristo, buscad las cosas que son de arriba» (Col. III, 1). Amós también profetiza así sobre tales cosas: «Prepárate —dice— para invocar a tu Dios, Israel; porque he aquí que yo soy el que afirma el trueno, crea el espíritu y anuncia a su Cristo entre los hombres» (Amós IV, 12-13, según la LXX). Y en otro lugar: «En aquel día —dice— resucitaré el tabernáculo de David que cayó, y reedificaré lo que de él cayó, y resucitaré sus ruinas, y las reedificaré como los días del siglo; de modo que me busquen los restos de los hombres y todas las naciones en las cuales ha sido invocado mi nombre sobre ellos, dice el Señor que hace estas cosas» (Amós IX, 11-12, según la LXX).

Caput XXIX.

Quae ab Isaia de Christo et Ecclesia sint praedicta.

1. Isaias propheta non est in libro duodecim Prophetarum, qui propterea dicuntur minores, quia sermones eorum sunt breves, in eorum comparatione qui majores ideo vocantur, quia prolixa volumina condiderunt: ex quibus est hic Isaias, quem propter eadem prophetiae tempora subjungo supradictis duobus. Isaias ergo inter illa quae arguit iniqua, et justa praecepit, et peccatori populo mala futura praedixit, etiam de Christo et Ecclesia, hoc est de Rege et ea quam condidit civitate, multo plura quam caeteri prophetavit: ita ut a quibusdam evangelista, quam propheta potius diceretur. Sed propter rationem operis terminandi, unum de multis hoc loco ponam. Ex persona quippe Dei Patris loquens: Ecce, inquit, intelliget puer meus, et exaltabitur, et glorificabitur valde. Quemadmodum stupescent super te multi, ita gloria privabitur ab hominibus species tua et gloria tua ab hominibus: ita mirabuntur gentes multae super eum, et continebunt reges os suum: quoniam quibus non est annuntiatum de illo, videbunt; et qui non audierunt, intelligent. Domine, quis credidit auditui nostro, et brachium Domini cui revelatum est? Annuntiavimus coram illo, ut infans, ut radix in terra sitienti: non est species illi, neque gloria. Et vidimus eum, et non habebat speciem, neque decorem: sed species ejus sine honore, deficiens prae omnibus hominibus. Homo in plaga positus, et sciens ferre infirmitatem: quoniam aversa est facies ejus: inhonoratus est, nec magni aestimatus est. Hic peccata nostra portat, et pro nobis dolet: et nos existimavimus illum esse in dolore, et in plaga, et in afflictione. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, et infirmatus est propter peccata nostra. Eruditio pacis nostrae in eo: livore ejus nos sanati sumus. Omnes ut oves erravimus, homo a via sua erravit: et Dominus tradidit illum pro peccatis nostris: et ipse propter quod afflictus est, non aperuit os suum. Ut ovis ad immolandum ductus est, et ut agnus ante eum qui se tondet, sine voce, sic non aperuit os suum. In humilitate judicium ejus sublatum est. Generationem ejus quis enarrabit? Quoniam tolletur de terra vita ejus. Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. Et dabo malignos pro sepultura ejus, et divites pro morte ejus.

Capítulo XXIX.

Qué cosas fueron predichas por Isaías sobre Cristo y la Iglesia.

1. El profeta Isaías no está en el libro de los doce profetas, que por eso son llamados menores, porque sus discursos son breves en comparación con aquellos que por eso son llamados mayores, porque compusieron volúmenes prolijos: de los cuales es este Isaías, al que añado a los dos susodichos por los mismos tiempos de la profecía. Isaías, por tanto, entre aquellas cosas en las que reprendió las iniquidades, y mandó cosas justas, y predijo males futuros al pueblo pecador, profetizó también sobre Cristo y la Iglesia —esto es, sobre el Rey y la ciudad que él fundó— muchas más cosas que los demás: de modo que por algunos era llamado más bien evangelista que profeta. Pero por razón de terminar la obra, pondré un solo pasaje de muchos en este lugar. Hablando, en efecto, desde la persona de Dios Padre: «He aquí —dice— que mi siervo entenderá, y será ensalzado y glorificado sobremanera. Del mismo modo que muchos se asombrarán sobre ti, así tu aspecto será privado de gloria entre los hombres, y tu gloria entre los hombres: así se maravillarán muchas naciones sobre él, y los reyes cerrarán su boca; porque verán aquellos a quienes no se les ha anunciado sobre él, y entenderán los que no han oído. Señor, ¿quién creyó a nuestro oído, y a quién ha sido revelado el brazo del Señor? Lo anunciamos ante él, como un niño, como una raíz en tierra sedienta: no hay aspecto en él, ni gloria. Y lo vimos, y no tenía aspecto ni hermosura; sino que su aspecto era sin honor, desfalleciendo ante todos los hombres. Hombre puesto en la llaga, y sabiendo soportar la enfermedad: porque su rostro fue apartado: fue deshonrado, ni fue tenido en gran estima. Este lleva nuestros pecados, y por nosotros se duele; y nosotros pensamos que él estaba en el dolor, y en la llaga, y en la aflicción. Pero él fue herido por nuestras iniquidades, y fue debilitado por nuestros pecados. El castigo de nuestra paz está en él: por su cardenal hemos sido sanados. Todos nosotros como ovejas erramos, el hombre erró de su camino: y el Señor lo entregó por nuestros pecados; y él, por lo cual fue afligido, no abrió su boca. Como oveja al sacrificio fue llevado, y como cordero ante el que lo trasquila, sin voz, así no abrió su boca. En la humildad su juicio fue quitado. Su generación, ¿quién la narrará? Porque su vida será quitada de la tierra. Por las iniquidades de mi pueblo fue llevado a la muerte. Y daré a los malignos por su sepultura, y a los ricos por su muerte.

Quoniam iniquitatem non fecit, nec dolum in ore suo: et Dominus vult purgare eum de plaga. Si dederitis pro peccato animam vestram, videbitis semen longaevum: et Dominus vult auferre a dolore animam ejus, ostendere illi lucem, et formare intellectum, justificare justum bene servientem pluribus: et peccata eorum ipse portabit. Propterea ipse haereditabit plures, et fortium dividet spolia: propter quod tradita est ad mortem anima ejus; et inter iniquos aestimatus est, et ipse peccata multorum portavit, et propter peccata eorum traditus est (Isai. LII, 13-15; LIII, 1-12, sec. LXX). Haec de Christo.

2. Jam vero de Ecclesia, quod sequitur, audiamus: Laetare, inquit, sterilis, quae non paris; erumpe et clama, quae non parturis: quoniam multi filii desertae magis, quam ejus quae habet virum. Dilata locum tabernaculi tui, et aulaearum tuarum: fige, noli parcere, prolonga funiculos tuos, et palos tuos conforta; adhuc in dexteram et sinistram partem extende. Et semen tuum haereditabit gentes; et civitates desertas inhabitabis. Ne timeas, quoniam confusa es; neque reverearis, quia exprobrata es: quoniam confusionem aeternam oblivisceris, et opprobrii viduitatis tuae non eris memor. Quoniam Dominus faciens te, Dominus Sabaoth nomen ejus: et qui eruit te, ipse Deus Israel universae terrae vocabitur (Id. LIV, 1-5), et caetera. Verum ista sint satis: et in eis sunt exponenda nonnulla; sed sufficere arbitror quae ita sunt aperta, ut etiam inimici intelligere cogantur inviti.

Caput XXX.

Quae Michaeas, et Jonas et Joel novo Testamento congruentia prophetaverint.

1. Michaeas propheta Christum in figura ponens magni cujusdam montis, haec loquitur: Erit in novissimis diebus manifestus mons Domini paratus super vertices montium; et exaltabitur super colles. Et festinabunt ad eum plebes, et ibunt gentes multae, et dicent: Venite, ascendamus in montem Domini, et in domum Dei Jacob, et ostendet nobis viam suam, et ibimus in semitis ejus: quia ex Sion procedet lex, et verbum Domini ex Jerusalem. Et judicabit inter plebes multas, et redarguet gentes potentes usque in longinquum (Michaeae IV, 1-3). Praedicens iste propheta et locum in quo natus est Christus: Et tu, inquit, Bethlehem domus Ephrata, minima es, ut sis in millibus Juda: ex te mihi prodiet, ut sit in principem Israel: et egressus ejus ab initio, et ex diebus aeternitatis. Propterea dabit eos usque ad tempus parturientis pariet, et residui fratres ejus convertentur ad filios Israel. Et stabit, et videbit, et pascet gregem suum in virtute Domini, et in honore nominis Domini Dei sui erunt: quoniam nunc magnificabitur usque ad summum terrae (Mich. V, 2-4, sec. LXX).

Porque no hizo iniquidad, ni hubo dolo en su boca; y el Señor quiere purificarlo de la llaga. Si diereis vuestra alma por el pecado, veréis una descendencia longeva: y el Señor quiere quitar de su alma el dolor, mostrarle la luz, y formar el entendimiento, justificar al justo que sirve bien a muchos; y él mismo llevará los pecados de ellos. Por eso él mismo heredará a muchos, y repartirá los despojos de los fuertes: por lo cual su alma fue entregada a la muerte; y fue contado entre los inicuos, y él mismo llevó los pecados de muchos, y por los pecados de ellos fue entregado (Is. LII, 13-15; LIII, 1-12, según la LXX). Esto sobre Cristo.

2. Ya en verdad sobre la Iglesia, oigamos lo que sigue: «Alégrate —dice—, estéril que no parías; rompe y clama, tú que no estabas de parto: porque muchos más son los hijos de la abandonada que de la que tiene marido.» «Ensancha el lugar de tu tabernáculo y de tus cortinas; fija, no escatimes, prolonga tus cuerdas y fortalece tus estacas; extiéndete todavía hacia la derecha y hacia la izquierda.» «Y tu descendencia heredará las naciones; y habitarás las ciudades desiertas.» «No temas, porque fuiste confundida; ni te avergüences, porque fuiste reprochada: porque olvidarás la confusión eterna, y no te acordarás del oprobio de tu viudez.» «Porque el Señor que te hizo, el Señor de los Ejércitos es su nombre: y el que te rescató, el mismo Dios de Israel será llamado Dios de toda la tierra» (Id. LIV, 1-5), y lo demás. Verdaderamente basten estas cosas: y en ellas hay algunas que deben ser explicadas; pero juzgo que bastan las que son tan manifiestas, que incluso los enemigos se ven obligados a entenderlas contra su voluntad.

Capítulo XXX.

Qué cosas profetizaron Miqueas, Jonás y Joel congruentes con el Nuevo Testamento.

1. El profeta Miqueas, poniendo a Cristo bajo la figura de una cierta gran montaña, dice estas cosas: «Sucederá en los últimos días que será manifiesto el monte del Señor, preparado sobre las cumbres de los montes; y será ensalzado sobre las colinas.» Y correrán a él los pueblos, e irán muchas naciones y dirán: Venid, subamos al monte del Señor y a la casa del Dios de Jacob, y nos mostrará su camino, e iremos por sus sendas; porque de Sión procederá la ley, y la palabra del Señor de Jerusalén. Y juzgará entre muchos pueblos, y reprenderá a naciones poderosas hasta lo lejos (Miqueas IV, 1-3). Prediciendo este profeta también el lugar en el que nació Cristo: «Y tú —dice—, Belén, casa de Efrata, eres pequeña para estar entre los miles de Judá; de ti me saldrá el que ha de ser el príncipe de Israel; y su salida es desde el principio y desde los días de la eternidad.» Por eso los entregará hasta el tiempo en que la que está de parto dé a luz, y el resto de sus hermanos se convertirán a los hijos de Israel. Y estará, y verá, y apacentará su rebaño con la fortaleza del Señor, y en el honor del nombre del Señor su Dios estarán; porque ahora será engrandecido hasta el extremo de la tierra (Miqueas V, 2-4, según la LXX).

2. Jonas autem propheta non tam sermone Christum, quam sua quadam passione prophetavit, profecto apertius, quam si ejus mortem et resurrectionem voce clamaret. Utquid enim exceptus est ventre belluino, et die tertio redditus, nisi ut significaret Christum de profundo inferni die tertio rediturum?

3. Joel omnia quae prophetat, multis verbis compellit exponi, ut quae pertinent ad Christum et Ecclesiam dilucescant. Unum tamen, quod etiam Apostoli commemoraverunt, quando in congregatos credentes Spiritus sanctus, sicut a Christo promissus fuerat, desuper venit (Act. II, 17, 18), non praetermittam. Et erit, inquit, post haec, et effundam de Spiritu meo super omnem carnem: et prophetabunt filii vestri et filiae vestrae; et seniores vestri somnia somniabunt, et juvenes vestri visa videbunt: et quidem in servos meos et ancillas meas in illis diebus effundam de Spiritu meo (Joel II, 28 et 29).

Caput XXXI.

Quae in Abdia, in Naum, et Ambacu de salute mundi in Christo praenuntiata reperiantur.

1. Tres prophetae de minoribus, Abdias, Naum, Ambacum, nec sua tempora dicunt ipsi, nec in Chronicis Eusebii et Hieronymi, quando prophetaverint, invenitur. Abdias enim positus est quidem ab eis cum Michaea, sed non eo loco, ubi notantur tempora, quando Michaeam prophetasse ex ejus litteris constat: quod errore negligenter describentium labores alienos existimo contigisse. Duos vero alios commemoratos in codicibus Chronicorum quos habuimus, non potuimus invenire: tamen quia canone continentur, nec ipsi oportet praetereantur a nobis. Abdias, quantum ad scripturam ejus attinet, omnium brevissimus Prophetarum, adversus Idumaeam loquitur, gentem scilicet Esau, ex duobus geminis filiis Isaac, nepotibus Abrahae, majoris illius reprobati. Porro si Idumaeam modo locutionis, quo intelligitur a parte totum, accipiamus positam esse pro gentibus: de Christo agnoscere possumus quod ait inter caetera, In monte autem Sion erit salus, et erit sanctum. Et paulo post in fine ipsius prophetiae: Et ascendent, inquit, resalvati ex monte Sion, ut defendant montem Esau, et erit Domino regnum (Abdiae 17, 21, sec. LXX). Apparet quippe id esse completum, cum resalvati ex monte Sion, id est ex Judaea, credentes in Christum, qui praecipue agnoscuntur Apostoli, ascenderunt, ut defenderent montem Esau. Quomodo defenderent, nisi per Evangelii praedicationem salvos faciendo eos qui crediderunt, ut cruerentur de potestate tenebrarum, et transferrentur in regnum Dei? Quod consequenter expressit addendo, Et erit Domino regnum.

2. Jonás, por su parte, profetizó a Cristo no tanto con el discurso como con una cierta pasión suya, ciertamente más abiertamente que si clamara su muerte y resurrección con la voz. ¿Pues para qué fue recibido por el vientre del monstruo marino y devuelto al tercer día, sino para que significara que Cristo había de volver de lo profundo del infierno al tercer día?

3. Joel obliga a que todas las cosas que profetiza sean explicadas con muchas palabras, para que se aclaren las que pertenecen a Cristo y a la Iglesia. Sin embargo, no pasaré por alto una cosa, que también los Apóstoles conmemoraron cuando el Espíritu Santo vino de arriba sobre los creyentes congregados, como había sido prometido por Cristo (Hechos II, 17-18). «Y será —dice— después de estas cosas, y derramaré de mi Espíritu sobre toda carne; y profetizarán vuestros hijos y vuestras hijas; y vuestros ancianos soñarán sueños, y vuestros jóvenes verán visiones; e incluso sobre mis siervos y mis siervas en aquellos días derramaré de mi Espíritu» (Joel II, 28-29).

Capítulo XXXI.

Qué cosas se encuentran predichas en Abdías, en Nahúm y en Habacuc sobre la salvación del mundo en Cristo.

1. Tres profetas de los menores, Abdías, Nahúm y Habacuc, ni dicen ellos mismos sus tiempos, ni se encuentra en las Crónicas de Eusebio y de Jerónimo cuándo profetizaron. Pues Abdías es puesto ciertamente por ellos con Miqueas, pero no en aquel lugar donde se anotan los tiempos, cuando consta por sus escritos que Miqueas profetizó; lo cual pienso que ocurrió por error de los que describen negligentemente los trabajos ajenos. Pero a los otros dos mencionados en los códices de las Crónicas que tuvimos, no pudimos encontrarlos; sin embargo, porque están contenidos en el canon, no conviene que nosotros mismos los pasemos por alto. Abdías, en cuanto atañe a su escrito, el más breve de todos los profetas, habla contra Idumea, a saber, la nación de Esaú, de los dos hijos gemelos de Isaac, nietos de Abraham, el mayor de los cuales fue reprobado. Además, si aceptamos que Idumea ha sido puesta por las naciones por el modo de hablar por el que se entiende el todo por la parte: podemos reconocer sobre Cristo lo que dice entre otras cosas: «Pero en el monte Sión estará la salvación, y será santo». Y poco después, al final de la misma profecía: «Y subirán —dice— los salvados del monte Sión para defender el monte Esaú, y el reino será del Señor» (Abdías 17, 21, según la LXX). Aparece, en efecto, que esto se cumplió cuando los salvados del monte Sión —esto es, de Judea— creyendo en Cristo, los cuales son reconocidos principalmente como los Apóstoles, subieron para defender el monte Esaú. ¿Cómo lo defenderían, sino haciendo salvos por la predicación del Evangelio a los que creyeron, para que fueran rescatados de la potestad de las tinieblas y fueran trasladados al reino de Dios? Lo cual expresó consecuentemente añadiendo: «Y el reino será del Señor».

Mons enim Sion Judaeam significat, ubi futura praedicta est salus, et sanctum, quod est Christus Jesus: mons vero Esau Idumaea est, per quam significata est Ecclesia gentium, quam defenderunt, sicut exposui, resalvati ex monte Sion, ut esset Domino regnum. Hoc obscurum erat, antequam fieret; sed factum quis non fidelis agnoscat?

2. Naum vero propheta, imo per illum Deus: Exterminabo, inquit, sculptilia et conflatilia: ponam sepulturam tuam: quia veloces esse super montes pedes evangelizantis, et annuntiantis pacem. Celebra, Juda, dies festos tuos, redde vota tua: quia jam non adjicient ultra, ut transeant in vetustatem. Consummatum est, consumptum est, ablatum est. Ascendit, qui insufflat in faciem tuam, eripiens te ex tribulatione (Naum I, 14 et 15; II, 1, sec. LXX). Quis ascenderit ab inferis, et insufflaverit in faciem Judae, hoc est Judaeorum discipulorum, Spiritum sanctum, recolat qui meminit Evangelium. Ad novum enim Testamentum pertinent, quorum dies festi ita spiritualiter innovantur, ut in vetustatem transire non possint. Porro per Evangelium exterminata sculptilia et conflatilia, id est idola deorum falsorum, et oblivioni tanquam sepulturae tradita jam videmus; et hanc etiam in hac re prophetiam completam esse cognoscimus.

3. Ambacum de quo alio, quam de Christi adventu, qui futurus fuerat, intelligitur dicere, Et respondit Dominus ad me, et dixit, Scribe visum aperte in buxo; ut assequatur qui legit ea: quia adhuc visio ad tempus, et orietur in fine, et non in vacuum: si tardaverit, sustine eum; quia veniens veniet, et non morabitur (Habacuc, II, 2 et 3)?

Caput XXXII.

De prophetia quae in Oratione Ambacu et Cantico continetur.

In Oratione autem sua cum Cantico, cui nisi Domino Christo dicit, Domine, audivi auditionem tuam, et timui; Domine, consideravi opera tua, et expavi? quid enim hoc est, nisi praecognitae, novae, ac repentinae salutis hominum ineffabilis admiratio? In medio duorum animalium cognosceris, quid est, nisi aut in medio duorum Testamentorum, aut in medio duorum latronum, aut in medio Moysi et Eliae cum eo in monte sermocinantium? Dum appropinquant anni, cognosceris; in adventu temporis ostenderis, nec exponendum est.

Pues el monte Sión significa Judea, donde fue predicha la futura salvación, y el santo, que es Cristo Jesús; pero el monte Esaú es Idumea, por la cual es significada la Iglesia de las naciones, la cual defendieron, como he expuesto, los salvados del monte Sión, para que el reino fuera del Señor. Esto era oscuro antes de que ocurriera; pero, ¿qué fiel no lo reconocería habiendo ocurrido?

2. Nahúm el profeta, o más bien Dios por medio de él: «Exterminaré —dice— las esculturas y las fundiciones: pondré tu sepultura; porque son veloces sobre los montes los pies del que evangeliza y anuncia la paz.» «Celebra, Judá, tus días festivos, cumple tus votos; porque ya no añadirán más que pasen a la antigüedad.» «Consumado está, consumido está, quitado está. Sube el que sopla en tu cara, rescatándote de la tribulación» (Nahúm I, 14-15; 2, 1, según la LXX). Recoja quien recuerda el Evangelio quién subió de los infiernos y sopló en la cara de Judá —esto es, de los discípulos judíos— el Espíritu Santo. Pues al Nuevo Testamento pertenecen aquellos cuyos días festivos son así renovados espiritualmente que no pueden pasar a la antigüedad. Además, ya vemos exterminadas por el Evangelio las esculturas y las fundiciones —esto es, los ídolos de los dioses falsos— y entregadas al olvido como a una sepultura; y conocemos que también esta profecía se ha cumplido en este asunto.

3. ¿De quién otro sino sobre el advenimiento de Cristo, que había de ser, se entiende que dice Habacuc: «Y el Señor me respondió y dijo: Escribe la visión claramente en una tablilla de boj; para que la alcance el que la leyere; porque todavía la visión es para un tiempo, y brotará al final, y no en vano; si tardare, espéralo; porque viniendo vendrá, y no tardará» (Habacuc II, 2-3)?

Capítulo XXXII.

Sobre la profecía que se contiene en la Oración y el Cántico de Habacuc.

En su Oración, en efecto, con el Cántico, ¿a quién dice, sino al Señor Cristo: «Señor, he oído tu voz y he temido; Señor, he considerado tus obras y me he espantado»? ¿Pues qué es esto sino una inefable admiración de la salvación de los hombres, preconocida, nueva y repentina? «En medio de dos animales serás conocido», ¿qué es esto sino o en medio de los dos Testamentos, o en medio de los dos ladrones, o en medio de Moisés y Elías hablando con él en el monte? «Mientras se acercan los años, serás conocido; en el advenimiento del tiempo serás mostrado», ni ha de ser explicado.

In eo dum conturbata fuerit anima mea, in ira misericordiae memor eris, quid est, nisi quod Judaeos in se transfiguravit, quorum gentis fuit, qui cum magna ira turbati crucifigerent Christum, ille misericordiae memor dixit, Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt (Luc. XXIII, 34)? Deus de Theman veniet, et sanctus de monte umbroso et condenso. Quod hic dictum est, de Theman veniet; alii interpretati sunt ab Austro, vel ab Africo: per quod significatur meridies, id est fervor charitatis et splendor veritatis. Montem vero umbrosum atque condensum, quamvis multis modis possit intelligi, libentius acceperim Scripturarum altitudinem divinarum, quibus prophetatus est Christus. Multa quippe ibi umbrosa atque condensa sunt, quae mentem quaerentis exerceant. Inde autem venit, cum ibi eum, qui intelligit, invenit. Operuit coelos virtus ejus, et laudis ejus plena est terra, quid est, nisi quod etiam in Psalmo dicitur, Exaltare super coelos, Deus, et super omnem terram gloria tua (Psal. LVI, 6)? Splendor ejus ut lumen erit, quid est, nisi, Fama ejus credentes illuminabit? Cornua in manibus ejus sunt, quid est, nisi tropaeum crucis? Et posuit charitatem firmam fortitudinis suae, nec exponendum est. Ante faciem ejus ibit verbum, et prodiet in campum post pedes ejus, quid est, nisi quod et antequam huc veniret, praenuntiatus est; et posteaquam hinc reversus est, annuntiatus est? Stetit, et terra commota est, quid est, nisi stetit ad subveniendum; et terra commota est ad credendum? Respexit et tabuerunt gentes: hoc est, misertus est, et fecit populos poenitentes. Contriti sunt montes violentia: hoc est, vim facientibus miraculis, elatorum contrita est superbia. Defluxerunt colles aeternales: hoc est, humiliati sunt ad tempus, ut erigerentur in aeternum. Ingressus aeternos ejus pro laboribus vidi: hoc est, non sine mercede aeternitatis laborem charitatis aspexi. Tabernacula Aethiopum expavescent, et tabernacula terrae Madian: hoc est, gentes repente perterritae nuntio mirabilium tuorum, etiam quae non sunt in jure Romano, erunt in populo christiano. Numquid in fluminibus iratus es, Domine, aut in fluminibus furor tuus, vel in mari impetus tuus? Hoc ideo dictum est, quia non venit nunc ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum (Joan. III, 17). Quia ascendes super equos tuos; et equitatio tua salus: hoc est, Evangelistae tui portabunt te, qui reguntur a te; et Evangelium tuum salus est eis, qui credunt in te. Intendens intendes arcum tuum super sceptra, dicit Dominus: hoc est, comminaberis judicium tuum etiam regibus terrae. Fluminibus scindetur terra: hoc est, influentibus sermonibus praedicantium te, aperientur ad confitendum hominum corda, quibus dictum est, Scindite corda vestra, et non vestimenta (Joel II, 13).

«En aquello mientras mi alma hubiere sido turbada, en la ira te acordarás de la misericordia», ¿qué es esto sino que transfiguró en sí a los judíos, de cuya nación fue, los cuales, turbados con gran ira, crucificaban a Cristo, y él, acordándose de la misericordia, dijo: «Padre, perdónalos, porque no saben lo que hacen» (Lc. XXIII, 34)? «Dios vendrá de Temán, y el santo del monte sombrío y espeso». Lo que aquí se ha dicho, «vendrá de Temán», otros lo han interpretado «del Austro» o «del África», por lo cual se significa el mediodía, esto es, el fervor de la caridad y el esplendor de la verdad. Pero el monte sombrío y espeso, aunque de muchos modos puede entenderse, más gustosamente lo aceptaría como la altura de las divinas Escrituras, por las cuales fue profetizado Cristo. Pues hay allí muchas cosas sombrías y espesas que ejercitan la mente del que busca. Pero de allí viene cuando lo encuentra allí el que entiende. «Su virtud cubrió los cielos, y la tierra está llena de su alabanza», ¿qué es esto sino lo que también se dice en el Salmo: «Exáltate sobre los cielos, oh Dios, y sobre toda la tierra tu gloria» (Sal. LVI, 6)? «Su esplendor será como la luz», ¿qué es sino que su fama iluminará a los creyentes? «Cuernos hay en sus manos», ¿qué es sino el trofeo de la cruz? «Y puso una firme caridad de su fortaleza», ni ha de ser explicado. «Ante su faz irá la palabra, y saldrá al campo tras sus pies», ¿qué es sino que tanto antes de que viniera aquí fue anunciado, como después de que volvió de aquí fue anunciado? «Estuvo en pie y la tierra se conmovió», ¿qué es sino que estuvo en pie para socorrer y la tierra se conmovió para creer? «Miró y las naciones se deshicieron»: esto es, tuvo misericordia e hizo a los pueblos penitentes. «Se quebrantaron los montes con violencia»: esto es, por los milagros que hacían fuerza, se quebrantó la soberbia de los encumbrados. «Fluyeron los collados eternos»: esto es, fueron humillados por un tiempo para que fueran ensalzados para la eternidad. «Vi sus entradas eternas por los trabajos»: esto es, no sin la recompensa de la eternidad contemplé el trabajo de la caridad. «Se espantarán los tabernáculos de los etíopes y los tabernáculos de la tierra de Madián»: esto es, las naciones, de repente aterradas por el anuncio de tus maravillas, incluso las que no están bajo el derecho romano, estarán en el pueblo cristiano. «¿Acaso contra los ríos te airaste, Señor, o en los ríos fue tu furor, o en el mar tu ímpetu?». Esto se dijo por eso, porque no vino ahora para juzgar al mundo, sino para que el mundo sea salvo por él (Jn. III, 17). «Porque subirás sobre tus caballos; y tu cabalgata es salvación»: esto es, tus evangelistas te llevarán, los cuales son regidos por ti; y tu Evangelio es salvación para los que creen en ti. «Tensando tensarás tu arco sobre los cetros, dice el Señor»: esto es, amenazarás con tu juicio incluso a los reyes de la tierra. «Por los ríos se hendirá la tierra»: esto es, por los fluyentes discursos de los que te predican, se abrirán para confesar los corazones de los hombres, a los que se dijo: «Rasgad vuestros corazones y no vuestros vestidos» (Joel II, 13).

Quid est, Videbunt te, et dolebunt populi, nisi ut lugendo sint beati? Quid est, Dispergens aquas incessu, nisi ambulando in eis qui te usquequaque annuntiant, hac atque hac dispergis fluenta doctrinae? Quid est, Abyssus dedit vocem suam? an profunditas cordis humani quid ei videretur expressit? Altitudo phantasiae suae, tanquam versus superioris est expositio; altitudo enim est abyssus. Quod autem ait, phantasiae suae, subaudiendum est, vocem dedit: hoc est, quod diximus, quid ei videretur expressit. Phantasia quippe visio est, quam non tenuit, non operuit, sed confitendo eructavit. Elevatus est sol, et luna stetit in ordine suo: hoc est, ascendit Christus in coelum, et ordinata est Ecclesia sub rege suo. In lucem jacula tua ibunt: hoc est, non in occultum, sed in manifestum verba tua mittentur. In splendorem coruscationis armorum tuorum: subaudiendum est, jacula tua ibunt. Dixerat enim suis, Quae dico vobis in tenebris, dicite in lumine (Matth. X, 27). In comminatione minorabis terram: id est, comminando humiliabis homines. Et in furore dejicies gentes: quia eos qui se exaltant, vindicando collides. Existi in salutem populi tui, ut salvos faceres christos tuos; misisti in capita iniquorum mortem: nihil horum est exponendum. Excitasti vincula usque ad collum. Et bona hic possunt intelligi vincula sapientiae, ut injiciantur pedes in compedes ejus, et collum in torquem ejus. Praecidisti in stupore mentis: subaudiamus, vincula: excitavit enim bona, praecidit mala, de quibus ei dicitur, Disrupisti vincula mea (Psal. CXV, 16): et hoc in stupore mentis, id est, mirabiliter. Capita potentium movebuntur in ea: in ea scilicet admiratione. Adaperient morsus suos, sicut edens pauper absconse. Potentes enim quidam Judaeorum veniebant ad Dominum facta ejus et verba mirati, et esurientes panem doctrinae manducabant absconse propter metum Judaeorum, sicut eos prodidit Evangelium (Joan. XIX, 38). Et immisisti in mare equos tuos turbantes aquas multas: quae nihil sunt aliud, quam populi multi. Non enim alii timore converterentur, alii furore persequerentur, nisi omnes turbarentur. Observavi, et expavit venter meus a voce orationis labiorum meorum: et introivit tremor in ossa mea, et subtus me turbata est habitudo mea. Intendit in ea quae dicebat, et ipsa sua est oratione perterritus, quam prophetice fundebat, et in qua futura cernebat. Turbatis enim populis multis, vidit imminentes Ecclesiae tribulationes, continuoque se membrum ejus agnovit, atque ait, Requiescam in die tribulationis: tanquam ad eos pertinens, qui sunt spe gaudentes, in tribulatione patientes (Rom. XII, 12). Ut ascendam, inquit, in populum peregrinationis meae: recedens utique a populo maligno carnalis cognationis suae, non peregrinante in hac terra, neque supernam patriam requirente.

¿Qué es «Te verán y se dolerán los pueblos», sino para que llorando sean bienaventurados? ¿Qué es «Dispersando las aguas con su paso», sino que caminando en los que te anuncian por todas partes, por aquí y por allá dispersas los torrentes de la doctrina? ¿Qué es «El abismo dio su voz»? ¿Acaso la profundidad del corazón humano expresó lo que le parecía? «La altura de su fantasía», como si fuera la exposición del verso superior; pues la altura es el abismo. Pero lo que dice «de su fantasía», debe sobrentenderse «dio su voz»: esto es, lo que dijimos, expresó lo que le parecía. Pues la fantasía es una visión que no retuvo, no cubrió, sino que confesando eructó. «Se elevó el sol y la luna estuvo en su orden»: esto es, subió Cristo al cielo y fue ordenada la Iglesia bajo su rey. «Hacia la luz irán tus dardos»: esto es, no a lo oculto, sino a lo manifiesto serán enviadas tus palabras. «Hacia el esplendor del relámpago de tus armas»: debe sobrentenderse «irán tus dardos». Pues había dicho a los suyos: «Lo que os digo en las tinieblas, decidlo en la luz» (Mt. X, 27). «En la amenaza minorarás la tierra»: esto es, amenazando humillarás a los hombres. «Y en el furor derribarás a las naciones»: porque a los que se ensalzan, los quebrantarás vengando. «Saliste para la salvación de tu pueblo, para hacer salvos a tus cristos; enviaste a las cabezas de los inicuos la muerte»: nada de esto ha de ser explicado. «Excitaste cadenas hasta el cuello». Y aquí pueden entenderse las buenas cadenas de la sabiduría, para que se echen los pies en sus grillos y el cuello en su collar. «Cortaste en el estupor de la mente»: sobrentendamos «las cadenas»; pues excitó las buenas, cortó las malas, de las que se le dice: «Rompiste mis cadenas» (Sal. CXV, 16); y esto «en el estupor de la mente», esto es, maravillosamente. «Las cabezas de los poderosos se moverán en ella»: en aquella admiración, a saber. «Abrirán sus mordeduras como el pobre que come a escondidas». Pues algunos poderosos de los judíos venían al Señor maravillados de sus hechos y palabras, y hambrientos comían el pan de la doctrina a escondidas por el miedo a los judíos, como los delató el Evangelio (Jn. XIX, 38). «Y enviaste al mar tus caballos turbando muchas aguas»: las cuales no son otra cosa que muchos pueblos. Pues ni unos se convertirían por el temor, ni otros perseguirían por el furor, si todos no fueran turbados. «Observé y se aterró mi vientre por la voz de la oración de mis labios; y entró el temblor en mis huesos, y debajo de mí se turbó mi hábito». Atendió a las cosas que decía, y él mismo se aterró por su oración, que derramaba proféticamente y en la cual divisaba las cosas futuras. Pues turbados muchos pueblos, vio las tribulaciones inminentes a la Iglesia, y al punto se reconoció miembro de ella y dijo: «Descansaré en el día de la tribulación», como perteneciendo a los que están gozosos en la esperanza, pacientes en la tribulación (Rom. XII, 12). «Para que suba —dice— al pueblo de mi peregrinación», apartándose ciertamente del pueblo maligno de su parentesco carnal, no peregrino en esta tierra ni buscador de la patria celestial.

Quoniam ficus, inquit, non afferet fructus, et non erunt nativitates in vineis: mentietur opus olivae, et campi non facient escam. Defecerunt ab esca oves, et non supersunt in praesepibus boves. Vidit eam gentem, quae Christum fuerat occisura, ubertatem copiarum spiritualium perdituram, quas per terrenam fecunditatem more prophetico figuravit. Et quia iram Dei talem propterea passa est illa gens, quia Dei ignorans justitiam, suam voluit constituere (Id. X, 3), iste continuo, Ego autem, inquit, in Domino exsultabo, gaudebo in Deo salutari meo. Dominus Deus meus virtus mea, statuet pedes meos in consummationem; super excelsa imponet me, ut vincam in cantico ejus (Habacuc III), scilicet illo cantico, de quo similia quaedam dicuntur in Psalmo: Statuit supra petram pedes meos, et direxit gressus meos; et immisit in os meum canticum novum, hymnum Deo nostro (Psal. XXXIX, 3 et 4). Ipse ergo vincit in cantico Domini, qui placet in ejus laude, non sua, ut qui gloriatur, in Domino glorietur (I Cor. I, 31). Melius autem mihi videntur quidam codices habere, Gaudebo in Deo Jesu meo, quam hi qui volentes id latine ponere, nomen ipsum non posuerunt, quod est nobis amicius et dulcius nominare.

Caput XXXIII.

De Christo et vocatione Gentium quae Jeremias et Sophonias prophetico Spiritu sint praefati.

1. Jeremias propheta de majoribus est, sicut Isaias; non de minoribus, sicut caeteri, de quorum scriptis nonnulla jam posui. Prophetavit autem regnante Josia in Jerusalem, et apud Romanos Anco Martio, jam propinquante captivitate Judaeorum. Tetendit autem prophetiam, usque ad quintum mensem captivitatis: sicut in ejus litteris invenimus. Sophonias autem unus de minoribus adjungitur ei. Nam et ipse in diebus Josiae prophetasse se dicit (Sophon. I, 1): sed quousque, non dicit. Prophetavit ergo Jeremias, non solum Anci Martii, verum etiam Tarquinii Prisci temporibus, quem Romani habuerunt quintum regem. Ipse enim, quando est illa captivitas facta, regnare jam coeperat. Prophetans ergo de Christo Jeremias, Spiritus, inquit, oris nostri Dominus Christus captus est in peccatis nostris (Thren. IV, 20); sic breviter ostendens, et Dominum nostrum Christum, et passum esse pro nobis.

«Puesto que la higuera —dice— no dará frutos y no habrá nacimientos en las viñas; mentirá la obra del olivo y los campos no harán comida. Faltaron de la comida las ovejas y no quedan bueyes en los pesebres.» Vio a aquella nación que había de matar a Cristo a punto de perder la abundancia de los recursos espirituales, que figuró por la fecundidad terrena al modo profético. Y porque aquella nación padeció tal ira de Dios por eso, porque ignorando la justicia de Dios quiso constituir la suya (Id. X, 3), este al punto dice: «Yo, por mi parte, me regocijaré en el Señor, me alegraré en Dios mi salvador». «El Señor Dios es mi fortaleza, fijará mis pies para la consumación; sobre las alturas me pondrá para que venza en su cántico» (Habacuc III), a saber, aquel cántico del que se dicen algunas cosas similares en el Salmo: «Fijó sobre piedra mis pies y enderezó mis pasos; y puso en mi boca un cántico nuevo, un himno a nuestro Dios» (Sal. XXXIX, 3-4). Vence, pues, en el cántico del Señor el que place en su alabanza, no en la suya, para que «el que se gloría, se gloríe en el Señor» (1 Cor. I, 31). Mejor, sin embargo, me parece que tienen algunos códices: «Me alegraré en mi Dios Jesús», que aquellos que, queriendo ponerlo en latín, no pusieron el nombre mismo, que nos es más amigo y dulce de nombrar.

Capítulo XXXIII.

Sobre Cristo y la vocación de los gentiles, cosas que Jeremías y Sofonías predijeron por el Espíritu profético.

1. El profeta Jeremías es de los mayores, como Isaías; no de los menores, como los demás, de cuyos escritos ya he puesto algunas cosas. Profetizó, por su parte, reinando Josías en Jerusalén, y entre los romanos Anco Marcio, acercándose ya la cautividad de los judíos. Extendió, además, la profecía hasta el quinto mes de la cautividad, como encontramos en sus escritos. Sofonías, por su parte, uno de los menores, se le añade. Pues también él mismo dice que profetizó en los días de Josías (Sof. I, 1); pero hasta cuándo, no lo dice. Profetizó, pues, Jeremías no solo en los tiempos de Anco Marcio, sino también de Tarquinio Prisco, a quien los romanos tuvieron por quinto rey. Pues él mismo, cuando se realizó aquella cautividad, ya había empezado a reinar. Profetizando, pues, sobre Cristo, Jeremías: «El Espíritu de nuestra boca —dice—, el Señor Cristo, fue atrapado en nuestros pecados» (Lam. IV, 20); mostrando así brevemente que Cristo es tanto nuestro Señor como que padeció por nosotros.

Item alio loco: Hic Deus meus, inquit, et non aestimabitur alter ad eum: qui invenit omnem viam prudentiae, et dedit eam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo: post haec in terra visus est, et cum hominibus conversatus est (Baruch III, 36-38). Hoc testimonium quidam non Jeremiae, sed scribae ejus attribuunt, qui vocabatur Baruch: sed Jeremiae celebratius habetur. Rursus idem propheta de ipso: Ecce, inquit, dies veniunt, ait Dominus, et suscitabo David germen justum, et regnabit rex, et sapiens erit, et faciet judicium et justitiam in terra. In diebus illis salvabitur Juda, et Israel habitabit confidenter: et hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus justus noster (Jerem. XXIII, 5, 6). De vocatione etiam gentium, quae fuerat futura (et eam nunc impletam cernimus) sic locutus est: Domine, Deus meus et refugium meum in die malorum, ad te gentes venient ab extremo terrae, et dicent: Vere mendacia coluerunt patres nostri simulacra, et non est in illis utilitas (Id. XVI, 19). Quia vero non erant eum agnituri Judaei, a quibus eum et occidi oportebat, sic idem propheta significat: Grave cor per omnia, et homo est, et quis cognoscet eum (Id. XVII, 9, sec. LXX)? Hujus est etiam illud quod in libro decimo septimo posui de Testamento novo (Cap. 3), cujus est mediator Christus. Ipse quippe Jeremias ait, Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et consummabo super domum Jacob Testamentum novum (Jerem. XXXI, 31), et caetera quae ibi leguntur.

2. Sophoniae autem prophetae, qui cum Jeremia prophetabat, haec praedicta de Christo interim ponam: Exspecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis meae, in futurum: quia judicium meum, ut congregem gentes, et colligam regna (Sophon. III, 8). Et iterum: Horribilis, inquit, Dominus super eos, et exterminabit omnes deos terrae; et adorabit eum vir de loco suo, omnes insulae gentium (Id. II, 11). Et paulo post: Tunc, inquit, transvertam in populos linguam, et in progenis ejus, ut omnes invocent nomen Domini, et serviant ei sub uno jugo; a finibus fluminum Aethiopiae afferent mihi hostias. In illo die non confunderis ex omnibus adinventionibus tuis, quas impie egisti in me: quia tunc auferam abs te pravitates injuriae tuae; et jam non adjicies ut magnificeris super montem sanctum meum: et subrelinquam in te populum mansuetum et humilem; et verebuntur a nomine Domini, qui reliqui fuerint Israel (Id. III, 9-13, sec. LXX). Hae sunt reliquiae, de quibus alibi prophetatur, quod Apostolus etiam commemorat: Si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquiae salvae fient (Isai. X, 22; Rom. IX. 27). Hae quippe in Christum illius gentis reliquiae crediderunt.

Asimismo en otro lugar: «Este es mi Dios —dice—, y no será estimado otro en comparación con él; el cual encontró todo camino de prudencia, y lo dio a Jacob su siervo, y a Israel su amado; después de esto fue visto en la tierra, y conversó con los hombres» (Baruc III, 36-38). Algunos atribuyen este testimonio no a Jeremías, sino a su escriba, que se llamaba Baruc; pero se tiene más célebremente como de Jeremías. De nuevo el mismo profeta sobre él: «He aquí que vienen días, dice el Señor, y suscitaré a David un germen justo, y reinará un rey, y será sabio, y hará juicio y justicia en la tierra.» «En aquellos días Judá será salvo, e Israel habitará confiadamente; y este es el nombre que le llamarán: El Señor justo nuestro» (Jer. XXIII, 5, 6). Sobre la vocación de las naciones también, que había de ser (y ahora la vemos cumplida), así habló: «Señor, Dios mío y refugio mío en el día de los males, a ti vendrán las naciones desde el extremo de la tierra y dirán: Verdaderamente mentiras adoraron nuestros padres, ídolos, y no hay en ellos utilidad» (Jer. XVI, 19). Pero porque no lo habían de reconocer los judíos, por los cuales también convenía que fuera matado, así lo significa el mismo profeta: «Grave es el corazón en todo, y es hombre, ¿y quién lo conocerá?» (Jer. XVII, 9, según la LXX). De él es también aquello que puse en el libro decimoséptimo sobre el Nuevo Testamento, del cual Cristo es el mediador. Pues el mismo Jeremías dice: «He aquí que vienen días, dice el Señor, y consumaré sobre la casa de Jacob un Nuevo Testamento» (Jer. XXXI, 31), y lo demás que allí se lee.

2. De Sofonías el profeta, por su parte, que profetizaba con Jeremías, pondré entre tanto estas cosas predichas sobre Cristo: «Espérame, dice el Señor, en el día de mi resurrección, para el futuro; porque mi juicio es para que congregue a las naciones y reúna a los reinos» (Sof. III, 8). Y de nuevo: «Horrible —dice— es el Señor sobre ellos, y exterminará a todos los dioses de la tierra; y lo adorará cada hombre desde su lugar, todas las islas de las naciones» (Sof. II, 11). Y poco después: «Entonces —dice— volveré hacia los pueblos una lengua, y hacia su descendencia, para que todos invoquen el nombre del Señor y le sirvan bajo un solo yugo; desde los confines de los ríos de Etiopía me traerán hostias.» «En aquel día no serás confundida por todas tus invenciones con las que obraste impíamente contra mí; porque entonces quitaré de ti las depravaciones de tu injuria; y ya no añadirás más para ser engrandecida sobre mi santo monte; y dejaré en ti un pueblo manso y humilde; y temerán del nombre del Señor los que fueren el resto de Israel» (Sof. III, 9-13, según la LXX). Estas son las reliquias, sobre las cuales se profetiza en otra parte, lo cual también el Apóstol conmemora: «Si fuere el número de los hijos de Israel como la arena del mar, las reliquias serán salvas» (Is. X, 22; Rom. IX, 27). Pues estas reliquias de aquella nación creyeron en Cristo.

Caput XXXIV.

De prophetia Danielis et Ezechielis, quae in Christum Ecclesiamque concordat.

1. In ipsa porro Babyloniae captivitate prius prophetaverunt Daniel et Ezechiel, alii scilicet duo ex Prophetis majoribus. Quorum Daniel etiam tempus quo venturus fuerat Christus atque passurus, numero definivit annorum: quod longum est computando monstrare, et ab aliis factitatum est ante nos. De potestate vero ejus et gloria sic locutus est: Videbam, inquit, in visu noctis, et ecce cum nubibus coeli ut filius hominis veniens erat, et usque ad vetustum dierum pervenit; et in conspectu ejus praelatus est; et ipsi datus est principatus, et honor, et regnum: et omnes populi, tribus et linguae ipsi servient. Potestas ejus, potestas perpetua, quae non transibit; et regnum ejus non corrumpetur (Dan. VII, 13 et 14).

2. Ezechiel quoque more prophetico per David Christum significans, quia carnem de David semine assumpsit; propter quam formam servi, qua factus est homo, etiam servus Dei dicitur idem Dei Filius; sic eum prophetando praenuntiat ex persona Dei Patris: Et suscitabo, inquit, super pecora mea pastorem unum qui pascat ea, servum meum David: et ipse pascet ea, et ipse erit eis in pastorem. Ego autem Dominus ero eis in Deum, et servus meus David princeps in medio eorum: ego Dominus locutus sum (Ezech. XXXIV, 23 et 24). Et alio loco: Et rex, inquit, unus erit omnibus imperans: et non erunt ultra duae gentes, nec dividentur amplius in duo regna; neque polluentur ultra in idolis suis, et abominationibus suis, et in cunctis iniquitatibus suis. Et salvos eos faciam de universis sedibus suis, in quibus peccaverunt, et mundabo eos: et erunt mihi populus, et ego ero illis Deus: et servus meus David rex super eos, et pastor unus erit omnium eorum (Id. XXXVII, 22-24),

Caput XXXV.

De trium prophetarum vaticinio, id est, Aggaei, Zachariae et Malachiae.

1. Restant tres minores Prophetae, qui prophetaverunt in fine captivitatis, Aggaeus, Zacharias, Malachias. Quorum Aggaeus Christum et Ecclesiam hac apertius brevitate prophetat: Haec dicit Dominus exercituum: Adhuc unum modicum est, et ego commovebo coelum, et terram, et mare, et aridam, et movebo omnes gentes; et veniet Desideratus cunctis gentibus (Aggaei II, 7 et 8). Haec prophetia partim jam completa cernitur, partim speratur in fine complenda. Movit enim coelum Angelorum et siderum testimonio, quando incarnatus est Christus. Movit terram ingenti miraculo, de ipso virginis partu.

Capítulo XXXIV.

Sobre la profecía de Daniel y de Ezequiel, que concuerda en Cristo y en la Iglesia.

1. Además, en la misma cautividad de Babilonia profetizaron primero Daniel y Ezequiel, a saber, otros dos de los profetas mayores. De los cuales Daniel incluso definió por el número de años el tiempo en el que Cristo había de venir y de padecer; lo cual es largo de mostrar computando, y ha sido hecho por otros antes de nosotros. Sobre su potestad y gloria, por su parte, así habló: «Veía —dice— en una visión de la noche, y he aquí que con las nubes del cielo venía uno como el Hijo del hombre, y llegó hasta el Anciano de días; y fue presentado en su presencia; y a él le fue dado el principado, y el honor, y el reino; y todos los pueblos, tribus y lenguas le servirán.» «Su potestad es una potestad perpetua, que no pasará; y su reino no será corrompido» (Dan. VII, 13-14).

2. Ezequiel también, significando a Cristo a través de David al modo profético, porque asumió carne de la descendencia de David; por cuya forma de siervo, por la que fue hecho hombre, el mismo Hijo de Dios es llamado también siervo de Dios; así lo anuncia profetizando desde la persona de Dios Padre: «Y suscitaré —dice— sobre mis ovejas un solo pastor que las apaciente, a mi siervo David; y él mismo las apacentará, y él mismo será para ellas pastor.» «Yo, por mi parte, el Señor, seré para ellos Dios, y mi siervo David príncipe en medio de ellos; yo, el Señor, he hablado» (Ez. XXXIV, 23-24). Y en otro lugar: «Y habrá un solo rey mandando a todos; y no serán más dos naciones, ni se dividirán más en dos reinos; ni se contaminarán más en sus ídolos, y en sus abominaciones, y en todas sus iniquidades.» «Y los haré salvos de todos sus asientos en los que pecaron, y los limpiaré; y serán para mí un pueblo, y yo seré para ellos Dios; y mi siervo David rey sobre ellos, y habrá un solo pastor de todos ellos» (Id. XXXVII, 22-24),

Capítulo XXXV.

Sobre la profecía de los tres profetas, esto es, Ageo, Zacarías y Malaquías.

1. Quedan tres profetas menores, que profetizaron al final de la cautividad: Ageo, Zacarías y Malaquías. De los cuales, Ageo profetiza a Cristo y a la Iglesia con esta más abierta brevedad: «Esto dice el Señor de los ejércitos: Todavía un poco, y yo conmoveré el cielo, y la tierra, y el mar, y la tierra seca, y conmoveré a todas las naciones; y vendrá el Deseado de todas las naciones» (Ageo II, 7-8). Esta profecía se ve en parte ya cumplida, y en parte se espera que se cumpla al final. Pues conmovió el cielo con el testimonio de los ángeles y de las estrellas, cuando Cristo se encarnó. Conmovió la tierra con un gran milagro, por el mismo parto de la virgen.

Movit mare et aridam, cum et in insulis et in orbe toto Christus annuntiatur. Ita moveri omnes gentes videmus ad fidem. Jam vero quod sequitur, Et veniet Desideratus cunctis gentibus, de novissimo ejus exspectatur adventu. Ut enim desideratus esset exspectantibus, prius oportuit eum dilectum esse credentibus.

2. Zacharias de Christo et Ecclesia: Exsulta, inquit, valde, filia Sion; jubila, filia Jerusalem: ecce Rex tuus veniet tibi, justus, et salvator; ipse pauper, et ascendens super asinam, et super pullum filium asinae: et potestas ejus a mari usque ad mare, et a fluminibus usque ad fines terrae (Zach. IX, 9 et 10). Hoc quando factum sit, ut Dominus Christus in itinere jumento hujus generis uteretur, in Evangelio legitur: ubi et hac prophetia commemoratur ex parte, quantum illi loco sufficere visum est (Matth. XXI). Alio loco ad ipsum Christum in Spiritu prophetiae loquens de remissione peccatorum per ejus sanguinem: Tu quoque, inquit, in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua (Zach. IX, 11). Quid per hunc lacum velit intelligi, possunt diversa sentiri, etiam secundum rectam fidem. Mihi tamen videtur non eo significari melius, nisi humanae miseriae siccam profunditatem quodammodo et sterilem, ubi non sunt fluenta justitiae, sed iniquitatis lutum. De hoc quippe etiam in Psalmo dicitur: Et eduxit me de lacu miseriae, et de luto limi (Psal. XXXIX, 3).

3. Malachias prophetans Ecclesiam, quam per Christum cernimus propagatam, Judaeis apertissime dicit ex persona Dei: Non est mihi voluntas in vobis, et munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, et in omni loco sacrificabitur et offeretur nomini meo oblatio munda: quia magnum nomen meum in gentibus, dicit Dominus (Malach. I, 10). Hoc sacrificium per sacerdotium Christi secundum ordinem Melchisedech, cum in omni loco a solis ortu usque ad occasum Deo jam videamus offerri, sacrificium autem Judaeorum, quibus dictum est, Non est mihi voluntas in vobis, nec accipiam de manibus vestris munus, cessasse negare non possunt; quid adhuc exspectant alium Christum, cum hoc quod prophetatum legunt et impletum vident, impleri non potuerit, nisi per ipsum? Dicit enim paulo post de ipso ex persona Dei: Testamentum meum erat cum eo vitae et pacis: et dedi ei ut timore timeret me, et a facie nominis mei revereretur.

Conmovió el mar y la tierra seca, cuando Cristo es anunciado tanto en las islas como en todo el orbe. Así vemos conmoverse a todas las naciones hacia la fe. Ya en verdad lo que sigue, «Y vendrá el Deseado de todas las naciones», se espera sobre su último advenimiento. Pues para que fuera deseado por los que lo esperaban, primero convino que fuera amado por los que creían en él.

2. Zacarías sobre Cristo y la Iglesia: «Alégrate mucho —dice—, hija de Sión; jubila, hija de Jerusalén: he aquí que tu Rey vendrá a ti, justo y salvador; él mismo pobre, y subiendo sobre una asna, y sobre un pollino hijo de asna: y su potestad desde el mar hasta el mar, y desde los ríos hasta los confines de la tierra» (Zacarías IX, 9-10). Cuándo se hizo esto, que el Señor Cristo usara un jumento de este género en su camino, se lee en el Evangelio, donde también se conmemora esta profecía en parte, cuanto pareció que bastaba para aquel lugar (Mt. XXI). En otro lugar, hablando en el Espíritu de profecía al mismo Cristo sobre la remisión de los pecados por su sangre: «Tú también —dice—, en la sangre de tu testamento, sacaste a tus cautivos del lago en el que no hay agua» (Zacarías IX, 11). Sobre qué quiera que se entienda por este lago, pueden sentirse diversas cosas, incluso según la recta fe. Sin embargo, a mí me parece que no se significa mejor por él sino, en cierto modo, la profundidad seca y estéril de la miseria humana, donde no hay torrentes de justicia, sino el lodo de la iniquidad. Sobre esto, en efecto, también se dice en el Salmo: «Y me sacó del lago de la miseria y del lodo del légamo» (Sal. XXXIX, 3).

3. Malaquías, profetizando la Iglesia que vemos propagada por Cristo, dice muy abiertamente a los judíos desde la persona de Dios: «No tengo voluntad en vosotros, y no recibiré don de vuestra mano.» «Pues desde el orto del sol hasta el ocaso, grande es mi nombre entre las naciones, y en todo lugar se sacrificará y se ofrecerá a mi nombre una oblación pura; porque grande es mi nombre entre las naciones, dice el Señor» (Mal. I, 10). Este sacrificio por el sacerdocio de Cristo según el orden de Melquisedec, puesto que ya vemos que se ofrece a Dios en todo lugar desde el orto del sol hasta el ocaso, mientras que el sacrificio de los judíos —a los que se dijo: «No tengo voluntad en vosotros, ni recibiré de vuestras manos don»— no pueden negar que ha cesado; ¿por qué esperan todavía a otro Cristo, cuando esto que leen profetizado y ven cumplido, no ha podido cumplirse sino por él? Pues dice poco después sobre él desde la persona de Dios: «Mi testamento era con él de vida y de paz; y le di que me temiera con temor, y que reverenciara ante la faz de mi nombre.»

Lex veritatis erat in ore ipsius, in pace dirigens ambulavit mecum, et multos convertit ab iniquitate: quoniam labia sacerdotis custodient scientiam, et legem inquirent ex ore ejus; quoniam angelus Domini omnipotentis est (Id. II, 5-7). Nec mirandum est, quia omnipotentis Dei angelus dictus est Christus Jesus. Sicut enim servus propter formam servi, in qua venit ad homines; sic et angelus propter Evangelium, quod nuntiavit hominibus. Nam si graeca ista interpretemur, et Evangelium bona nuntiatio est, et angelus nuntius. De ipso quippe iterum dicit: Ecce mitto angelum meum, et prospiciet viam ante faciem meam: et subito veniet in templum suum Dominus quem vos quaeritis, et angelus testamenti quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus omnipotens: et quis sustinebit diem introitus ejus? aut quis resistet in aspectu ejus? (Malach. III, 1, 2) Hoc loco et primum et secundum Christi praenuntiavit adventum: primum scilicet, de quo ait, Et subito veniet in templum suum; id est, in carnem suam, de qua dixit in Evangelio, Solvite templum hoc, et in triduo resuscitabo illud (Joan. II, 19): secundum vero, ubi ait, Ecce venit, dicit Dominus omnipotens, et quis sustinebit diem introitus ejus, aut quis resistet in aspectu ejus? Quod autem dicit, Dominus quem vos quaeritis, et angelus testamenti quem vos vultis, significavit utique etiam Judaeos secundum Scripturas quas legunt, Christum quaerere, et velle. Sed multi eorum, quem quaesierunt et voluerunt, venisse non agnoverunt, excaecati in cordibus suis praecedentibus meritis suis. Quod sane hic nominat testamentum, vel supra, ubi ait, Testamentum meum erat cum eo; vel hic, ubi eum dixit angelum testamenti: novum procul dubio Testamentum debemus accipere, ubi sempiterna; non vetus, ubi temporalia sunt promissa: quae pro magno habentes plurimi infirmi, et Deo vero talium rerum mercede servientes, quando vident eis impios abundare, turbantur. Propter quod idem propheta, ut novi Testamenti beatitudinem aeternam, quae non dabitur nisi bonis, distingueret a veteris terrena felicitate, quae plerumque datur et malis: Ingravastis, inquit, super me verba vestra, dicit Dominus, et dixistis, In quo detraximus de te? Dixistis, Vanus est omnis qui servit Deo; et quid plus, quia custodivimus observationes ejus, et quia ambulavimus supplicantes ante faciem Domini omnipotentis? Et nunc nos beatificamus alienos, et reaedificantur omnes qui faciunt iniqua: et adversati sunt Deo, et salvi facti sunt.

«La ley de la verdad estaba en su boca, caminando conmigo en paz me dirigió, y a muchos convirtió de la iniquidad; porque los labios del sacerdote custodiarán la ciencia, y de su boca inquirirán la ley; porque es el ángel del Señor omnipotente» (Mal. II, 5-7). Ni es de maravillar que Cristo Jesús fuera llamado ángel del Dios omnipotente. Pues así como es siervo por la forma de siervo en la que vino a los hombres, así también es ángel por el Evangelio que anunció a los hombres. Pues si interpretáramos esas palabras griegas, tanto Evangelio es buena noticia, como ángel es mensajero. Sobre él, en efecto, dice de nuevo: «He aquí que envío a mi ángel, y divisará el camino ante mi faz; y súbitamente vendrá a su templo el Señor a quien vosotros buscáis, y el ángel del testamento a quien vosotros queréis.» «He aquí que viene, dice el Señor omnipotente; ¿y quién sostendrá el día de su entrada? ¿o quién resistirá en su aspecto?» (Mal. III, 1-2) En este lugar predijo tanto el primero como el segundo advenimiento de Cristo: el primero, a saber, de aquel que dice: «Y súbitamente vendrá a su templo», esto es, a su carne, de la cual dijo en el Evangelio: «Destruid este templo, y en tres días lo resucitaré» (Jn. II, 19); el segundo, en cambio, donde dice: «He aquí que viene, dice el Señor omnipotente, ¿y quién sostendrá el día de su entrada, o quién resistirá en su aspecto?» Pero lo que dice, «El Señor a quien vosotros buscáis, y el ángel del testamento a quien vosotros queréis», significó ciertamente que también los judíos, según las Escrituras que leen, buscan y quieren a Cristo. Pero muchos de ellos no reconocieron que había venido aquel a quien buscaron y quisieron, cegados en sus corazones por sus méritos precedentes. Lo que ciertamente nombra aquí testamento, o arriba, donde dice: «Mi testamento era con él», o aquí, donde lo llamó ángel del testamento: debemos aceptar sin duda el Nuevo Testamento, donde están las cosas sempiternas; no el viejo, donde se prometen las temporales; las cuales, teniéndolas por grandes muchísimos débiles, y sirviendo al Dios verdadero por la recompensa de tales cosas, se turban cuando ven que los impíos abundan en ellas. Por lo cual el mismo profeta, para distinguir la bienaventuranza eterna del Nuevo Testamento, que no se dará sino a los buenos, de la felicidad terrena del viejo, que frecuentemente se da también a los malos: «Agravasteis sobre mí vuestras palabras, dice el Señor, y dijisteis: ¿En qué hemos hablado mal de ti?» «Dijisteis: Vano es todo el que sirve a Dios; ¿y qué más, porque hemos custodiado sus observancias, y porque hemos caminado suplicantes ante la faz del Señor omnipotente?» «Y ahora nosotros llamamos bienaventurados a los ajenos, y se reedifican todos los que hacen cosas inicuas; y se opusieron a Dios y fueron hechos salvos.»

Haec oblocuti sunt, qui timebant Dominum, unusquisque ad proximum suum: et animadvertit Dominus, et audivit: et scripsit librum memoriae in conspectu suo, eis qui timent Dominum, et reverentur nomen ejus. Isto libro significatum est Testamentum Novum. Denique quod sequitur, audiamus: Et erunt mihi, dicit Dominus omnipotens, in diem, qua ego facio, in acquisitionem; et eligam eos, sicut homo eligit filium suum servientem sibi: et convertemini, et videbitis inter justum et injustum, et inter servientem Deo, et non servientem. Quoniam ecce dies venit ardens sicut clibanus, et concremabit eos: et erunt omnes alienigenae, et omnes facientes iniquitatem stipula, et incendet illos dies qui adveniet, dicit Dominus omnipotens: et non derelinquetur eorum radix, neque sarmentum. Et orietur vobis timentibus nomen meum, sol justitiae: et sanitas in pennis ejus: et exibitis, et exsultabitis sicut vituli ex vinculis resoluti; et conculcabitis iniquos, et erunt cinis sub pedibus vestris in die, in quo ego facio, dicit Dominus omnipotens (Malach. III, 13-18; IV, 1-3). Hic est qui dicitur dies judicii: de quo suo loco, si Deus voluerit, loquemur uberius.

Caput XXXVI.

De Esdra et libris Machabaeorum.

Post hos tres prophetas, Aggaeum, Zachariam, Malachiam, per idem tempus liberationis populi ex Babylonica servitute scripsit etiam Esdras, qui magis rerum gestarum scriptor est habitus, quam propheta: sicuti est et liber, qui appellatur Esther: cujus res gesta in laudem Dei non longe ab his temporibus invenitur: nisi forte Esdras in eo Christum prophetasse intelligendus est, quod inter juvenes quosdam orta quaestione, quid amplius valeret in rebus; cum reges unus dixisset, alter vinum, tertius mulieres, quae plerumque regibus imperarent: idem tamen tertius veritatem super omnia demonstravit esse victricem (III Esdrae, III, 9 seqq.). Consulto autem Evangelio, Christum cognoscimus esse veritatem. Ab hoc tempore apud Judaeos restituto templo, non reges, sed principes fuerunt usque ad Aristobulum : quorum supputatio temporum non in Scripturis sanctis, quae canonicae appellantur, sed in aliis invenitur, in quibus sunt et Machabaeorum libri, quos non Judaei, sed Ecclesia pro canonicis habet, propter quorumdam Martyrum passiones vehementes atque mirabiles, qui antequam Christus venisset in carnem, usque ad mortem pro Dei lege certaverunt, et mala gravissima atque horribilia pertulerunt.

Caput XXXVII.

Quod prophetica auctoritas omni origine gentilis philosophiae inveniatur antiquior.

«Estas cosas hablaron los que temían al Señor, cada uno a su prójimo; y advirtió el Señor y oyó; y escribió un libro de memoria en su presencia, para los que temen al Señor y reverencian su nombre.» Por este libro fue significado el Nuevo Testamento. Finalmente lo que sigue, oigamos: «Y serán para mí, dice el Señor omnipotente, en el día en que yo actúo, para adquisición; y los elegiré como el hombre elige a su hijo que le sirve; y os convertiréis y veréis entre el justo y el injusto, y entre el que sirve a Dios y el que no le sirve.» «Porque he aquí que viene el día ardiendo como un horno, y los consumirá; y serán todos los ajenos y todos los que hacen iniquidad rastrojo, y los encenderá el día que vendrá, dice el Señor omnipotente; y no se dejará de ellos raíz ni sarmiento.» «Y nacerá para vosotros, los que teméis mi nombre, el Sol de justicia, y la sanidad en sus alas; y saldréis y saltaréis como becerros sueltos de las ataduras; y hollaréis a los inicuos, y serán ceniza bajo vuestros pies en el día en que yo actúo, dice el Señor omnipotente» (Mal. III, 13-18; IV, 1-3). Este es el que se llama día del juicio: sobre el cual en su lugar, si Dios quisiere, hablaremos más abundantemente.

Capítulo XXXVI.

Sobre Esdras y los libros de los Macabeos.

Después de estos tres profetas, Ageo, Zacarías y Malaquías, durante el mismo tiempo de la liberación del pueblo de la servidumbre babilónica, escribió también Esdras, quien fue considerado más un escritor de hechos realizados que un profeta: como también es el libro llamado Ester, cuyos hechos realizados para la alabanza de Dios se encuentran no lejos de estos tiempos: a menos que tal vez deba entenderse que Esdras profetizó a Cristo en esto, que entre ciertos jóvenes surgió una cuestión sobre qué tenía más fuerza en las cosas; habiendo dicho uno que los reyes, otro que el vino, el tercero que las mujeres, que la mayoría de las veces imperan sobre los reyes: sin embargo, el mismo tercero demostró que la verdad (veritas) es victoriosa sobre todas las cosas (III Esdras, III, 9 ss.). Además, consultando el Evangelio, conocemos que Cristo es la verdad. Desde este tiempo, restaurado el templo entre los judíos, no hubo reyes, sino príncipes hasta Aristóbulo: cuyo cómputo de los tiempos no se encuentra en las santas Escrituras que se llaman canónicas, sino en otras, entre las cuales están también los libros de los Macabeos, que no los judíos, sino la Iglesia tiene por canónicos, a causa de las pasiones vehementes y admirables de ciertos Mártires, quienes, antes de que Cristo viniera en la carne, lucharon hasta la muerte por la ley de Dios, y soportaron males gravísimos y horribles.

Capítulo XXXVII.

Que la autoridad profética se encuentra más antigua que todo origen de la filosofía gentil.

Tempore igitur Prophetarum nostrorum, quorum jam scripta ad notitiam fere omnium gentium pervenerunt, philosophi gentium nondum erant, qui hoc etiam nomine vocarentur, quod coepit a Samio Pythagora, qui eo tempore, quo Judaeorum est soluta captivitas, coepit excellere atque cognosci. Multo ergo magis caeteri philosophi post Prophetas reperiuntur fuisse. Nam ipse Socrates Atheniensis, magister omnium qui tunc maxime claruerunt, tenens in ea parte, quae moralis vel activa dicitur, principatum, post Esdram in Chronicis invenitur. Non multo post etiam Plato natus est, qui longe caeteros Socratis discipulos anteiret. Quibus si addamus etiam superiores, qui nondum philosophi vocabantur, septem scilicet Sapientes, ac deinde physicos qui Thaleti successerunt, in perscrutanda natura rerum studium ejus imitati, Anaximandrum scilicet et Anaximenem et Anaxagoram, aliosque nonnullos, antequam Pythagoras philosophum primus profiteretur, nec illi Prophetas nostros universos temporis antiquitate praecedunt: quandoquidem Thales, post quem caeteri fuerunt, regnante Romulo eminuisse fertur, quando de fontibus Israel in eis litteris, quae toto orbe manarent, prophetiae flumen erupit. Soli igitur illi theologi poetae, Orpheus, Linus, Musaeus, et si quis alius apud Graecos fuit, his Prophetis Hebraeis, quorum scripta in auctoritate habemus, annis reperiuntur priores. Sed nec ipsi verum theologum nostrum Moysen, qui unum verum Deum veraciter praedicavit, cujus nunc scripta in auctoritatis canone prima sunt, tempore praevenerunt: ac per hoc quantum ad Graecos attinet, in qua lingua litterae hujus saeculi maxime ferbuerunt, nihil habent unde sapientiam suam jactent, quo religione nostra, ubi vera sapientia est, si non superior, saltem videatur antiquior. Verum, quod fatendum est, non quidem in Graecia, sed in barbaris gentibus, sicut in Aegypto, jam fuerat ante Moysen nonnulla doctrina, quae illorum sapientia diceretur: alioquin non scriptum esset in Libris sanctis, Moysen eruditum fuisse omni sapientia Aegyptiorum (Act. VII, 22), tunc utique quando ibi natus est, et a filia Pharaonis adoptatus atque nutritus, etiam liberaliter educatus est. Sed nec sapientia Aegyptiorum sapientiam Prophetarum nostrorum tempore antecedere potuit, quandoquidem et Abraham propheta fuit (Gen. XX, 7). Quid autem sapientiae esse potuit in Aegypto, antequam eis Isis, quam mortuam tanquam deam magnam colendam putaverunt, litteras traderet? Isis porro Inachi filia fuisse proditur, qui primus regnare coepit Argivis, quando Abrahae jam nepotes reperiuntur exorti.

En el tiempo, pues, de nuestros Profetas, cuyos escritos han llegado ya a noticia de casi todas las naciones, no existían aún los filósofos de las naciones, que fueran llamados también con este nombre, el cual comenzó desde Pitágoras el Samio, quien comenzó a sobresalir y a ser conocido en aquel tiempo en que se disolvió el cautiverio de los judíos. Mucho más, por lo tanto, se encuentran los demás filósofos habiendo sido después de los Profetas. Pues el mismo Sócrates el Ateniense, maestro de todos los que entonces especialmente brillaron, teniendo en aquella parte que se llama moral o activa el principado, se encuentra en las Crónicas después de Esdras. No mucho después nació también Platón, quien aventajó por mucho a los demás discípulos de Sócrates. A los cuales si añadimos también a los superiores, que aún no se llamaban filósofos, a saber, los siete Sabios, y luego a los físicos que sucedieron a Tales, habiendo imitado su estudio en investigar la naturaleza de las cosas, a saber, Anaximandro y Anaxímenes y Anaxágoras, y algunos otros, antes de que Pitágoras se profesara primero filósofo, tampoco ellos preceden en antigüedad de tiempo a todos nuestros Profetas: puesto que Tales, después de quien existieron los demás, se dice que floreció reinando Rómulo, cuando de las fuentes de Israel en aquellas letras que manarían por todo el orbe, brotó el río de la profecía. Por tanto, solos aquellos poetas teólogos, Orfeo, Lino, Museo, y si algún otro hubo entre los griegos, se encuentran anteriores en años a estos Profetas hebreos cuyos escritos tenemos en autoridad. Pero ni siquiera ellos precedieron en tiempo a nuestro verdadero teólogo Moisés, quien predicó verdaderamente a un solo Dios verdadero, cuyos escritos son ahora los primeros en el canon de autoridad: y por esto, en cuanto a los griegos atañe, en cuya lengua las letras de este siglo especialmente hirvieron, nada tienen de qué jactar su sabiduría, para que nuestra religión, donde está la verdadera sabiduría, si no superior, al menos parezca más antigua. En verdad, lo que debe confesarse, no ciertamente en Grecia, sino en las naciones bárbaras, como en Egipto, ya había habido antes de Moisés alguna doctrina que se llamara sabiduría de ellos: de otro modo no estaría escrito en los Libros sagrados que Moisés fue instruido en toda la sabiduría de los egipcios (Hechos VII, 22), entonces ciertamente cuando nació allí, y habiendo sido adoptado y criado por la hija de Faraón, fue también educado liberalmente. Pero ni siquiera la sabiduría de los egipcios pudo anteceder en tiempo a la sabiduría de nuestros Profetas, puesto que también Abraham fue profeta (Gén. XX, 7). ¿Qué sabiduría, además, pudo haber en Egipto antes de que Isis, a quien muerta pensaron que debía ser colada como gran diosa, les entregara las letras? Isis, además, se cuenta haber sido hija de Ínaco, quien primero comenzó a reinar sobre los argivos, cuando ya se encuentran nacidos los nietos de Abraham.

Caput XXXVIII.

Quod quaedam sanctorum scripta ecclesiasticus canon propter nimiam non receperit vetustatem, ne per occasionem eorum falsa veris insererentur.

Jam vero si longe antiquiora repetam, et ante illud grande diluvium noster erat utique Noe patriarcha, quem prophetam quoque non immerito dixerim: si quidem ipsa arca quam fecit, et in qua cum suis evasit, prophetia nostrorum temporum fuit. Quid Enoch septimus ab Adam, nonne etiam in canonica epistola apostoli Judae prophetasse praedicatur (Judae 14)? Quorum scripta ut apud Judaeos et apud nos in auctoritate non essent, nimia fecit antiquitas, propter quam videbantur habenda esse suspecta, ne proferrentur falsa pro veris. Nam et proferuntur quaedam quae ipsorum esse dicantur ab eis qui pro suo sensu passim, quod volunt, credunt. Sed ea castitas canonis non recepit, non quod eorum hominum, qui Deo placuerunt, reprobetur auctoritas, sed quod ista esse non credantur ipsorum. Nec mirum debet videri, quod suspecta habentur, quae sub tantae antiquitatis nomine proferuntur; quandoquidem in ipsa historia regum Juda et regum Israel, quae res gestas continet, de quibus eidem Scripturae canonicae credimus, commemorantur plurima, quae ibi non explicantur, et in libris aliis inveniri dicuntur, quos Prophetae scripserunt, et alicubi eorum quoque Prophetarum nomina non tacentur (I Par. XXIX, 29; II Par. IX, 29); nec tamen inveniuntur in canone, quem recepit populus Dei. Cujus rei, fateor, causa me latet; nisi quod existimo, etiam ipsos, quibus ea quae in auctoritate religionis esse deberent, sanctus utique Spiritus revelabat, alia sicut homines historica diligentia, alia sicut Prophetas inspiratione divina scribere potuisse; atque haec ita fuisse distincta, ut illa tanquam ipsis, ista vero tanquam Deo per ipsos loquenti, judicarentur esse tribuenda; atque sic illa pertinerent ad ubertatem cognitionis, haec ad religionis auctoritatem: in qua auctoritate custoditur canon, praeter quem si qua jam etiam sub nomine veterum Prophetarum scripta proferuntur, nec ad ipsam copiam scientiae valent, quoniam utrum eorum sint, quorum esse dicuntur, incertum est; et ob hoc eis non habetur fides, maxime his in quibus etiam contra fidem librorum canonicorum quaedam leguntur, propter quod ea prorsus non esse apparet illorum.

Caput XXXIX.

De hebraicis litteris, quae nunquam in suae linguae proprietate non fuerint.

Capítulo XXXVIII.

Que el canon eclesiástico no recibió ciertos escritos de los santos a causa de su excesiva antigüedad, para que por ocasión de ellos no se insertaran cosas falsas entre las verdaderas.

Ya en verdad, si repitiera cosas mucho más antiguas, aun antes de aquel gran diluvio era ciertamente nuestro el patriarca Noé, a quien no sin mérito llamaría también profeta: si es que la misma arca que hizo, y en la cual escapó con los suyos, fue una profecía de nuestros tiempos. ¿Qué decir de Enoc, el séptimo desde Adán?, ¿acaso no se proclama también que profetizó en la epístola canónica del apóstol Judas (Judas 14)? El que sus escritos no estuvieran en autoridad entre los judíos y entre nosotros, lo causó su excesiva antigüedad, por la cual parecían deber ser tenidos por sospechosos, no fuera que se presentaran cosas falsas por verdaderas. Pues también se presentan algunas que se dicen ser de ellos por quienes creen por todas partes, según su propio sentido, lo que quieren. Pero la castidad del canon no las recibió, no porque se repruebe la autoridad de aquellos hombres que agradaron a Dios, sino porque no se cree que esas cosas sean de ellos. Ni debe parecer admirable que se tengan por sospechosas las cosas que se presentan bajo el nombre de tanta antigüedad; puesto que en la misma historia de los reyes de Judá y de los reyes de Israel, que contiene los hechos realizados sobre los cuales creemos a la misma Escritura canónica, se conmemoran muchísimas cosas que allí no se explican, y se dice que se encuentran en otros libros que escribieron los Profetas, y en algunos lugares no se callan los nombres de aquellos Profetas (1 Crón. XXIX, 29; 2 Crón. IX, 29); sin embargo, no se encuentran en el canon que recibió el pueblo de Dios. De cuya cosa, confieso, la causa me es oculta; sino que estimo que también ellos mismos, a quienes el Espíritu Santo revelaba ciertamente aquellas cosas que debían estar en la autoridad de la religión, pudieron escribir unas cosas como hombres con diligencia histórica, otras como Profetas por inspiración divina; y que estas estuvieran de tal modo distinguidas, que aquellas se juzgaran deber ser atribuidas a ellos mismos, pero estas ciertamente a Dios hablando por ellos; y así aquellas pertenecieran a la abundancia del conocimiento, estas a la autoridad de la religión: en cuya autoridad se custodia el canon, fuera del cual si se presentan ya algunos escritos aun bajo el nombre de los antiguos Profetas, ni valen para la misma copia de la ciencia, puesto que es incierto si son de ellos de quienes se dicen ser; y por esto no se les tiene fe, especialmente a aquellos en los cuales se leen algunas cosas aun contra la fe de los libros canónicos, por lo cual aparece que aquellas no son de ningún modo de ellos.

Capítulo XXXIX.

Sobre las letras hebreas, que nunca faltaron en la propiedad de su propia lengua.

Non itaque credendum est, quod nonnullis arbitrantur, hebraeam tantum linguam per illum qui vocabatur Heber, unde Hebraeorum vocabulum est, fuisse servatam, atque inde pervenisse ad Abraham, hebraeas autem litteras a lege coepisse, quae data est per Moysen; sed potius per illam successionem patrum, memoratam linguam cum suis litteris custoditam. Denique Moyses in populo Dei constituit, qui docendis litteris praeessent, prius quam divinae legis ullas litteras nossent. Hos appellat Scriptura γραμματοεισαγωγεῖς, qui latine dici possunt litterarum inductores vel introductores, eo quod eas inducant, id est introducant quodammodo in corda discentium, vel in eas potius ipsos quos docent. Nulla igitur gens de antiquitate sapientiae suae super Patriarchas et Prophetas nostros, quibus inerat divina sapientia, ulla se vanitate jactaverit; quando nec Aegyptus invenitur, quae solet falso et inaniter de suarum doctrinarum antiquitate gloriari, qualicumque sapientia sua Patriarcharum nostrorum tempore praevenisse sapientiam. Neque enim quisquam dicere audebit mirabilium disciplinarum eos peritissimos fuisse, antequam litteras nossent, id est, antequam Isis eo venisset, easque ibi docuisset. Ipsa porro eorum memorabilis doctrina, quae appellata est sapientia, quid erat nisi maxime astronomia, et si quid aliud talium disciplinarum magis ad exercenda ingenia, quam ad illuminandas vera sapientia mentes valere solet? Nam quod attinet ad philosophiam, quae se docere profitetur aliquid, unde fiant homines beati, circa tempora Mercurii, quem Trismegistum vocaverunt, in illis terris ejusmodi studia claruerunt: longe quidem ante sapientes vel philosophos Graeciae, sed tamen post Abraham, et Isaac, et Jacob, et Joseph; nimirum etiam post ipsum Moysen. Eo quippe tempore, quo Moyses natus est, fuisse reperit Atlas ille magnus astrologus, Promethei frater, maternus avus Mercurii majoris, cujus nepos fuit Trismegistus iste Mercurius.

Caput XL.

De Aegyptiorum mendacissima vanitate, quae antiquitati scientiae suae centum millia adscribit annorum.

Frustra itaque vanissima praesumptione garriunt quidam, dicentes, ex quo rationem siderum comprehendit Aegyptus, amplius quam centum annorum millia numerari. In quibus enim libris istum numerum collegerunt, qui non multum ante annorum duo millia litteras magistra Iside didicerunt? Non enim parvus auctor est in historia Varro, qui hoc prodidit, quod a litterarum etiam divinarum veritate non dissonat.

No debe, pues, creerse, lo que algunos juzgan, que solo la lengua hebrea fue conservada por aquel que se llamaba Heber, de donde viene el vocablo de los hebreos, y que las letras hebreas comenzaron desde la ley que fue dada por Moisés; sino más bien que por aquella sucesión de los padres, la mencionada lengua fue custodiada con sus letras. Finalmente, Moisés estableció en el pueblo de Dios a quienes presidieran la enseñanza de las letras, antes de que conocieran letras algunas de la ley divina. A estos los llama la Escritura grammatoeisagogeis, que en latín pueden llamarse litterarum inductores o introductores (introductores de las letras), por aquello de que las introducen, esto es, las introducen de algún modo en los corazones de los que aprenden, o más bien a ellos mismos a quienes enseñan en ellas. Ninguna nación, por lo tanto, se jactará con vanidad alguna de la antigüedad de su sabiduría sobre nuestros Patriarcas y Profetas, en quienes estaba la divina sabiduría; cuando ni siquiera se encuentra Egipto, que suele gloriarse falsa y vanamente de la antigüedad de sus doctrinas, habiendo precedido con cualquier sabiduría suya a la sabiduría de nuestros Patriarcas en su tiempo. Pues nadie se atreverá a decir que ellos fueron peritísimos en disciplinas admirables antes de que conocieran las letras, esto es, antes de que Isis hubiera venido allí y las hubiera enseñado allí. Además, aquella memorable doctrina de ellos, que fue llamada sabiduría, ¿qué era sino máximo la astronomía, y si algo otro de tales disciplinas suele valer más para ejercitar los ingenios que para iluminar las mentes con la verdadera sabiduría? Pues por lo que atañe a la filosofía, que profesa enseñar algo por lo cual los hombres se hagan bienaventurados, alrededor de los tiempos de Mercurio, a quien llamaron Trimegisto, florecieron en aquellas tierras estudios de esa clase: mucho antes ciertamente que los sabios o filósofos de Grecia, pero sin embargo después de Abraham, e Isaac, y Jacob, y José; sin duda también después del mismo Moisés. En aquel tiempo, en efecto, en que nació Moisés, se encuentra que existió aquel Atlas, gran astrólogo, hermano de Prometeo, abuelo materno del Mercurio mayor, cuyo nieto fue este Mercurio Trimegisto.

Capítulo XL.

Sobre la mendacísima vanidad de los egipcios, que adscribe cien mil años a la antigüedad de su ciencia.

En vano, pues, parlotean algunos con vanísima presunción, diciendo que desde que Egipto comprendió la razón de los astros, se numeran más de cien mil años. ¿En qué libros, en efecto, recogieron ese número, ellos que aprendieron las letras siendo Isis su maestra no mucho antes de hace dos mil años? Pues no es pequeño autor en la historia Varrón, quien transmitió esto, lo cual no disuena de la verdad de las letras divinas.

Cum enim ab ipso primo homine, qui est appellatus Adam, nondum sex millia annorum compleantur, quomodo non isti ridendi potius, quam refellendi sunt, qui de spatio temporum tam diversa, et huic exploratae veritati tam contraria persuadere conantur? Cui enim melius narranti praeterita credimus, quam qui etiam futura praedixit, quae praesentia jam videmus? Nam et ipsa historicorum inter se dissonantia copiam nobis praebet, ut ei potius credere debeamus, qui divinae, quam tenemus, non repugnat historiae. Porro autem cives impiae civitatis, diffusi usquequaque per terras, cum legunt doctissimos homines, quorum nullius contemnenda videatur auctoritas, inter se de rebus gestis ab aetatis nostrae memoria remotissimis discrepantes, cui potius credere debeant, non inveniunt. Nos vero in nostrae religionis historia, fulti auctoritate divina, quidquid ei resistit, non dubitamus esse falsissimum, quomodolibet sese habeant caetera in saecularibus litteris; quae seu vera seu falsa sint, nihil momenti afferunt, quo recte beateque vivamus.

Caput XLI.

De philosophicarum opinionum dissensionibus, et canonicarum apud Ecclesiam concordia Scripturarum.

1. Ut autem jam cognitionem omittamus historiae, ipsi philosophi, a quibus ad ista progressi sumus, qui non videntur laborasse in studiis suis, nisi ut invenirent quomodo vivendum esset accommodate ad beatitudinem capessendam, cur dissenserunt et a magistris discipuli, et inter se condiscipuli, nisi quia ut homines humanis sensibus et humanis ratiocinationibus ista quaesierunt? Ubi quamvis esse potuerit et studium gloriandi, quo quisque alio sapientior et acutior videri cupit, nec sententiae quodammodo addictus alienae, sed sui dogmatis et opinionis inventor: tamen ut nonnullos vel etiam plurimos eorum fuisse concedam, quos a suis doctoribus vel discendi sociis amor veritatis abruperit, ut pro ea certarent, quam veritatem putarent, sive illa esset, sive non esset; quid agit, aut quo vel qua, ut ad beatitudinem perveniatur, humana se porrigit infelicitas, si divina non ducit auctoritas? Denique auctores nostri, in quibus non frustra sacrarum litterarum figitur et terminatur canon, absit ut inter se aliqua ratione dissentiant.

Pues como desde el mismo primer hombre, que fue llamado Adán, aún no se completan seis mil años, ¿cómo no han de ser aquellos más bien reídos que refutados, quienes intentan persuadir de un espacio de tiempos tan diverso y tan contrario a esta verdad explorada? ¿A quién, en efecto, creemos mejor narrando las cosas pasadas que a aquel que también predijo las futuras, que ya vemos presentes? Pues también la misma disonancia de los historiadores entre sí nos ofrece abundancia, para que debamos creer más bien a aquel que no repugna a la historia divina que tenemos. Por lo demás, los ciudadanos de la ciudad impía, difundidos por todas partes por las tierras, cuando leen a hombres doctísimos, de ninguno de los cuales parezca deber despreciarse la autoridad, discrepando entre sí sobre los hechos realizados remotísimos de la memoria de nuestra edad, no encuentran a quién deban creer más bien. Nosotros, en cambio, en la historia de nuestra religión, apoyados en la autoridad divina, no dudamos que sea falsísimo todo lo que a ella resiste, de cualquier modo que se tengan las demás cosas en las letras seculares; las cuales, ya sean verdaderas o falsas, nada de importancia aportan para que vivamos recta y bienaventuradamente.

Capítulo XLI.

Sobre las disensiones de las opiniones filosóficas, y la concordia de las Escrituras canónicas ante la Iglesia.

1. Para que omitamos ya el conocimiento de la historia, los mismos filósofos, desde los cuales progresamos a estas cosas, quienes no parecen haber trabajado en sus estudios sino para encontrar cómo se debía vivir para alcanzar la bienaventuranza, ¿por qué disintieron tanto los discípulos de los maestros como entre sí los condiscípulos, sino porque como hombres buscaron estas cosas con los sentidos humanos y los raciocinios humanos? Donde, aunque pudo haber también afán de gloria, por el cual cada uno desea parecer más sabio y agudo que otro, no de algún modo adicto a la opinión ajena, sino inventor de su propio dogma y opinión: sin embargo, para que conceda que algunos o incluso muchísimos de ellos fueron aquellos a quienes el amor de la verdad separó de sus doctores o compañeros de aprendizaje, para que lucharan por aquello que pensaban ser la verdad, ya fuera esta o no lo fuera; ¿qué hace, o a dónde o por dónde se extiende la infelicidad humana para que se llegue a la bienaventuranza, si la autoridad divina no guía? Finalmente, lejos de nuestros autores, en quienes no en vano se fija y termina el canon de las sagradas letras, el disentir entre sí por razón alguna.

Unde non immerito, cum illa scriberent, eis Deum vel per eos locutum, non pauci in scholis atque gymnasiis litigiosis disputationibus garruli, sed in agris atque in urbibus cum doctis atque indoctis tot tantique populi crediderunt. Ipsi sane pauci esse debuerunt, ne multitudine vilesceret quod religione earum esse oporteret: nec tamen ita pauci, ut eorum non sit miranda consensio. Neque enim in multitudine philosophorum, qui labore etiam litterario monumenta suorum dogmatum reliquerunt, facile quis invenerit, inter quos cuncta quae sensere conveniant: quod ostendere hoc opere longum est.

2. Quis autem sectae cujuslibet auctor sic est in hac daemonicola civitate approbatus, ut caeteri improbarentur, qui diversa et adversa senserunt? Nonne apud Athenas et Epicurei clarebant, asserentes res humanas ad deorum curam non pertinere, et Stoici, qui contraria sentientes, eas regi atque muniri diis adjutoribus atque tutoribus disputabant? Unde miror cur Anaxagoras reus factus sit, quia solem esse dixit lapidem ardentem, negans utique Deum, cum in eadem civitate gloria floruerit Epicurus, vixeritque securus, non solum solem vel ullum siderum Deum esse non credens, sed nec Jovem, nec ullum deorum omnino in mundo habitare contendens, ad quem preces hominum supplicationesque perveniant. Nonne ibi Aristippus in voluptate corporis summum bonum ponens, ibi Antisthenes virtute animi potius hominem fieri beatum asseverans, duo philosophi nobiles et ambo Socratici, in tam diversis atque inter se contrariis finibus vitae summam locantes, quorum etiam ille fugiendam, iste administrandam sapienti dicebat esse rempublicam, ad suam quisque sectam sectandam discipulos congregabat? Nempe palam in conspicua et notissima porticu, in gymnasiis, in hortulis, in locis publicis ac privatis, catervatim pro sua quisque opinione certabant: alii asserentes unum, alii innumerabiles mundos; ipsum autem unum alii ortum esse, alii vero initium non habere; alii interiturum, alii semper futurum; alii mente divina, alii fortuitu et casibus agi: alii immortales esse animas, alii mortales; et qui immortales, alii revolvi in bestias, alii nequaquam; qui vero mortales, alii mox interire post corpus, alii vivere etiam postea vel paululum, vel diutius, non tamen semper: alii in corpore constituentes finem boni, alii in animo, alii in utroque, alii extrinsecus posita etiam bona ad animum et corpus addentes:

Por lo cual no sin mérito, cuando escribían aquellas cosas, creyeron que Dios les hablaba a ellos o por ellos, no unos pocos charlatanes en las escuelas y gimnasios con disputas litigiosas, sino en los campos y en las ciudades tantos y tan grandes pueblos, con sabios e ignorantes. Ellos ciertamente debieron ser pocos, para que no se envileciera por la multitud lo que debía ser de la religión en ellas: sin embargo, no tan pocos que no sea de admirar su consenso. Pues en la multitud de filósofos, que dejaron también por el trabajo literario monumentos de sus dogmas, no encontrará uno fácilmente a aquellos entre quienes convengan todas las cosas que sintieron: lo cual mostrar en esta obra es largo.

2. ¿Quién, además, autor de cualquier secta, fue de tal modo aprobado en esta ciudad adoradora de demonios (daemonicola civitate), que los demás, que sintieron cosas diversas y adversas, fueran reprobados? ¿Acaso no brillaban en Atenas tanto los Epicúreos, afirmando que las cosas humanas no pertenecen al cuidado de los dioses, como los Estoicos, que sintiendo lo contrario, disputaban que aquellas eran regidas y protegidas por dioses ayudantes y tutores? Por lo cual me admiro de por qué Anaxágoras fue hecho reo porque dijo que el sol es una piedra ardiente, negando por cierto que fuera Dios, cuando en la misma ciudad floreció en gloria Epicuro, y vivió seguro, no solo no creyendo que el sol o alguno de los astros fuera Dios, sino contendiendo que ni Júpiter, ni ninguno de los dioses en absoluto habitan en el mundo para que a ellos lleguen los ruegos y súplicas de los hombres. ¿Acaso no Aristipo, poniendo el sumo bien en la voluptuosidad del cuerpo, y allá Antístenes, aseverando que el hombre se hace bienaventurado más bien por la virtud del ánimo—dos filósofos nobles y ambos socráticos—colocando la suma de la vida en fines tan diversos y entre sí contrarios (de los cuales aquel también decía que la república debía ser evitada por el sabio, y este que debía ser administrada), congregaba cada cual discípulos para seguir su propia secta? Sin duda abiertamente en el conspicuo y notabilísimo pórtico, en los gimnasios, en los huertos, en los lugares públicos y privados, combatían por bandadas cada cual por su opinión: unos aseverando un solo mundo, otros innumerables mundos; y aquel mismo uno, unos que había nacido, otros en verdad que no tenía principio; unos que perecería, otros que siempre sería; unos que era movido por la mente divina, otros por el azar y por los casos: unos que las almas son inmortales, otros mortales; y los que decían inmortales, unos que volvían a los animales, otros de ningún modo; los que en verdad decían mortales, unos que perecían pronto tras el cuerpo, otros que vivían incluso después o un poco, o más tiempo, pero no siempre: unos constituyendo el fin del bien en el cuerpo, otros en el alma, otros en ambos, otros añadiendo incluso bienes situados extrínsecamente al alma y al cuerpo:

alii sensibus corporis semper, alii non semper, alii nunquam, putantes esse credendum. Has et alias pene innumerabiles dissensiones philosophorum, quis unquam populus, quis senatus, quae potestas vel dignitas publica impiae civitatis dijudicandas, et alias probandas ac recipiendas, alias improbandas repudiandasque curavit, ac non passim sine ullo judicio confuseque habuit in gremio suo tot controversias hominum dissidentium, non de agris et domibus, vel quacumque pecuniaria ratione, sed de his rebus, quibus aut misere vivitur aut beate? Ubi etsi aliqua vera dicebantur, eadem licentia dicebantur et falsa; prorsus ut non frustra talis civitas mysticum vocabulum Babylonis acceperit. Babylon quippe interpretatur Confusio, quod nos jam dixisse meminimus (Libro 16, cap. 4, et alibi). Nec interest diaboli regis ejus, quam contrariis inter se rixentur erroribus, quos merito multae variaeque impietatis pariter possidet.

3. At vero gens illa, ille populus, illa civitas, illa respublica, illi Israelitae, quibus credita sunt eloquia Dei, nullo modo pseudoprophetas cum veris Prophetis pari licentia confuderunt: sed concordes inter se atque in nullo dissentientes, sacrarum Litterarum veraces ab eis agnoscebantur et tenebantur auctores. Ipsi eis erant philosophi, hoc est, amatores sapientiae, ipsi sapientes, ipsi theologi, ipsi prophetae, ipsi doctores probitatis atque pietatis. Quicumque secundum illos sapuit et vixit, non secundum homines, sed secundum Deum, qui per eos locutus est, sapuit et vixit. Ibi si prohibitum est sacrilegium, Deus prohibuit. Si dictum est, Honora patrem tuum et matrem tuam, Deus jussit. Si dictum est, Non moechaberis, Non homicidium facies, Non furaberis (Exod. XX, 12-15), et caetera hujusmodi, non haec ora humana, sed oracula divina fuderunt. Quidquid philosophi quidam inter falsa, quae opinati sunt, verum videre potuerunt, et laboriosis disputationibus persuadere moliti sunt, quod mundum istum fecerit Deus, eumque ipse providentissimus administret, de honestate virtutum, de amore patriae, de fide amicitiae, de bonis operibus atque omnibus ad mores probos pertinentes rebus, quamvis nescientes ad quem finem et quonam modo essent ista omnia referenda, propheticis, hoc est divinis vocibus, quamvis per homines, in illa civitate populo commendata sunt, non argumentationum concertationibus inculcata; ut non hominis ingenium, sed Dei eloquium contemnere formidaret, qui illa cognosceret.

Caput XLII.

Qua dispensatione providentiae Dei Scripturae sacrae Veteris Testamenti ex hebraeo in graecum eloquium translatae sint, ut Gentibus innotescerent.

unos pensando que debía creerse siempre a los sentidos del cuerpo, otros no siempre, otros nunca. Estas y otras casi innumerables disensiones de los filósofos, ¿qué pueblo alguna vez, qué senado, qué potestad o dignidad pública de la ciudad impía cuidó de juzgar, y unas de aprobar y recibir, otras de reprobar y repudiar, y no tuvo por todas partes sin juicio alguno y confusamente en su regazo tantas controversias de hombres disidentes, no sobre campos y casas, o sobre cualquier razón pecuniaria, sino sobre estas cosas por las cuales o se vive miserable o bienaventuradamente? Donde, aunque se decían algunas cosas verdaderas, con la misma licencia se decían también las falsas; de tal modo que no en vano tal ciudad recibió el nombre místico de Babilonia. Babilonia, en efecto, se interpreta como Confusión, lo cual recordamos haber dicho ya (Libro 16, cap. 4, y en otros lugares). Ni le importa al diablo, rey de ella, por cuán contrarios errores riñan entre sí, a quienes posee por igual por el mérito de mucha y variada impiedad.

3. Pero en verdad aquella nación, aquel pueblo, aquella ciudad, aquella república, aquellos israelitas, a quienes fueron confiados los oráculos de Dios (eloquia Dei), de ningún modo confundieron a los seudoprofetas con los verdaderos Profetas con la misma licencia: sino concordes entre sí y en nada disidentes, los veraces autores de las sagradas Letras eran reconocidos y tenidos por ellos. Ellos mismos eran para ellos los filósofos, esto es, los amantes de la sabiduría, ellos mismos los sabios, ellos mismos los teólogos, ellos mismos los profetas, ellos mismos los doctores de la probidad y de la piedad. Quienquiera que según ellos sintió y vivió, no según los hombres, sino según Dios, que habló por ellos, sintió y vivió. Allí, si se prohibió el sacrilegio, Dios lo prohibió. Si se dijo: «Honra a tu padre y a tu madre», Dios lo mandó. Si se dijo: «No cometerás adulterio, No matarás, No hurtarás» (Éxodo XX, 12-15), y otras cosas de esta clase, no estas bocas humanas, sino los oráculos divinos las vertieron. Todo lo que algunos filósofos entre las cosas falsas que opinaron pudieron ver de verdadero, y se esforzaron por persuadir con laboriosas disputas, que Dios hizo este mundo y que Él mismo providentísimo lo administra, sobre la honestidad de las virtudes, sobre el amor a la patria, sobre la fidelidad de la amistad, sobre las buenas obras y todas las cosas pertenecientes a las costumbres probas, aunque ignorando a qué fin y de qué modo debían referirse todas aquellas cosas, por voces proféticas, esto es divinas, aunque por medio de hombres, fueron recomendadas al pueblo en aquella ciudad, no inculcadas por los certámenes de las argumentaciones; para que no el ingenio del hombre, sino el oráculo de Dios temiera despreciar quien las conociera.

Capítulo XLII.

Por qué dispensación de la providencia de Dios las sagradas Escrituras del Antiguo Testamento fueron traducidas de la lengua hebrea a la griega, para que llegaran a conocimiento de las Gentes.

Has sacras Litteras etiam unus Ptolemaeorum regum Aegypti nosse studuit et habere. Nam post Alexandri Macedonis, qui etiam Magnus cognominatus est, mirificentissimam minimeque diuturnam potentiam, qua universam Asiam, imo pene totum orbem, partim vi et armis, partim terrore subegerat, quando inter caetera Orientis etiam Judaeam ingressus obtinuit; eo mortuo comites ejus, cum regnum illud amplissimum non pacifice inter se possessuri divisissent, sed potius dissipassent, bellis omnia vastaturi, Ptolemaeos reges habere coepit Aegyptus: quorum primus Lagi filius, multos ex Judaea captivos in Aegyptum transtulit. Huic autem succedens alius Ptolemaeus, qui est appellatus Philadelphus, omnes quos ille adduxerat subjugatos, liberos redire permisit: insuper et dona regia in templum Dei misit, petivitque ab Eleazaro tunc pontifice, dari sibi Scripturas, quas profecto audierat fama praedicante divinas; et ideo concupiverat habere in bibliotheca, quam nobilissimam fecerat. Has ei cum idem pontifex misisset hebraeas, post etiam ille interpretes postulavit; et dati sunt septuaginta duo, de singulis duodecim tribubus seni homines, linguae utriusque doctissimi, hebraeae scilicet atque graecae. Quorum interpretatio ut Septuaginta vocetur, jam obtinuit consuetudo. Traditur sane tam mirabilem ac stupendum pleneque divinum in eorum verbis fuisse consensum, ut cum ad hoc opus separatim singuli sederint (ita enim eorum fidem Ptolemaeo placuit explorare), in nullo verbo, quod idem significaret et tantumdem valeret, vel in verborum ordine, alter ab altero discreparet: sed tanquam unus esset interpres, ita quod omnes interpretati sunt, unum erat: quoniam re vera Spiritus erat unus in omnibus. Et ideo tam mirabile Dei munus acceperant, ut illarum Scripturarum, non tanquam humanarum, sed sicut erant, tanquam divinarum, etiam isto modo commendaretur auctoritas, crediturus quandoque gentibus profutura, quod jam videmus effectum.

Caput XLIII.

De auctoritate Septuaginta interpretum, quae, salvo honore hebraei stili, omnibus sit interpretibus praeferenda.

Nam cum fuerint et alii interpretes, qui ex hebraea lingua in graecam sacra illa eloquia transtulerunt, sicut Aquila, Symmachus, Theodotion; sicut etiam illa est interpretatio, cujus auctor non apparet, et ob hoc sine nomine interpretis, Quinta editio nuncupatur : hanc tamen quae Septuaginta est, tanquam sola esset, sic recepit Ecclesia, eaque utuntur Graeci populi Christiani, quorum plerique utrum alia sit aliqua ignorant. Ex hac Septuaginta interpretatione etiam in latinam linguam interpretatum est quod Ecclesiae Latinae tenent .

Estas sagradas Letras también uno de los Ptolomeos, reyes de Egipto, procuró conocer y tener. Pues después de la maravillosísima y mínimamente duradera potencia de Alejandro el Macedonio, quien también fue llamado Magno, por la cual había sometido a toda Asia, es más, a casi todo el orbe, en parte por la fuerza y las armas, en parte por el terror, cuando entre otras cosas del Oriente también entró y obtuvo Judea; muerto él, sus compañeros, como no hubieran dividido aquel amplísimo reino para poseerlo pacíficamente entre sí, sino que más bien lo hubieran disipado, para asolarlo todo con guerras, Egipto comenzó a tener a los Ptolomeos como reyes: el primero de los cuales, hijo de Lago, trasladó muchos cautivos de Judea a Egipto. Pero sucediendo a este otro Ptolomeo, que fue llamado Filadelfo, permitió que todos aquellos que el otro había traído subyugados regresaran libres: además también envió dones reales al templo de Dios, y pidió a Eleazar, entonces sumo sacerdote, que se le dieran las Escrituras, las cuales sin duda había oído por la fama que las proclamaba divinas; y por eso había deseado tenerlas en la biblioteca que había hecho nobilísima. Habiéndole enviado estas el mismo sumo sacerdote en hebreo, después pidió también intérpretes; y fueron dados setenta y dos, seis hombres de cada una de las doce tribus, doctísimos en ambas lenguas, a saber, la hebrea y la griega. Cuya interpretación, para que se llame de los Setenta (Septuaginta), ya obtuvo la costumbre. Se cuenta por cierto que tan admirable y estupendo y plenamente divino consenso hubo en sus palabras, que habiéndose sentado cada uno por separado para esta obra (pues así plugo a Ptolomeo explorar la fidelidad de ellos), en ninguna palabra, que significara lo mismo y valiera tanto, o en el orden de las palabras, discrepó el uno del otro: sino que como si fuera un solo intérprete, así lo que todos interpretaron era uno solo: puesto que en verdad el Espíritu era uno en todos. Y por esto habían recibido tan admirable don de Dios, para que la autoridad de aquellas Escrituras, no como humanas sino como eran, como divinas, se recomendara también de este modo, habiendo de aprovechar a las naciones que algún día creerían, lo cual ya vemos efectuado.

Capítulo XLIII.

Sobre la autoridad de los Setenta (Septuaginta) intérpretes, la cual, a salvo el honor del estilo hebreo, ha de ser preferida a todos los intérpretes.

Pues aunque ha habido otros intérpretes que tradujeron de la lengua hebrea a la griega aquellas sagradas palabras, como Aquila, Símaco y Teodoción; como también existe aquella interpretación cuyo autor no aparece, y por esto, sin nombre del intérprete, se llama la Quinta edición: sin embargo, esta que es la de los Setenta, la Iglesia la ha recibido como si fuera la única, y de ella usan los pueblos cristianos griegos, la mayoría de los cuales ignora si existe alguna otra. De esta versión de los Setenta se tradujo también a la lengua latina lo que mantienen las Iglesias latinas.

Quamvis non defuerit temporibus nostris presbyter Hieronymus, homo doctissimus, et omnium trium linguarum peritus, qui non ex graeco, sed ex hebraeo in latinum eloquium easdem Scripturas converterit. Sed ejus tam litteratum laborem quamvis Judaei fateantur esse veracem, Septuaginta vero interpretes in multis errasse contendant; tamen Ecclesiae Christi tot hominum auctoritati, ab Eleazaro tunc pontifice ad hoc tantum opus electorum, neminem judicant praeferendum: quia etsi non in eis unus apparuisset Spiritus, sine dubitatione divinus, sed inter se verba interpretationis suae Septuaginta docti more hominum contulissent, ut quod placuisset omnibus hoc maneret, nullus eis unus interpres debuit anteponi; cum vero tantum in eis signum divinitatis apparuit, profecto quisquis alius illarum Scripturarum ex hebraea in quamlibet aliam linguam interpres est verax, aut congruit illis Septuaginta interpretibus, aut si congruere non videtur, altitudo ibi prophetica esse credenda est. Spiritus enim qui in Prophetis erat, quando illa dixerunt, idem ipse erat etiam in Septuaginta viris, quando illa interpretati sunt: qui profecto auctoritate divina et aliud dicere potuit, tanquam propheta ille utrumque dixisset, quia utrumque idem Spiritus diceret; et hoc ipsum aliter, ut si non eadem verba, idem tamen sensus bene intelligentibus dilucesceret; et aliquid praetermittere, et aliquid addere, ut etiam hinc ostenderetur non humana fuisse in illo opere servitutem, quam verbis debebat interpres, sed divinam potius potestatem, quae mentem replebat et regebat interpretis.

Nonnulli autem codices graecos interpretationis Septuaginta ex hebraeis codicibus emendandos putarunt: nec tamen ausi sunt detrahere, quod hebraei non habebant, et Septuaginta posuerunt; sed tantummodo addiderunt quae in hebraeis inventa, apud Septuaginta non erant; eaque signis quibusdam in stellarum modum factis, ad capita eorumdem versuum notaverunt, quae signa asteriscos vocant. Illa vero quae non habent hebraei, habent autem Septuaginta, similiter ad capita versuum jacentibus virgulis, sicut scribuntur unciae, signaverunt. Et multi codices has notas habentes usquequaque diffusi sunt et latini . Quae autem non praetermissa vel addita, sed aliter dicta sunt, sive alium sensum faciant etiam ipsum non abhorrentem, sive alio modo eumdem sensum explicare monstrentur, nisi utrisque codicibus inspectis nequeunt reperiri.

Aunque no ha faltado en nuestros tiempos el presbítero Jerónimo, hombre doctísimo y perito en las tres lenguas, que convirtió las mismas Escrituras al lenguaje latino no del griego, sino del hebreo. Pero aunque los judíos confiesan que su tan literario trabajo es veraz, mientras sostienen que los Setenta intérpretes erraron en muchas cosas; sin embargo, las Iglesias de Cristo juzgan que a nadie se debe anteponer a la autoridad de tantos hombres, elegidos entonces por el pontífice Eleazar para tan gran obra: porque aunque no hubiera aparecido en ellos un solo Espíritu, sin duda divino, sino que los setenta doctos hubieran cotejado entre sí las palabras de su traducción al modo de los hombres, para que permaneciera lo que a todos hubiera pluguiera, ningún intérprete único debió serles antepuesto; pero cuando apareció en ellos tan gran signo de divinidad, ciertamente cualquier otro intérprete de aquellas Escrituras del hebreo a cualquier otra lengua que sea veraz, o concuerda con aquellos Setenta intérpretes, o si no parece concordar, se ha de creer que hay allí una profundidad profética. Pues el Espíritu que estaba en los profetas cuando dijeron aquellas cosas, era el mismo también en los setenta varones cuando las interpretaron: el cual ciertamente por autoridad divina pudo decir también otra cosa, como si aquel profeta hubiera dicho ambas, porque el mismo Espíritu diría ambas; y esto mismo de otro modo, para que si no las mismas palabras, sin embargo el mismo sentido resplandeciera para los que bien entienden; y omitir algo, y añadir algo, para que también por aquí se mostrara que no hubo en aquella obra una servidumbre humana, que el intérprete debía a las palabras, sino más bien una potestad divina, que llenaba y regía la mente del intérprete.

Algunos, sin embargo, pensaron que los códices griegos de la versión de los Setenta debían ser enmendados a partir de los códices hebreos: mas no se atrevieron a quitar lo que los hebreos no tenían y los Setenta pusieron; sino que solamente añadieron lo que, hallado en los hebreos, no estaba entre los Setenta; y lo anotaron al principio de los mismos versículos con ciertos signos hechos a modo de estrellas, los cuales signos llaman asteriscos. Pero aquello que no tienen los hebreos, y tienen los Setenta, igualmente lo señalaron al principio de los versículos con virgulillas yacentes, como se escriben las onzas. Y muchos códices que tienen estas notas están difundidos por todas partes, incluso latinos. Pero aquellas cosas que no han sido omitidas ni añadidas, sino dichas de otro modo, ya sea que produzcan otro sentido no ajeno al mismo, o se muestre que explican el mismo sentido de otro modo, no pueden hallarse sino inspeccionados ambos códices.

Si igitur, ut oportet, nihil aliud intueamur in Scripturis illis, nisi quid per homines dixerit Dei Spiritus, quidquid est in hebraeis codicibus, et non est apud interpretes Septuaginta noluit ea per istos, sed per illos Prophetas Dei Spiritus dicere. Quidquid vero est apud Septuaginta, in hebraeis autem codicibus non est, per istos ea maluit, quam per illos, idem Spiritus dicere, sic ostendens utrosque fuisse prophetas. Isto enim modo alia per Isaiam, alia per Jeremiam, alia per alium atque alium prophetam, vel aliter eadem per hunc ac per illum dixit, ut voluit. Quidquid porro apud utrosque invenitur, per utrosque dicere voluit unus atque idem Spiritus; sed ita, ut illi praecederent prophetando, isti sequerentur prophetice illos interpretando: quia sicut in illis vera, et concordantia dicentibus unus pacis Spiritus fuit; sic et in istis non secum conferentibus, et tamen tanquam uno ore cuncta interpretantibus, idem Spiritus unus apparuit.

CAPUT XLIV.---Quid intelligendum sit de Ninivitarum excidio, cujus denuntiatio in hebraeo quadraginta dierum spatio tenditur, in Septuaginta autem tridui brevitate concluditur. Sed ait aliquis, Quomodo sciam quid Jonas propheta dixerit Ninivitis, utrum Triduum, et Ninive evertetur; an, Quadraginta dies (Jonae III, 4)? Quis enim non videat non potuisse utrumque tunc dici a Propheta, qui missus fuerat terrere comminatione imminentis exitii civitatem? Cui si tertio die fuerat futurus interitus, non utique quadragesimo die: si autem quadragesimo, non utique tertio. Si ergo a me quaeritur, quid horum Jonas dixerit, hoc puto potius quod legitur in hebraeo, Quadraginta dies, et Ninive evertetur. Septuaginta quippe longe posterius interpretati aliud dicere potuerunt, quod tamen ad rem pertineret, et in unum eumdemque sensum, quamvis sub altera significatione, concurreret; admoneretque lectorem, utraque auctoritate non spreta, ab historia sese attollere ad ea requirenda, propter quae significanda historia ipsa conscripta est. Gesta sunt quippe illa in Ninive civitate, sed aliquid etiam significaverunt, quod modum illius civitatis excedat: sicut gestum est, quod ipse Prophetae in ventre ceti triduo fuit, et tamen alium significavit in profundo inferni triduo futurum, qui Dominus est omnium Prophetarum. Quapropter si per illam civitatem recte accipitur Ecclesia gentium prophetice figurata, eversa scilicet per poenitentiam, ut qualis fuerat jam non esset; hoc quoniam per Christum factum est in Ecclesia gentium, cujus illa Ninive figuram gerebat, sive per quadraginta dies, sive per triduum, idem ipse significatus est Christus; per quadraginta scilicet, quia tot dies peregit cum discipulis suis post resurrectionem, et ascendit in coelum; per triduum vero, quia die tertio resurrexit:

Si, por tanto, como conviene, no miramos ninguna otra cosa en aquellas Escrituras sino lo que por medio de hombres dijo el Espíritu de Dios, cualquier cosa que está en los códices hebreos y no está entre los intérpretes Setenta, el Espíritu de Dios no quiso decirla por medio de estos, sino por medio de aquellos profetas. Pero cualquier cosa que está entre los Setenta, y no está en los códices hebreos, el mismo Espíritu prefirió decirla por medio de estos más que por medio de aquellos, mostrando así que ambos fueron profetas. Pues de este modo dijo unas cosas por Isaías, otras por Jeremías, otras por uno y otro profeta, o de otro modo lo mismo por este y por aquel, según quiso. Por lo demás, cualquier cosa que se halla entre ambos, el mismo y único Espíritu quiso decirla por medio de ambos; pero de tal modo que aquellos precedieran profetizando, y estos siguieran interpretándolos proféticamente: porque así como en aquellos hubo un solo Espíritu de paz para los que decían cosas verdaderas y concordes; así también en estos que no conferenciaban entre sí, y sin embargo interpretaban todo como con una sola boca, apareció el mismo y único Espíritu.

CAPÍTULO XLIV.---Qué debe entenderse sobre el exterminio de los ninivitas, cuya denuncia en el hebreo se extiende a un espacio de cuarenta días, pero en los Setenta se concluye en la brevedad de tres días. Pero dice alguien: ¿Cómo sabré lo que Jonás el profeta dijo a los ninivitas, si "Tres días, y Nínive será destruida"; o "Cuarenta días" (Jonás III, 4)? Pues ¿quién no ve que no pudieron decirse ambas cosas entonces por el profeta, que había sido enviado para aterrar a la ciudad con la conminación de un inminente exterminio? Si su destrucción había de ser al tercer día, ciertamente no al cuadragésimo; si al cuadragésimo, ciertamente no al tercero. Si, por tanto, se me pregunta cuál de estas cosas dijo Jonás, pienso que más bien aquello que se lee en el hebreo: "Cuarenta días, y Nínive será destruida". Pues los Setenta, habiendo traducido mucho tiempo después, pudieron decir otra cosa que, sin embargo, perteneciera al asunto y concurriera en uno y el mismo sentido, aunque bajo otra significación; y amonestara al lector, no despreciada ninguna de las dos autoridades, a elevarse de la historia a buscar aquellas cosas para cuya significación fue escrita la historia misma. Pues aquellas cosas se realizaron en la ciudad de Nínive, pero también significaron algo que excede la medida de aquella ciudad: así como se realizó que el mismo profeta estuviera en el vientre de la ballena tres días, y sin embargo significó a otro que había de estar en lo profundo del infierno tres días, que es el Señor de todos los profetas. Por lo cual, si por aquella ciudad se entiende rectamente la Iglesia de las naciones figurada proféticamente, destruida ciertamente por la penitencia, para que ya no fuera lo que había sido; puesto que esto se realizó por medio de Cristo en la Iglesia de las naciones, de la cual aquella Nínive llevaba la figura, ya sea por los cuarenta días, ya sea por los tres días, el mismo Cristo es significado; por los cuarenta, ciertamente, porque tantos días pasó con sus discípulos después de la resurrección y ascendió al cielo; por los tres días, en cambio, porque resucitó al tercer día:

tanquam lectorem nihil aliud quam historiae rerum gestarum inhaerere cupientem, de somno excitaverint Septuaginta interpretes, iidemque Prophetae, ad perscrutandam altitudinem prophetiae, et quodammodo dixerint: In quadraginta diebus ipsum quaere, in quo et triduum potueris invenire; illud in ascensione, hoc in ejus resurrectione reperies. Propter quod utroque numero significari convenientissime potuit, quorum unum per Jonam prophetam, alterum per Septuaginta interpretum prophetiam, tamen unus atque idem Spiritus dixit. Longitudinem fugio, ut non haec per multa demonstrem, in quibus ab hebraica veritate putantur Septuaginta interpretes discrepare, et bene intellecti inveniuntur esse concordes. Unde etiam ego pro meo modulo vestigia sequens Apostolorum, quia et ipsi ex utrisque, id est, ex hebraeis et ex Septuaginta, testimonia prophetica posuerunt, utraque auctoritate utendum putavi, quoniam utraque una atque divina est. Sed jam quae restant, ut possumus, exsequamur.

CAPUT XLV.---Quod post instaurationem templi prophetas Judaei habere destiterint, et exinde usque ad nativitatem Christi continuis adversitatibus sint afflicti, ut probaretur alterius templi aedificationem propheticis vocibus fuisse promissam. 1. Posteaquam gens Judaea coepit non habere Prophetas, procul dubio deterior facta est, eo scilicet tempore, quo se sperabat instaurato templo post captivitatem, quae fuit in Babylonia, futuram esse meliorem. Sic quippe intelligebat populus ille carnalis, quod praenuntiatum est per Aggaeum prophetam dicentem, Magna erit gloria domus istius novissimae, plus quam primae. Quod de novo Testamento dictum esse, paulo superius demonstravit, ubi ait aperte Christum promittens, Et movebo omnes gentes, et veniet Desideratus cunctis gentibus (Aggaei II, 10, 8). Quo loco Septuaginta interpretes alium sensum magis corpori quam capiti, hoc est, magis Ecclesiae quam Christo convenientem prophetica auctoritate dixerunt: Venient quae electa sunt Domini de cunctis gentibus, id est homines, de quibus ipse Jesus in Evangelio, Multi, inquit, vocati, pauci vero electi (Matth. XXII, 14). Talibus enim electis gentium, domus Dei aedificatur per Testamentum novum lapidibus vivis, longe gloriosior, quam templum illud fuit, quod a rege Salomone constructum est, et post captivitatem instauratum. Propter hoc ergo nec Prophetas ex illo tempore habuit illa gens, et multis cladibus afflicta est ab alienigenis regibus, ipsisque Romanis, ne hanc Aggaei prophetiam in illa instauratione templi opinaretur impletam.

como si los Setenta intérpretes, siendo ellos mismos profetas, hubieran despertado del sueño al lector que deseaba adherirse a nada más que a la historia de los hechos realizados, para escudriñar la profundidad de la profecía, y en cierto modo hubieran dicho: Búscalo a él mismo en los cuarenta días, en quien también pudieras hallar los tres días; aquello lo encontrarás en su ascensión, esto en su resurrección. Por lo cual convenientísimamente pudo significarse con ambos números, uno de los cuales dijo el mismo y único Espíritu por medio de Jonás el profeta, y el otro por la profecía de los Setenta intérpretes. Evito la prolijidad para no demostrar esto por medio de muchas cosas en las cuales se piensa que los Setenta intérpretes discrepan de la verdad hebrea, y bien entendidos se hallan concordes. Por lo cual también yo, siguiendo según mi pequeña medida las huellas de los Apóstoles, porque ellos también pusieron testimonios proféticos de ambos, esto es, de los hebreos y de los Setenta, he pensado que se ha de usar ambas autoridades, puesto que ambas son una y divina. Pero ahora prosigamos lo que queda, como podamos.

CAPÍTULO XLV.---Que después de la restauración del templo los judíos dejaron de tener profetas, y desde entonces hasta el nacimiento de Cristo fueron afligidos por continuas adversidades, para que se probara que la edificación de otro templo había sido prometida por las voces proféticas. 1. Después de que la nación judía empezó a no tener profetas, sin duda se hizo peor, a saber, en aquel tiempo en que esperaba que, restaurado el templo tras la cautividad que fue en Babilonia, sería mejor. Pues así entendía aquel pueblo carnal lo que fue prenunciado por el profeta Ageo diciendo: "Grande será la gloria de esta última casa, más que la de la primera". Lo cual demostró un poco más arriba que se dijo sobre el Nuevo Testamento, donde dice abiertamente, prometiendo a Cristo: "Y moveré todas las naciones, y vendrá el Deseado de todas las naciones" (Ageo II, 10, 8). En cuyo lugar los Setenta intérpretes, por autoridad profética, dijeron otro sentido más conveniente al cuerpo que a la cabeza, esto es, más a la Iglesia que a Cristo: "Vendrán las cosas elegidas del Señor de todas las naciones", esto es, los hombres, sobre los cuales el mismo Jesús dice en el Evangelio: "Muchos son los llamados, pero pocos los elegidos" (Mat. XXII, 14). Pues con tales elegidos de las naciones se edifica la casa de Dios por el Nuevo Testamento con piedras vivas, mucho más gloriosa de lo que fue aquel templo que fue construido por el rey Salomón y restaurado después de la cautividad. Por esto, pues, ni tuvo profetas aquella nación desde aquel tiempo, y fue afligida con muchos desastres por reyes extranjeros y por los mismos romanos, para que no opinara que esta profecía de Ageo se había cumplido en aquella restauración del templo.

2. Non multo enim post adveniente Alexandro subjugata est ; quando etsi nulla facta est vastatio, quoniam non sunt ausi ei resistere, et ideo placatum facillime subditi receperunt, non erat tamen gloria tanta domus illius, quanta fuit in suorum regum libera potestate. Hostias sane Alexander immolavit in Dei templo, non ad ejus cultum vera pietate conversus, sed impia vanitate cum diis eum falsis colendum putans. Deinde Ptolemaeus Lagi filius, quod supra memoravi, post Alexandri mortem captivos inde in Aegyptum transtulit, quos ejus successor Ptolemaeus Philadelphus benevolentissime inde dimisit: per quem factum est, quod paulo ante narravi, ut Septuaginta interpretum Scripturas haberemus. Deinde contriti sunt bellis, quae in Machabaeorum libris explicantur. Post haec capti a rege Alexandriae Ptolemaeo, qui est appellatus Epiphanes ; inde ab Antiocho rege Syriae multis et gravissimis malis ad idola colenda compulsi, templumque ipsum repletum sacrilegis superstitionibus gentium, quod tamen dux eorum strenuissimus Judas, qui etiam Machabaeus dictus est, Antiochi ducibus pulsis, ab omni illa idololatriae contaminatione mundavit .

3. Non autem multo post Alcimus quidam per ambitionem, cum a genere sacerdolali esset alienus, quod nefas erat, pontifex factus est . Hinc jam post annos ferme quinquaginta, in quibus eis tamen paz non fuit, quamvis aliqua et prospere gesserint, primus apud eos Aristobulus assumpto diademate, et rex et pontifex factus est . Antea quippe, ex quo de Babyloniae captivitate reversi sunt, templumque instauratum est, non reges, sed duces vel principes habuerunt: quamvis et qui rex est, possit dici princeps a principatu imperandi, et dux eo quod sit ductor exercitus: sed non continuo quicumque principes vel duces sunt, etiam reges dici possunt, quod iste Aristobulus fuit. Cui successit Alexander, etiam ipse rex et pontifex, qui crudeliter in suos regnasse traditur . Post hunc uxor ejus Alexandra regina Judaeorum fuit , ex cujus tempore et deinceps mala sunt eos secuta graviora. Filii quippe hujus Alexandrae Aristobulus et Hyrcanus inter se de imperio dimicantes, vires adversus Israeliticam gentem provocavere Romanas. Hyrcanus namque ab eis contra fratrem poposcit auxilium . Tunc jam Roma subjugaverat Africam, subjugaverat Graeciam, lateque etiam aliis orbis partibus imperans tanquam se ipsam ferre non valens, sua se quodammodo magnitudine fregerat. Pervenerat quippe ad seditiones domesticas graves, atque inde ad bella socialia, moxque civilia, tantumque se comminuerat atque attriverat, ut ei mutandus reipublicae status, quo regeretur regibus, immineret.

2. Pues no mucho después, llegando Alejandro, fue subyugada; cuando, aunque no se hizo ninguna devastación porque no se atrevieron a resistirle y por tanto lo recibieron muy fácilmente pacificado como súbditos, no era, sin embargo, la gloria de aquella casa tan grande como fue bajo la libre potestad de sus propios reyes. Ciertamente Alejandro inmoló hostias en el templo de Dios, no convertido a su culto por verdadera piedad, sino pensando por impía vanidad que debía ser adorado junto con los dioses falsos. Después Tolomeo, hijo de Lago, lo cual recordé arriba, tras la muerte de Alejandro trasladó cautivos de allí a Egipto, a quienes su sucesor Tolomeo Filadelfo puso en libertad muy benévolamente; por medio del cual se hizo lo que narré poco antes, que tuviéramos las Escrituras de los Setenta intérpretes. Después fueron quebrantados por las guerras que se explican en los libros de los Macabeos. Después de estas cosas fueron capturados por el rey de Alejandría Tolomeo, que fue llamado Epífanes; de allí, por Antíoco rey de Siria, fueron compelidos con muchos y gravísimos males a adorar ídolos, y el mismo templo fue llenado con las sacrílegas supersticiones de las naciones, el cual, sin embargo, su esforzadísimo jefe Judas, que también fue llamado Macabeo, expulsados los generales de Antíoco, lo purificó de toda aquella contaminación de idolatría.

3. No mucho después, un tal Álcimo, por ambición, siendo ajeno al linaje sacerdotal, lo cual era un nefasto, fue hecho pontífice. De aquí ya, después de casi cincuenta años, en los cuales sin embargo no tuvieron paz, aunque también realizaron algunas cosas prósperamente, el primero entre ellos, Aristóbulo, asumida la diadema, fue hecho rey y pontífice. Pues antes, desde que regresaron de la cautividad de Babilonia y fue restaurado el templo, no tuvieron reyes, sino jefes o príncipes: aunque también el que es rey puede llamarse príncipe por el principado de mandar, y jefe por ser el conductor del ejército; pero no inmediatamente quienesquiera que son príncipes o jefes pueden también llamarse reyes, lo cual fue este Aristóbulo. A este le sucedió Alejandro, también él mismo rey y pontífice, de quien se dice que reinó cruelmente sobre los suyos. Después de este, su esposa Alejandra fue reina de los judíos, desde cuyo tiempo y en adelante les siguieron males más graves. Pues los hijos de esta Alejandra, Aristóbulo e Hircano, disputando entre sí por el imperio, provocaron a las fuerzas romanas contra la nación israelita. Pues Hircano pidió auxilio a ellos contra su hermano. Entonces ya Roma había subyugado África, había subyugado Grecia, y mandando ampliamente también en otras partes del orbe, como si no pudiera soportarse a sí misma, en cierto modo se había quebrado por su propia magnitud. Pues había llegado a graves sediciones domésticas, y de allí a guerras sociales, y pronto a civiles, y tanto se había desmenuzado y desgastado, que le era inminente el cambio de estado de la república, por el cual fuera regida por reyes.

Pompeius ergo populi Romani praeclarissimus princeps, Judaeam cum exercitu ingressus civitatem capit, templum reserat, non devotione supplicis, sed jure victoris, et ad sancta sanctorum, quo nisi summum sacerdotem non licebat intrare, non ut venerator, sed ut profanator accedit: confirmatoque Hyrcani pontificatu, et subjugatae genti imposito custode Antipatro, quos tunc procuratores vocabant, vinctum secum Aristobulum ducit . Ex illo Judaei etiam tributarii Romanorum esse coeperunt. Postea Cassius etiam templum exspoliavit. Deinde after paucos annos etiam Herodem alienigenam regem habere meruerunt, quo regnante natus est Christus . Jam enim venerat plenitudo temporis significata prophetico Spiritu per os patriarchae Jacob, ubi ait: Non deficiet princeps ex Juda, neque dux de femoribus ejus, donec veniat cui repositum est, et ipse exspectatio gentium (Gen. XLIX, 10). Non ergo defuit Judaeorum princeps ex Judaeis, usque ad istum Herodem, quem primum acceperunt alienigenam regem. Tempus ergo jam erat, ut veniret ille cui repositum erat, quod novo promissum est Testamento, ut ipse esset exspectatio gentium. Fieri autem non posset, ut exspectarent gentes eum venturum, sicut eum cernimus exspectari, ut veniat ad faciendum judicium in claritate potentiae, nisi prius in eum crederent, cum venit ad patiendum judicium in humilitate patientiae.

CAPUT XLVI.---De ortu Salvatoris nostri, secundum quod Verbum caro factum est; et de dispersione Judaeorum per omnes gentes, sicut fuerat prophetatum. Regnante ergo Herode in Judaea, apud Romanos autem jam mutato reipublicae statu, imperante Caesare Augusto, et per eum orbe pacato, natus est Christus secundum praecedentem prophetiam (Michaeae V, 2) in Bethlehem Judae, homo manifestus ex homine virgine, Deus occultus ex Deo Patre. Sic enim propheta praedixerat: Ecce virgo in utero accipiet, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus (Isai. VII, 14; Matth. I, 23; Luc. I, 31). Qui ut in se commendaret Deum, miracula multa fecit; ex quibus quaedam, quantum ad eum praedicandum satis esse visum est, Scriptura evangelica continet. Quorum primum est, quod tam mirabiliter natus est: ultimum autem, quod cum suo resuscitato a mortuis corpore ascendit in coelum. Judaei autem, qui eum occiderunt, et in eum credere noluerunt, quia oportebat eum mori et resurgere, vastati infelicius a Romanis, funditusque a suo regno, ubi jam eis alienigenae dominabantur, eradicati dispersique per terras (quando quidem ubique non desunt), per Scripturas suas testimonio nobis sunt prophetias nos non finxisse de Christo; quas plurimi eorum considerantes, et ante passionem, et maxime post ejus resurrectionem crediderunt in eum, de quibus praedictum est, Si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquiae salvae fient (Isai. X, 22).

Pompeyo, pues, el más ilustre príncipe del pueblo romano, entrando en Judea con el ejército, toma la ciudad, abre el templo, no por devoción de suplicante, sino por derecho de vencedor, y accede al lugar santísimo, donde no era lícito entrar sino al sumo sacerdote, no como venerador, sino como profanador; y confirmado el pontificado de Hircano, e impuesto a la nación subyugada como custodio Antípater, a quienes entonces llamaban procuradores, lleva consigo encadenado a Aristóbulo. Desde entonces los judíos empezaron también a ser tributarios de los romanos. Después Casio también despojó el templo. Luego, tras pocos años, merecieron tener también a Herodes, rey extranjero, bajo cuyo reinado nació Cristo. Pues ya había llegado la plenitud del tiempo significada por el Espíritu profético por la boca del patriarca Jacob, cuando dice: "No faltará príncipe de Judá, ni jefe de sus muslos, hasta que venga aquel para quien está guardado, y él será la expectación de las naciones" (Gén. XLIX, 10). No faltó, pues, un príncipe de los judíos de entre los judíos hasta este Herodes, a quien primero recibieron como rey extranjero. Era el tiempo, pues, de que viniera aquel para quien estaba guardado lo que se prometió en el Nuevo Testamento, para que él mismo fuera la expectación de las naciones. Pero no podría ser que las naciones esperaran que él viniera, como vemos que se le espera, para que venga a hacer juicio en la claridad de la potencia, si antes no creyeran en él cuando vino a sufrir el juicio en la humildad de la paciencia.

CAPÍTULO XLVI.---Sobre el nacimiento de nuestro Salvador, según que el Verbo se hizo carne; y sobre la dispersión de los judíos por todas las naciones, como había sido profetizado. Reinando, pues, Herodes en Judea, habiendo cambiado ya el estado de la república entre los romanos, imperando el César Augusto y estando pacificado el orbe por él, nació Cristo según la profecía precedente (Miqueas V, 2) en Belén de Judea, hombre manifiesto de hombre virgen, Dios oculto de Dios Padre. Pues así lo había predicho el profeta: "He aquí que una virgen concebirá en su vientre, y dará a luz un hijo, y llamarán su nombre Emmanuel, que es interpretado, Dios con nosotros" (Isa. VII, 14; Mat. I, 23; Luc. I, 31). El cual, para recomendar a Dios en sí mismo, realizó muchos milagros; de los cuales la Escritura evangélica contiene algunos, cuantos se vio que bastaban para predicarle. De los cuales el primero es que nació tan admirablemente; y el último, que con su cuerpo resucitado de entre los muertos ascendió al cielo. Pero los judíos, que lo mataron y no quisieron creer en él, porque convenía que él muriera y resucitara, devastados más infelizmente por los romanos y erradicados fundamentalmente de su propio reino, donde ya les dominaban los extranjeros, y dispersos por las tierras (puesto que en todas partes se hallan), son para nosotros testimonio por medio de sus Escrituras de que no hemos fingido las profecías sobre Cristo; las cuales considerando muchos de ellos, tanto antes de la pasión como máximamente después de su resurrección, creyeron en él, de los cuales se predijo: "Si el número de los hijos de Israel fuera como la arena del mar, las reliquias se salvarán" (Isa. X, 22).

Caeteri vero excaecati sunt, de quibus praedictum est, Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, et in retributionem, et in scandalum. Obscurentur oculi eorum, ne videant; et dorsum illorum semper incurva (Psal. LXVIII, 23 et 24). Proinde cum Scripturis nostris non credunt, complentur in eis suae, quas caeci legunt: nisi forte quis dixerit illas prophetias Christianos finxisse de Christo, quae Sibyllae nomine, vel aliorum proferuntur, si quae sunt, quae non pertinent ad populum Judaeorum . Nobis quidem illae sufficiunt, quae de nostrorum inimicorum codicibus proferuntur, quos agnoscimus propter hoc testimonium, quod nobis inviti perhibent eosdem codices habendo atque servando, per omnes gentes etiam ipsos esse dispersos, quaquaversum Christi Ecclesia dilatatur. Nam prophetia in Psalmis, quos etiam legunt, de hac re praemissa est, ubi scriptum est: Deus meus, misericordia ejus praeveniet me. Deus meus demonstravit mihi in inimicis meis , ne occideris eos, ne quando obliviscantur legem tuam: disperge eos in virtute tua (Psal. LVIII, 11, 12). Demonstravit ergo Deus Ecclesiae in ejus inimicis Judaeis gratiam misericordiae suae, quoniam, sicut dicit Apostolus, delictum illorum, salus gentibus (Rom. XI, 11). Et ideo non eos occidit, id est, non in eis perdidit quod sunt Judaei, quamvis a Romanis fuerint devicti et oppressi; ne obliti legem Dei, ad hoc, de quo agimus, testimonium nihil valerent. Ideo parum fuit, ut diceret, Ne occideris eos, ne quando obliviscantur legem tuam: nisi etiam adderet, Disperge eos: quoniam si cum isto testimonio Scripturarum in sua tantummodo terra, non ubique essent, profecto Ecclesia quae ubique est, eos prophetiarum, quae de Christo praemissae sunt, testes in omnibus gentibus habere non posset.

CAPUT XLVII.---An ante tempora christiana aliqui fuerint extra Israeliticum genus, qui ad coelestis civitatis consortium pertinerent. Quapropter quisquis alienigena, id est, non ex Israel progenitus, nec ab illo populo in canonem sacrarum litterarum receptus, legitur aliquid prophetasse de Christo, si in nostram notitiam venit, aut venerit, ad cumulum a nobis commemorari potest: non quo necessarius sit, etiamsi desit, sed quia non incongrue creditur fuisse et in aliis gentibus homines, quibus hoc mysterium revelatum est, et qui hoc etiam praedicere impulsi sunt, sive participes ejusdem gratiae fuerint, sive expertes, sed per malos angelos docti sunt, quos etiam praesentem Christum, quem Judaei non agnoscebant, scimus fuisse confessos. Nec ipsos Judaeos existimo audere contendere, neminem pertinuisse ad Deum, praeter Israelitas, ex quo propago Israel esse coepit, reprobato ejus fratre majore.

Los demás, en cambio, fueron cegados, de los cuales se predijo: "Hágase su mesa ante ellos como un lazo, y como retribución y como escándalo. Oscurézcanse sus ojos para que no vean; y encorva siempre su espalda" (Sal. LXVIII, 23-24). Por tanto, cuando no creen en nuestras Escrituras, se cumplen en ellos las suyas, que ciegos leen; a no ser que acaso alguien diga que los cristianos fingieron aquellas profecías sobre Cristo que se profieren bajo el nombre de la Sibila o de otros, si hay algunas que no pertenecen al pueblo de los judíos. A nosotros ciertamente nos bastan aquellas que se profieren de los códices de nuestros enemigos, a quienes reconocemos por este testimonio que nos dan aun sin querer al tener y conservar los mismos códices, estando ellos mismos dispersos por todas las naciones, por dondequiera que se dilata la Iglesia de Cristo. Pues la profecía en los Salmos, que también ellos leen, fue enviada de antemano sobre este asunto, donde está escrito: "Mi Dios, su misericordia me prevendrá. Mi Dios me ha mostrado en mis enemigos: no los mates, no sea que alguna vez olviden tu ley; dispérsalos en tu virtud" (Sal. LVIII, 11-12). Mostró, pues, Dios a la Iglesia en sus enemigos los judíos la gracia de su misericordia, puesto que, como dice el Apóstol, el delito de ellos es la salud de las naciones (Rom. XI, 11). Y por esto no los mató, esto es, no perdió en ellos el que sean judíos, aunque fueron vencidos y oprimidos por los romanos; no fuera que, olvidada la ley de Dios, nada valieran para este testimonio de que tratamos. Por eso fue poco que dijera: "No los mates, no sea que alguna vez olviden tu ley"; si no añadiera también: "Dispérsalos"; puesto que si con este testimonio de las Escrituras estuvieran solamente en su tierra y no en todas partes, ciertamente la Iglesia que está en todas partes no podría tenerlos como testigos de las profecías que sobre Cristo fueron enviadas de antemano en todas las naciones.

CAPÍTULO XLVII.---Si antes de los tiempos cristianos hubo algunos fuera del linaje israelita que pertenecieran al consorcio de la ciudad celestial. Por lo cual, cualquier extranjero, esto es, no nacido de Israel, ni recibido por aquel pueblo en el canon de las sagradas letras, de quien se lea que haya profetizado algo sobre Cristo, si llega o llegara a nuestra noticia, puede ser conmemorado por nosotros para mayor abundamiento: no porque sea necesario, aunque falte, sino porque no incongruentemente se cree que hubo también en otras naciones hombres a quienes fue revelado este misterio, y que también fueron impulsados a predecir esto, ya sea que fueran partícipes de la misma gracia, o que careciendo de ella fueran enseñados por malos ángeles, de quienes sabemos que confesaron a Cristo presente, a quien los judíos no reconocían. Ni estimo que los mismos judíos se atrevan a contender que nadie perteneció a Dios fuera de los israelitas, desde que empezó a existir la progenie de Israel, reprobado su hermano mayor.

Populus enim revera, qui proprie Dei populus diceretur, nullus alius fuit: homines autem quosdam non terrena, sed coelesti societate ad veros Israelitas supernae cives patriae pertinentes etiam in aliis gentibus fuisse, negare non possunt: quia si negant, facillime convincuntur de sancto et mirabili viro Job, qui nec indigena, nec proselytus, id est advena populi Israel fuit; sed ex gente Idumaea genus ducens, ibi ortus, ibidem mortuus est: qui divino sic laudatur eloquio, ut quod ad justitiam pietatemque attinet, nullus ei homo suorum temporum coaequetur (Job I; Ezech. XIV, 20). Quae tempora ejus quamvis non inveniamus in Chronicis, colligimus tamen ex libro ejus, quem pro sui merito Israelitae in auctoritatem canonicam receperunt, tertia generatione posteriorem fuisse quam Israel . Divinitus autem provisum fuisse non dubito, ut ex hoc uno sciremus etiam per alias gentes esse potuisse qui secundum Deum vixerunt eique placuerunt, pertinentes ad spiritualem Jerusalem . Quod nemini concessum fuisse credendum est, nisi cui divinitus revelatus est unus mediator Dei et hominum homo Christus Jesus: qui venturus in carne sic antiquis sanctis praenuntiabatur, quemadmodum nobis venisse nuntiatus est, ut una eademque per ipsum fides omnes in Dei civitatem, Dei domum, Dei templum praedestinatos perducat ad Deum. Sed quaecumque aliorum prophetiae de Dei per Christum Jesum gratia proferuntur, possunt putari a Christianis esse confictae. Ideo nihil est firmius ad convincendos quoslibet alienos, si de hac re contenderint, nostrosque faciendos , si recte sapuerint, quam ut divina praedicta de Christo ea proferantur, quae in Judaeorum scripta sunt codicibus: quibus avulsis de sedibus propriis, et propter hoc testimonium toto orbe dispersis, Christi usquequaque crevit Ecclesia.

CAPUT XLVIII.---Prophetiam Aggaei, qua dixit majorem futuram gloriam domus Dei, quam primum fuisset, non in reaedificatione templi, sed in Ecclesia Christi esse completam. Haec domus Dei majoris est gloriae, quam fuerat illa prima lignis et lapidibus, caeterisque pretiosis rebus metallisque constructa. Non itaque Aggaei prophetia in templi illius instauratione completa est. Ex quo enim instauratum est, nunquam ostenditur habuisse tantam gloriam, quantam habuit tempore Salomonis: imo potius ostenditur primum cessatione prophetiae fuisse domus illius gloriam diminutam, deinde ipsius gentis cladibus tantis usque ad ultimum excidium, quod factum est a Romanis, sicut ea quae supra sunt commemorata testantur . Haec autem domus ad novum pertinens Testamentum, tanto utique majoris est gloriae, quanto meliores sunt lapides vivi, quibus credentibus renovatisque construitur.

Pues pueblo en verdad que propiamente se llamara pueblo de Dios, no hubo ningún otro; pero no pueden negar que hubo algunos hombres pertenecientes a los verdaderos israelitas, ciudadanos de la patria superna, en otras naciones también, no por sociedad terrena, sino celestial: porque si lo niegan, son facilísimamente convencidos por el santo y admirable varón Job, que no fue ni indígena ni prosélito, esto es, advenedizo del pueblo de Israel; sino trayendo su linaje de la nación idumea, allí nació y allí mismo murió: el cual es de tal modo alabado por el divino elocuencia, que en lo que a la justicia y piedad toca, ningún hombre de sus tiempos se le iguala (Job I; Ez. XIV, 20). Los cuales tiempos suyos, aunque no los hallamos en las Crónicas, colegimos sin embargo de su libro, el cual por su propio mérito recibieron los israelitas en la autoridad canónica, que fue posterior a Israel por tres generaciones. No dudo que fue divinamente provisto para que por este solo caso supiéramos que también por otras naciones pudo haber quienes vivieron según Dios y le pluguieron, pertenecientes a la Jerusalén espiritual. Lo cual ha de creerse que a nadie fue concedido sino a aquel a quien le fue revelado divinamente el único mediador entre Dios y los hombres, el hombre Cristo Jesús: el cual era así prenunciado a los antiguos santos como habiendo de venir en carne, del mismo modo que a nosotros nos ha sido anunciado como habiendo venido, para que una misma fe por él conduzca a Dios a todos los predestinados a la Ciudad de Dios, a la casa de Dios, al templo de Dios. Pero cualesquiera profecías de otros que se proferen sobre la gracia de Dios por Jesucristo, pueden ser pensadas por los cristianos como fingidas. Por tanto, nada hay más firme para convencer a cualesquiera extraños, si contendieran sobre este asunto, y para hacerlos nuestros si rectamente entendieran, que el que se profieran aquellas predicciones divinas sobre Cristo que están escritas en los códices de los judíos: los cuales, arrancados de sus propias sedes y dispersos por todo el orbe por causa de este testimonio, hicieron que la Iglesia de Cristo creciera por todas partes.

CAPÍTULO XLVIII.---Que la profecía de Ageo, en la que dijo que sería mayor la gloria de la casa de Dios que la que había sido al principio, se cumplió no en la reedificación del templo, sino en la Iglesia de Cristo. Esta casa de Dios es de mayor gloria que la que fue aquella primera construida con maderas y piedras, y otras cosas preciosas y metales. No se cumplió, pues, la profecía de Ageo en la restauración de aquel templo. Pues desde que fue restaurado, nunca se muestra que haya tenido tanta gloria como tuvo en tiempo de Salomón; antes bien se muestra primero que por la cesación de la profecía fue disminuida la gloria de aquella casa, y luego por tantos desastres de la nación misma hasta el último exterminio, que fue realizado por los romanos, como atestiguan aquellas cosas que arriba se han recordado. En cambio, esta casa perteneciente al Nuevo Testamento es ciertamente de tanto mayor gloria cuanto mejores son las piedras vivas con que es construida por los creyentes y renovados.

Sed ideo per instaurationem templi illius significata est, quia ipsa renovatio illius aedificii significat eloquio prophetico alterum Testamentum, quod appellatur novum. Quod ergo Deus dixit per memoratum prophetam, Et dabo pacem in loco isto (Aggaei II, 10); per significantem locum, ille qui eo significatur, intelligendus est: ut quia illo loco instaurato significata est Ecclesia, quae fuerat aedificanda per Christum, nihil aliud accipiatur, quod dictum est, Dabo pacem in loco isto; nisi, Dabo pacem in loco, quem significat locus iste. Quoniam omnia significantia videntur quodammodo earum rerum, quas significant, sustinere personas: sicut dictum est ab Apostolo, Petra erat Christus (I Cor. X, 4); quoniam petra illa, de qua hoc dictum est, significabat utique Christum. Major est itaque gloria domus hujus novi Testamenti, quam domus prioris veteris Testamenti: et tunc apparebit major, cum dedicabitur. Tunc enim veniet Desideratus cunctis gentibus (Aggaei II, 8), sicut legitur in Hebraeo. Nam prius ejus adventus nondum erat desideratus omnibus gentibus. Non enim quem deberent desiderare, sciebant, in quem non crediderant. Tunc etiam secundum Septuaginta interpretes (quia et ipse propheticus sensus est), venient quae electa sunt Domini de cunctis gentibus. Tunc enim vere non venient nisi electa, de quibus dicit Apostolus, Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem (Ephes. I, 4). Ipse quippe architectus, qui dixit, Multi vocati, pauci autem electi (Matth. XXII, 14), non de his qui vocati sic venerunt, ut de convivio projicerentur, sed de electis demonstraturus est aedificatam domum, quae nullam deinceps formidabit ruinam. Nunc autem, quando et hi replent ecclesias, quos tanquam in area ventilatio separabit, non apparet tanta gloria domus hujus, quanta tunc apparebit, quando quisquis ibi erit, semper erit.

Caput XLIX.

De indiscreta multiplicatione Ecclesiae, qua in hoc saeculo multi reprobi miscentur electis.

In hoc ergo maligno saeculo, in his diebus malis, ubi per humilitatem praesentem futuram comparat Ecclesia celsitudinem, et timorum stimulis, dolorum tormentis, laborum molestiis, tentationum periculis eruditur, sola spe gaudens, quando sanum gaudet, multi reprobi miscentur bonis; et utrique tanquam in sagenam evangelicam colliguntur (Id. XIII, 47); et in hoc mundo, tanquam in mari, utrique inclusi retibus indiscrete natant, donec perveniatur ad littus, ubi mali segregentur a bonis, et in bonis tanquam in templo suo, sit Deus omnia in omnibus (I Cor. XV, 28).

Pero por esto fue significada por la restauración de aquel templo, porque la misma renovación de aquel edificio significa en el lenguaje profético el otro Testamento, que se llama nuevo. Lo que Dios dijo, pues, por el mencionado profeta: "Y daré paz en este lugar" (Ageo II, 10); por el lugar que significa, debe entenderse aquel que por él es significado: para que, porque con aquel lugar restaurado fue significada la Iglesia, que había de ser edificada por Cristo, no se entienda otra cosa lo que se dijo: "Daré paz en este lugar", sino: Daré paz en el lugar que significa este lugar. Puesto que todas las cosas significantes parecen en cierto modo sostener las personas de aquellas cosas que significan: como fue dicho por el Apóstol: "La roca era Cristo" (I Cor. X, 4); puesto que aquella roca de la cual se dijo esto, significaba ciertamente a Cristo. Es, pues, mayor la gloria de esta casa del Nuevo Testamento que la gloria de la casa anterior del Antiguo Testamento; y entonces aparecerá mayor, cuando sea dedicada. Pues entonces "vendrá el Deseado de todas las naciones" (Ageo II, 8), como se lee en el hebreo. Pues antes su advenimiento aún no era deseado por todas las naciones. Pues no sabían a quién debían desear, en quien no habían creído. Entonces también según los Setenta intérpretes (porque también él mismo es sentido profético), "vendrán las cosas que son elegidas del Señor de todas las naciones". Pues entonces verdaderamente no vendrán sino los elegidos, de los cuales dice el Apóstol: "Como nos eligió en él antes de la constitución del mundo" (Ef. I, 4). Pues el mismo Arquitecto, que dijo: "Muchos son los llamados, pero pocos los elegidos" (Mat. XXII, 14), ha de mostrar la casa edificada no de aquellos que llamados vinieron de tal modo que fueran arrojados del convite, sino de los elegidos, la cual casa no temerá en adelante ruina alguna. Ahora, en cambio, cuando también llenan las iglesias aquellos a quienes la ventilación separará como en la era, no aparece tanta gloria de esta casa como aparecerá entonces, cuando quienquiera que esté allí, estará siempre.

Capítulo XLIX.

Sobre la indiscreta multiplicación de la Iglesia, por la cual en este siglo muchos réprobos se mezclan con los elegidos.

En este mundo maligno, pues, en estos días malos, donde por la humildad presente prepara la Iglesia la futura alteza, y es instruida por los estímulos de los temores, los tormentos de los dolores, las molestias de los trabajos, los peligros de las tentaciones, gozándose solo en la esperanza, cuando se goza rectamente, muchos réprobos se mezclan con los buenos; y ambos son recogidos como en una red evangélica (Mat. XIII, 47); y en este mundo, como en el mar, ambos incluidos en las redes nadan indistintamente, hasta que se llegue a la orilla, donde los malos sean segregados de los buenos, y en los buenos, como en su templo, sea Dios todo en todas las cosas (I Cor. XV, 28).

Proinde vocem nunc agnoscimus ejus impleri, qui loquebatur in Psalmo, atque dicebat, Annuntiavi, et locutus sum, multiplicati sunt super numerum (Psal. XXXIX, 6). Hoc fit nunc, ex quo primum per os praecursoris sui Joannis, deinde per os proprium annuntiavit, et locutus est, dicens, Agite poenitentiam, appropinquavit enim regnum coelorum (Matth. III, 2; IV, 17). Elegit discipulos, quos et Apostolos nominavit (Luc. VI, 13), humiliter natos, inhonoratos, illitteratos; ut quidquid magnum essent et facerent, ipse in eis esset et faceret. Habuit inter eos unum, quo malo utens bene, et suae passionis dispositum impleret, et Ecclesiae suae tolerandum malorum praeberet exemplum. Seminato, quantum per ejus oportebat praesentiam corporalem, sancto Evangelio, passus est, mortuus est, resurrexit: passione ostendens quid sustinere pro veritate, resurrectione quid sperare in aeternitate debeamus; excepta altitudine sacramenti, qua sanguis ejus in remissionem peccatorum fusus est. Conversatus est in terra quadraginta dies cum discipulis suis, atque ipsis videntibus ascendit in coelum, et post dies decem misit promissum Spiritum sanctum : cujus venientis in eos qui crediderant, tunc signum erat maximum et maxime necessarium, ut unusquisque eorum linguis omnium gentium loqueretur: ita significans unitatem catholicae Ecclesiae per omnes gentes futuram, ac sic linguis omnibus locuturam.

Caput L.

De praedicatione Evangelii, quae per passiones praedicantium clarior et potentior facta est.

Deinde secundum illam prophetiam, Ex Sion lex prodiet, et verbum Domini ex Jerusalem (Isai. II, 3): et secundum ipsius Domini Christi praedicta, ubi post resurrectionem stupentibus cum discipulis suis aperuit sensum, ut intelligerent Scripturas, et dixit eis, Quoniam sic scriptum est, et sic oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis tertio die, et praedicari in nomine ejus poenitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Jerusalem (Luc. XXIV, 46, 47); et ubi rursus eis de adventu ejus novissimo requirentibus respondit, atque ait, Non est vestrum scire tempora vel momenta , quae Pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem Spiritus sancti supervenientem in vos, et eritis mihi testes in Jerusalem, et in tota Judaea et Samaria, et usque in fines terrae (Act. I, 7, 8): primum se ab Jerusalem diffudit Ecclesia, et cum in Judaea atque Samaria plurimi credidissent, et in alias gentes itum est, eis annuntiantibus Evangelium, quos ipse, sicut luminaria, et aptaverat verbo, et accenderat Spiritu sancto.

Por consiguiente, reconocemos ahora que se cumple la voz de aquel que hablaba en el Salmo y decía: "Anuncié y hablé, se han multiplicado sobre el número" (Sal. XXXIX, 6). Esto sucede ahora, desde que primero por la boca de su precursor Juan, y luego por su propia boca, anunció y habló diciendo: "Haced penitencia, pues se ha acercado el reino de los cielos" (Mat. III, 2; IV, 17). Eligió discípulos, a quienes también llamó Apóstoles (Luc. VI, 13), humildemente nacidos, sin honores, iliteratos; para que cualquier cosa grande que fueran y hicieran, él mismo estuviera y lo hiciera en ellos. Tuvo entre ellos a uno del cual, usando bien del mal, cumpliera el designio de su pasión y ofreciera a su Iglesia un ejemplo de tolerancia de los malos. Sembrado el santo Evangelio, cuanto convenía por su presencia corporal, padeció, murió, resucitó: mostrando con la pasión qué debemos sostener por la verdad, y con la resurrección qué debemos esperar en la eternidad; exceptuada la profundidad del sacramento, por el cual su sangre fue derramada para la remisión de los pecados. Conversó en la tierra cuarenta días con sus discípulos, y viéndolo ellos ascendió al cielo, y después de diez días envió el Espíritu Santo prometido: de cuya llegada a los que habían creído fue entonces señal máxima y muy necesaria el que cada uno de ellos hablara en las lenguas de todas las naciones; significando así la unidad de la Iglesia católica que había de ser por todas las naciones, y que así hablaría en todas las lenguas.

Capítulo L.

Sobre la predicación del Evangelio, la cual por las pasiones de los que lo predicaban se hizo más clara y potente.

Después, según aquella profecía: "De Sion saldrá la ley, y la palabra del Señor de Jerusalén" (Isa. II, 3); y según lo predicho por el mismo Señor Cristo, donde después de la resurrección, a sus discípulos estupefactos, les abrió el sentido para que entendieran las Escrituras y les dijo: "Que así está escrito, y así convenía que el Mesías padeciera y resucitara de entre los muertos al tercer día, y que se predicara en su nombre la penitencia y la remisión de los pecados por todas las naciones, empezando desde Jerusalén" (Luc. XXIV, 46, 47); y donde de nuevo, a ellos que le preguntaban sobre su último advenimiento, respondió y dijo: "No es vuestro saber los tiempos o momentos que el Padre puso en su propia potestad; sino que recibiréis la virtud del Espíritu Santo que vendrá sobre vosotros, y me seréis testigos en Jerusalén, y en toda Judea y Samaría, y hasta los confines de la tierra" (Hech. I, 7, 8): primero se difundió la Iglesia desde Jerusalén, y habiendo creído muchísimos en Judea y Samaría, se pasó a las otras naciones, anunciando el Evangelio aquellos a quienes él, como luminares, había aptado con la palabra e inflamado con el Espíritu Santo.

Dixerat enim eis, Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere (Matth. X, 28). Qui ut frigidi timore non essent, igne charitatis ardebant. Denique per ipsos, non solum qui eum et ante passionem et post resurrectionem viderant et audierant, verum etiam post obitum eorum per posteros eorum, inter horrendas persecutiones et varios cruciatus ac funera martyrum praedicatum est toto orbe Evangelium, contestante Deo signis, et ostentis, et variis virtutibus, et Spiritus sancti muneribus: ut populi gentium credentes in eum, qui pro eorum redemptione crucifixus est, christiano amore venerarentur sanguinem martyrum, quem diabolico furore fuderunt; ipsique reges, quorum legibus vastabatur Ecclesia, ei nomini salubriter subderentur, quod de terra crudeliter auferre conati sunt, et falsos deos inciperent persequi, quorum causa cultores Dei veri fuerant antea persecuti.

Caput LI.

Quod etiam per haereticorum dissensiones fides catholica roboretur.

1. Videns autem diabolus templa daemonum deseri, et in nomen liberantis Mediatoris currere genus humanum, haereticos movit, qui sub vocabulo christiano doctrinae resisterent christianae, quasi possent indifferenter sine ulla correptione haberi in civitate Dei, sicut civitas confusionis indifferenter habuit philosophos inter se diversa et adversa sentientes. Qui ergo in Ecclesia Christi morbidum aliquid pravumque sapiunt, si correpti ut sanum rectumque sapiant, resistunt contumaciter, suaque pestifera et mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt; haeretici fiunt, et foras exeuntes habentur in exercentibus inimicis. Etiam sic quippe veris illis catholicis membris Christi malo suo prosunt, dum Deus utitur et malis bene, et diligentibus eum omnia cooperantur in bonum (Rom. VIII, 28). Inimici enim omnes Ecclesiae, quolibet errore caecentur vel malitia depraventur, si accipiunt potestatem corporaliter affligendi, exercent ejus patientiam; si tantummodo male sentiendo adversantur, exercent ejus sapientiam; ut autem etiam inimici diligantur, exercent ejus benevolentiam, aut etiam beneficentiam, sive suadibili doctrina cum eis agatur, sive terribili disciplina. Ac per hoc diabolus princeps impiae civitatis, adversus peregrinantem in hoc mundo civitatem Dei vasa propria commovendo, nihil ei nocere permittitur.

Pues les había dicho: "No temáis a los que matan el cuerpo, pero no pueden matar el alma" (Mat. X, 28). Para que no estuvieran fríos de temor, ardían con el fuego de la caridad. Finalmente por ellos, no solo los que lo habían visto y oído antes de la pasión y después de la resurrección, sino también después del óbito de ellos por sus pósteros, entre horrendas persecuciones y varios tormentos y muertes de mártires, se predicó en todo el orbe el Evangelio, testificando Dios con signos y prodigios y varias virtudes y dones del Espíritu Santo: para que los pueblos de las naciones, creyendo en aquel que por su redención fue crucificado, veneraran con amor cristiano la sangre de los mártires que derramaron con furor diabólico; y los mismos reyes, por cuyas leyes era devastada la Iglesia, se sometieran saludablemente a aquel nombre que intentaron quitar cruelmente de la tierra, y empezaran a perseguir a los falsos dioses, por cuya causa los cultivadores del Dios verdadero habían sido antes perseguidos.

Capítulo LI.

Que incluso por las disensiones de los herejes se fortalece la fe católica.

Viendo, pues, el diablo que los templos de los demonios eran abandonados y que el género humano corría al nombre del Mediador liberador, incitó a los herejes para que, bajo el nombre cristiano, resistieran a la doctrina cristiana, como si pudieran ser tenidos indiferentemente sin ninguna corrección en la Ciudad de Dios, así como la ciudad de la confusión tuvo indiferentemente a filósofos que sentían cosas diversas y adversas entre sí. Los que, por tanto, en la Iglesia de Cristo sienten algo mórbido y depravado, si corregidos para que sientan lo sano y recto, resisten contumazmente y no quieren enmendar sus pestíferos y mortíferos dogmas, sino que persisten en defenderlos, se hacen herejes y, saliendo fuera, son tenidos entre los enemigos que ejercitan. Pues aun así aprovechan con su mal a aquellos verdaderos miembros católicos de Cristo, mientras Dios usa bien incluso de los malos, y "para los que le aman todas las cosas cooperan para el bien" (Rom. VIII, 28). Pues todos los enemigos de la Iglesia, por cualquier error que sean cegados o por cualquier malicia depravados, si reciben potestad de afligir corporalmente, ejercitan su paciencia; si solo por sentir mal se oponen, ejercitan su sabiduría; pero para que incluso los enemigos sean amados, ejercitan su benevolencia, o incluso beneficencia, ya sea que se actúe con ellos con doctrina persuasiva o con terrible disciplina. Y por esto al diablo, príncipe de la ciudad impía, moviendo sus propios vasos contra la Ciudad de Dios que peregrina en este mundo, no se le permite dañarla en nada.

Cui procul dubio et rebus prosperis consolatio, ut non frangatur adversis; et rebus adversus exercitatio, ut non corrumpatur prosperis, per divinam providentiam procuratur: atque ita temperatur utrumque ab alterutro, ut in Psalmo illam vocem non aliunde agnoscamus exortam, Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuae jucundaverunt animam meam (Psal. XCIII, 19). Hinc est et illud Apostoli, Spe gaudentes, in tribulatione patientes (Rom. XII, 12).

2. Nam et id, quod ait idem doctor, Quicumque volunt in Christo pie vivere, persecutionem patientur (II Tim. III, 12), nullis putandum est deesse posse temporibus. Quia et cum ab eis qui foris sunt non saevientibus, videtur esse tranquillitas, et revera est, plurimumque consolationis affert, maxime infirmis; non tamen desunt, imo multi sunt intus, qui corda pie viventium suis perditis moribus cruciant: quoniam per eos blasphematur christianum et catholicum nomen: quod quanto est charius eis, qui volunt pie vivere in Christo, tanto magis dolent, quod per malos intus positos fit, ut minus quam piorum mentes desiderant, diligatur. Ipsi quoque haeretici, cum cogitantur habere nomen et sacramenta christiana, et Scripturas, et professionem, magnum dolorem faciunt in cordibus piorum: quia et multi volentes esse Christiani, propter eorum dissensiones haesitare coguntur, et multi maledici etiam in his inveniunt materiam blasphemandi Christianum nomen; quia et ipsi quoquo modo Christiani appellantur. His atque hujusmodi pravis moribus et erroribus hominum persecutionem patiuntur qui volunt in Christo pie vivere, etiam nullo infestante neque vexante corpus illorum. Patiuntur quippe hanc persecutionem non in corporibus, sed in cordibus. Unde illa vox est: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo. Non enim ait, In corpore meo. Sed rursus quoniam cogitantur immutabilia divina promissa, et quod ait Apostolus, Novit Dominus qui sunt ejus (II Tim. II, 19): Quos enim praescivit, et praedestinavit conformes imaginis Filii sui (Rom. VIII, 29); ex eis perire nullus potest; ideo sequitur in illo psalmo, Consolationes tuae jucundaverunt animam meam. Dolor autem ipse, qui fit in cordibus piorum, quos persequuntur mores Christianorum malorum sive falsorum, prodest dolentibus; quoniam de charitate descendit, qua eos perire nolunt, nec impedire aliorum salutem. Denique magnae consolationes fiunt etiam de correctionibus eorum, quae piorum animas tanta jucunditate perfundunt, quantis doloribus de sua perditione cruciaverunt.

A la cual sin duda tanto el consuelo en las cosas prósperas, para que no se quebrante con las adversas, como el ejercicio en las adversas, para que no se corrompa con las prósperas, se le procura por la divina providencia; y así se templa lo uno con lo otro, de modo que en el Salmo reconocemos que aquella voz no nació de otra parte: "Según la multitud de mis dolores en mi corazón, tus consolaciones alegraron mi alma" (Sal. XCIII, 19). De aquí es también aquello del Apóstol: "Gozosos en la esperanza, sufridos en la tribulación" (Rom. XII, 12).

2. Pues aquello que dice el mismo doctor: "Todos los que quieren vivir piadosamente en Cristo padecerán persecución" (2 Tim. 3, 12), no debe pensarse que pueda faltar en ningún tiempo. Porque aun cuando parece haber tranquilidad por parte de los que están fuera al no ensañarse, y en verdad la hay, y aporta muchísimo consuelo, especialmente a los débiles; sin embargo, no faltan, antes bien son muchos los que están dentro, que torturan los corazones de los que viven piadosamente con sus costumbres perdidas: ya que por ellos es blasfemado el nombre cristiano y católico: el cual, cuanto más querido es para los que quieren vivir piadosamente en Cristo, tanto más les duele que por los malos puestos dentro suceda que sea menos amado de lo que desean las mentes de los piadosos. También los mismos herejes, cuando se considera que tienen el nombre y los sacramentos cristianos, y las Escrituras, y la profesión, causan un gran dolor en los corazones de los piadosos: porque muchos que quieren ser cristianos se ven obligados a dudar por causa de sus disensiones, y muchos maldicientes encuentran también en ellos materia para blasfemar el nombre cristiano; porque también ellos son llamados cristianos de algún modo. Con estas y semejantes costumbres depravadas y errores de los hombres padecen persecución los que quieren vivir piadosamente en Cristo, aun cuando nadie hostigue ni veje su cuerpo. Padecen, en efecto, esta persecución no en sus cuerpos, sino en sus corazones. De donde es aquella voz: "Según la multitud de mis dolores en mi corazón". Pues no dijo: "En mi cuerpo". Pero de nuevo, puesto que se consideran las inmutables promesas divinas, y lo que dice el Apóstol: "Conoce el Señor a los que son suyos" (2 Tim. 2, 19): "Porque a los que antes conoció, también los predestinó a ser conformes a la imagen de su Hijo" (Rom. 8, 29); de estos ninguno puede perecer; por eso sigue en aquel salmo: "Tus consolaciones alegraron mi alma". Mas el dolor mismo, que se produce en los corazones de los piadosos, a quienes persiguen las costumbres de los cristianos malos o falsos, aprovecha a los que se duelen; puesto que desciende de la caridad, por la cual no quieren que ellos perezan, ni impidan la salvación de otros. Finalmente, se producen grandes consuelos también de las correcciones de ellos, las cuales bañan las almas de los piadosos con tanta alegría, con cuantos dolores las torturaron por su perdición.

Sic in hoc saeculo, in his diebus malis, non solum a tempore corporalis praesentiae Christi et Apostolorum ejus, sed ab ipso Abel, quem primum justum impius frater occidit, et deinceps usque in hujus saeculi finem, inter persecutiones mundi et consolationes Dei peregrinando procurrit Ecclesia.

Caput LII.

An credendum sit, quod quidam putant, impletis decem persecutionibus quae fuerunt, nullam jam superesse praeter undecimam, quae in ipso Antechristi tempore sit futura.

1. Proinde ne illud quidem temere puto esse dicendum, sive credendum, quod nonnullis visum est, vel videtur, non amplius Ecclesiam passuram persecutiones usque ad tempus Antichristi, quam quot jam passa est, id est decem, ut undecima eademque novissima sit ab Antichristo. Primam quippe computant a Nerone quae facta est, secundam a Domitiano, a Trajano tertiam, quartam ab Antonino, a Severo quintam, sextam a Maximino, a Decio septimam, octavam a Valeriano, ab Aureliano nonam, decimam a Diocletiano et Maximiano. Plagas enim Aegyptiorum, quoniam decem fuerunt, antequam inde exire inciperet populus Dei; putant ad hunc intellectum esse referendas, ut novissima Antichristi persecutio, similis videatur undecimae plagae, qua Aegyptii, dum hostiliter sequerentur Hebraeos, in mari Rubro, populo Dei per siccum transeunte, perierunt. Sed ego illa re gesta in Aegypto, istas persecutiones prophetice significatas esse non arbitror: quamvis ab eis, qui hoc putant, exquisite et ingeniose illa singula his singulis comparata videantur, non prophetico Spiritu, sed conjectura mentis humanae, quae aliquando ad verum pervenit, aliquando fallitur.

2. Quid enim, qui hoc sentiunt, dicturi sunt de persecutione, qua ipse Dominus crucifixus est? in quo eam numero posituri? Si autem hac excepta existimant computandum, tanquam illae numerandae sint, quae ad corpus pertinent, non qua ipsum caput est appetitum et occisum; quid agent de illa, quae, posteaquam Christus ascendit ad coelum, Jerosolymis facta est, ubi beatus Stephanus lapidatus est, ubi Jacobus frater Joannis gladio trucidatus est, ubi apostolus Petrus ut occideretur inclusus et per Angelum liberatus, ubi fugati atque dispersi de Jerosolymis fratres, ubi Saulus, qui postea Paulus apostolus factus est, vastabat Ecclesiam?

Así en este siglo, en estos día malos, no solo desde el tiempo de la presencia corporal de Cristo y de sus Apóstoles, sino desde el mismo Abel, a quien siendo el primer justo mató su impío hermano, y de ahí en adelante hasta el fin de este siglo, peregrinando corre la Iglesia entre las persecuciones del mundo y los consuelos de Dios.

Capítulo LII.

Si se debe creer lo que algunos piensan, que cumplidas las diez persecuciones que hubo, ya no queda ninguna más que la undécima, que será en el tiempo mismo del Anticristo.

1. Por lo cual, ni siquiera creo que deba decirse o creerse temerariamente lo que a algunos les ha parecido o parece, que la Iglesia no ha de padecer más persecuciones hasta el tiempo del Anticristo que las que ya ha padecido, es decir, diez, para que la undécima y novísima sea la del Anticristo. Cuentan, en efecto, la primera que se hizo bajo Nerón, la segunda bajo Domiciano, la tercera bajo Trajano, la cuarta bajo Antonino, la quinta bajo Severo, la sexta bajo Maximino, la séptima bajo Decio, la octava bajo Valeriano, la novena bajo Aureliano, la décima bajo Diocleciano y Maximiano. Pues las plagas de los egipcios, puesto que fueron diez, antes de que el pueblo de Dios comenzara a salir de allí, piensan que deben referirse a este sentido, de modo que la última persecución del Anticristo parezca semejante a la undécima plaga, por la cual los egipcios, mientras seguían hostilmente a los hebreos, perecieron en el mar Rojo, pasando el pueblo de Dios por lo seco. Pero yo no juzgo que por aquel hecho realizado en Egipto hayan sido significadas proféticamente estas persecuciones: aunque a los que así lo piensan, les parezca que aquellas cosas singulares han sido comparadas con estas singulares exquisita e ingeniosamente, no por el Espíritu profético, sino por conjetura de la mente humana, la cual a veces llega a la verdad, y a veces se engaña.

2. Pues ¿qué dirán los que esto sienten de la persecución por la cual el mismo Señor fue crucificado? ¿En qué número la pondrán? Pero si piensan que, exceptuada esta, debe computarse como si solo debieran numerarse aquellas que pertenecen al cuerpo, no aquella por la cual la misma Cabeza fue acometida y muerta; ¿qué harán de aquella que, después que Cristo ascendió al cielo, se hizo en Jerusalén, donde el bienaventurado Esteban fue lapidado, donde Jacobo el hermano de Juan fue degollado con la espada, donde el apóstol Pedro fue encerrado para ser muerto y liberado por un Ángel, donde los hermanos fueron ahuyentados y dispersos de Jerusalén, donde Saulo, que después fue hecho el apóstol Pablo, asolaba la Iglesia?

ubi ipse quoque jam fidem, quam persequebatur, evangelizans, qualia faciebat, est passus, sive per Judaeam, sive per alias gentes, quacumque Christum ferventissimus praedicabat? Cur ergo eis a Nerone videtur ordiendum, cum ad Neronis tempora inter atrocissimas persecutiones, de quibus nimis longum est cuncta dicere, Ecclesia crescendo pervenerit? Quod si a regibus factas persecutiones in numero existimant esse debere; rex fuit Herodes, qui etiam post ascensum Domini gravissimam fecit. Deinde quid respondent etiam de Juliano, quem non numerant in decem? An ipse non est Ecclesiam persecutus, qui Christianos liberales litteras docere ac discere vetuit? Sub quo Valentinianus major, qui post eum tertius imperator fuit, fidei christianae confessor exstitit, militiaque privatus est. Ut omittam quae apud Antiochiam facere coeperat, nisi unius fidelissimi et constantissimi juvenis, qui multis, ut torquerentur, apprehensis, per totum diem primus est tortus, inter ungulas cruciatusque psallentis libertatem atque hilaritatem miratus horruisset et in caeteris deformius erubescere timuisset. Postremo nostra memoria Valens supradicti Valentiniani frater Arianus, nonne magna persecutione per Orientis partes catholicam vastavit Ecclesiam? Quale est autem, non considerare, Ecclesiam per totum mundum fructificantem atque crescentem posse in aliquibus gentibus persecutionem pati a regibus, et quando in aliis non patitur? Nisi forte non est persecutio computanda, quando rex Gothorum in ipsa Gothia persecutus est Christianos crudelitate mirabili, cum ibi non essent nisi catholici, quorum plurimi martyrio coronati sunt: sicut a quibusdam fratribus, qui tunc illic pueri fuerant, et se ista vidisse incunctanter recordabantur, audivimus? Quid modo in Perside? nonne ita in Christianos ferbuit persecutio (si tamen jam quievit), ut fugientes inde nonnulli usque ad Romana oppida pervenerint? Haec atque hujusmodi mihi cogitanti, non videtur esse definiendus numerus persecutionum, quibus exerceri oportet Ecclesiam. Sed rursus affirmare aliquas futuras a regibus, praeter illam novissimam, de qua nullus ambigit Christianus, non minoris est temeritatis. Itaque hoc in medio relinquimus, neutram partem quaestionis hujus astruentes, sive destruentes, sed tantummodo ab affirmandi quodlibet horum audaci praesumptione revocantes.

Caput LIII.

De tempore novissimae persecutionis occulto.

donde él mismo también, ya evangelizando la fe que perseguía, padeció cosas tales como las que hacía, ya fuera por Judea, ya por otras naciones, por dondequiera que predicaba a Cristo fervorosísimamente? ¿Por qué, pues, les parece que debe comenzarse por Nerón, habiendo llegado la Iglesia creciendo a los tiempos de Nerón entre atrocísimas persecuciones, de las cuales es demasiado largo decirlo todo? Pero si piensan que en el número deben estar las persecuciones hechas por reyes; rey fue Herodes, quien también después de la ascensión del Señor hizo una gravísima. Luego, ¿qué responden también de Juliano, a quien no cuentan en las diez? ¿Acaso él no persiguió a la Iglesia, el cual prohibió a los cristianos enseñar y aprender las letras liberales? Bajo el cual Valentiniano el mayor, que fue el tercer emperador después de él, existió como confesor de la fe cristiana y fue privado de la milicia. Por no mencionar lo que había comenzado a hacer en Antioquía, a no ser que se hubiera horrorizado y temido avergonzarse más deformemente en los demás al admirar la libertad y alegría de un joven fidelísimo y constantísimo, que, habiendo sido apresados muchos para ser atormentados, fue el primero en ser atormentado durante todo un día entre los garfios y suplicios, salmeando. Finalmente, en nuestra memoria, Valente el arriano, hermano del sobredicho Valentiniano, ¿no asoló con una gran persecución la Iglesia católica por las partes del Oriente? Pero ¿qué cosa es no considerar que la Iglesia, fructificando y creciendo por todo el mundo, puede en algunas naciones padecer persecución por parte de los reyes, aun cuando en otras no la padece? ¿A no ser que acaso no deba computarse como persecución cuando el rey de los godos en la misma Gotia persiguió a los cristianos con una crueldad admirable, cuando no había allí sino católicos, de los cuales muchísimos fueron coronados con el martirio: según oímos a algunos hermanos que entonces habían sido niños allí y recordaban sin vacilación haber visto estas cosas? ¿Qué decir ahora en Persia? ¿No se encendió así la persecución contra los cristianos (si es que ya ha cesado), que algunos huyendo de allí llegaron hasta las ciudades romanas? Pensando yo estas y semejantes cosas, no me parece que deba definirse el número de las persecuciones por las cuales conviene que la Iglesia sea ejercitada. Pero, por otra parte, afirmar que ha de haber algunas futuras por parte de los reyes, además de aquella novísima de la cual ningún cristiano duda, no es de menor temeridad. Por tanto, dejamos esto en medio, no afirmando ni destruyendo ninguna de las dos partes de esta cuestión, sino solo retirando de la audaz presunción de afirmar cualquiera de estas cosas.

Capítulo LIII.

Del tiempo oculto de la novísima persecución.

1. Illam sane novissimam persecutionem, quae ab Antichristo futura est, praesentia sua ipse exstinguet Jesus. Sic enim scriptum est, quod eum interficiet spiritu oris sui, et evacuabit illuminatione praesentiae suae (11 Thess. II, 8). Hic quaeri solet, Quando istud erit? Importune omnino. Si enim hoc nobis nosse prodesset, a quo melius quam ab ipso Deo magistro interrogantibus discipulis diceretur? Non enim siluerunt inde apud eum; sed a praesente quaesierunt, dicentes: Domine, si hoc tempore praesentaberis, et quando regnum Israel ? At ille: Non est, inquit, vestrum scire tempora, quae Pater in sua posuit potestate (Act. I, 6, 7). Non utique illi de hora, vel die, vel annos, sed de tempore interrogaverunt, quando istud accepere responsum. Frustra igitur annos, qui huic saeculo remanent, computare ac definire conamur, cum hoc scire non esse nostrum ex ore Veritatis audiamus. Quos tamen alii quadringentos, alii quingentos, alii etiam mille ab ascensione Domini usque ad ejus ultimum adventum compleri posse dixerunt. Quemadmodum autem quisque eorum astruat opinionem suam, longum est demonstrare, et non necessarium. Conjecturis quippe utuntur humanis, non ab eis certum aliquid de Scripturae canonicae auctoritate profertur. Omnium vero de hac re calculantium digitos resolvit et quiescere jubet ille qui dicit: Non est vestrum scire tempora, quae Pater in sua posuit potestate.

2. Sed haec quia evangelica sententia est, mirum non est non ea repressos fuisse deorum multorum falsorumque cultores, quominus fingerent daemonum responsis, quos tanquam deos colunt, definitum esse quanto tempore mansura esset religio christiana. Cum enim viderent, nec tot tantisque persecutionibus eam potuisse consumi, sed his potius mira incrementa sumpsisse, excogitaverunt nescio quos versus graecos, tanquam consulenti cuidam, divino oraculo effusos, ubi Christum quidem ab hujus tanquam sacrilegii crimine faciunt innocentem; Petrum autem maleficiis fecisse subjungunt, ut coleretur Christi nomen per trecentos sexaginta quinque annos, deinde completo memorato numero annorum, sine mora sumeret finem. O hominum corda doctorum! o ingenia litterata digna credere ista de Christo, quae credere non vultis in Christum, quod ejus discipulus Petrus ab eo magicas artes non didicerit, sed ipso innocente tamen ejus maleficus fuerit nomenque illius, quam suum, coli maluerit magicis artibus suis, magnis laboribus et periculis suis, postremo etiam effusione sanguinis sui! Si Petrus maleficus fecit, ut Christum sic diligeret mundus: quid fecit innocens Christus, ut eum sic diligeret Petrus?

Aquella novísima persecución, que ha de ser por el Anticristo, la extinguirá Jesús mismo con su presencia. Pues así está escrito, que "le matará con el espíritu de su boca, y le anulará con el resplandor de su presencia" (2 Tes. 2, 8). Aquí se suele preguntar: ¿Cuándo será esto? De modo totalmente inoportuno. Pues si nos aprovechara saber esto, ¿por quién mejor se diría que por el mismo Dios Maestro a los discípulos que le preguntaban? Pues no callaron sobre ello ante Él; sino que le preguntaron estando presente, diciendo: "Señor, ¿te presentarás en este tiempo, y cuándo será el reino de Israel?". Pero Él dijo: "No os toca a vosotros saber los tiempos, que el Padre puso en su potestad" (Hech. 1, 6. 7). No le preguntaron ciertamente por la hora, o el día, o los años, sino por el tiempo, cuando recibieron esta respuesta. En vano, pues, intentamos computar y definir los años que quedan a este siglo, cuando oímos de la boca de la Verdad que saber esto no es nuestro. Los que, sin embargo, unos dijeron que podían cumplirse en cuatrocientos, otros en quinientos, otros incluso en mil años desde la ascensión del Señor hasta su último advenimiento. Mas de qué modo cada uno de ellos fundamente su opinión, es largo de demostrar, y no necesario. Pues usan conjeturas humanas, y nada cierto se presenta por ellos de la autoridad de la Escritura canónica. Verdaderamente suelta los dedos y manda callar de todos los que calculan sobre esta cosa aquel que dice: "No os toca a vosotros saber los tiempos, que el Padre puso en su potestad".

2. Pero como esta es una sentencia evangélica, no es de maravillar que los adoradores de muchos y falsos dioses no fueran reprimidos por ella para fingir con respuestas de los demonios, a quienes adoran como dioses, que estaba definido por cuánto tiempo había de durar la religión cristiana. Pues como vieran que ni con tantas y tan grandes persecuciones había podido ser consumida, sino que más bien de estas había tomado admirables incrementos, idearon no sé qué versos griegos, como vertidos por un oráculo divino a alguien que consultaba, donde ciertamente hacen a Cristo inocente de este como crimen de sacrilegio; pero añaden que Pedro había hecho por hechicerías que el nombre de Cristo fuera adorado por trescientos sesenta y cinco años, y que luego, cumplido el mencionado número de años, tendría fin sin demora. ¡Oh corazones de hombres doctos! ¡Oh ingenios literatos dignos de creer estas cosas sobre Cristo, que no queréis creer en Cristo: que su discípulo Pedro no aprendió artes mágicas de Él, pero que siendo su maestro inocente fue sin embargo su hechicero y prefirió que el nombre de aquel, antes que el suyo, fuera adorado por sus artes mágicas, con sus grandes trabajos y peligros, y finalmente incluso con la efusión de su sangre! Si Pedro por hechicería hizo que el mundo amara así a Cristo: ¿qué hizo el inocente Cristo para que Pedro le amara así?

Respondeant igitur ipsi sibi, et si possunt, intelligant illa superna gratia factum esse, ut propter aeternam vitam Christum diligeret mundus, qua gratia factum est, ut et propter aeternam vitam ab illo accipiendam et usque ad temporariam mortem pro illo patiendam Christum diligeret Petrus. Deinde isti dii qui sunt, qui possunt ista praedicere, nec possunt avertere, ita succumbentes uni malefico, et uni sceleri magico, quo puer, ut dicunt, anniculus occisus, et dilaniatus, et ritu nefario sepultus est, ut sectam sibi adversariam tam prolixo tempore convalescere, tot tantarumque persecutionum horrendas crudelitates, non resistendo sed patiendo superare, et ad suorum simulacrorum, templorum, sacrorum, oraculorum eversionem pervenire permitterent? Quis postremo est deus, non noster utique, sed ipsorum, qui vel illectus tanto scelere vel impulsus est ista praestare? Non enim alicui daemoni, sed deo dicunt illi versus haec Petrum arte magica definisse. Talem deum habent, qui Christum non habent.

Caput LIV.

De stultissimo mendacio Paganorum, quo christianam religionem non ultra trecentos sexaginta quinque annos mansuram esse finxerunt.

1. Haec atque hujusmodi multa colligerem, si nondum annus ipse transisset, quem divinatio ficta promisit, et decepta vanitas credidit. Cum vero ex quo nominis Christi cultus per ejus in carne praesentiam et per Apostolos institutus est, ante aliquot annos anni trecenti sexaginta quinque completi sint quid aliud quaerimus, unde ista falsitas refellatur? Ut enim in Christi nativitate hujus rei non ponamus initium, quia infans et puer discipulos non habebat, tamen quando habere coepit, procul dubio tunc innotuit per ejus corporalem praesentiam doctrina et religio christiana, id est, posteaquam in fluvio Jordane ministerio Joannis est baptizatus. Propter hoc enim de illo prophetia illa praecesserat, Dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrae (Psal. LXXI, 8). Sed quoniam priusquam passus esset et resurrexisset a mortuis, nondum fides omnibus fuerat definita; in resurrectione quippe Christi definita est (nam sic apostolus Paulus Atheniensibus loquitur dicens, Jam nunc annuntiat hominibus, omnes ubique agere poenitentiam, eo quod statuit diem, judicare orbem in aequitate, in viro, in quo definivit fidem omnibus, resuscitans illum a mortuis [Act. XVII, 30 et 31]): melius in hac quaestione solvenda inde initium sumimus;

Respóndanse, pues, a sí mismos y, si pueden, entiendan que por aquella gracia superna se hizo que el mundo amara a Cristo por la vida eterna, por cuya gracia se hizo que Pedro amara a Cristo tanto por recibir de Él la vida eterna como por padecer por Él hasta la muerte temporal. Luego, ¿quiénes son estos dioses, que pueden predecir estas cosas y no pueden evitarlas, sucumbiendo así a un solo hechicero y a un solo crimen mágico, por el cual un niño de un año, según dicen, fue muerto, y despedazado, y sepultado con rito nefario, para que permitieran que una secta adversaria a ellos se fortaleciera por tan largo tiempo, que superara las horrendas crueldades de tantas y tan grandes persecuciones, no resistiendo sino padeciendo, y que llegara a la subversión de sus propios ídolos, templos, ritos y oráculos? Finalmente, ¿quién es el dios, no nuestro ciertamente, sino de ellos mismos, que o fue atraído por tan gran crimen o fue impulsado a prestar estas cosas? Pues no a algún demonio, sino a un dios dicen aquellos versos que Pedro definió estas cosas por arte mágica. Tal dios tienen los que no tienen a Cristo.

Capítulo LIV.

De la estultísima mentira de los paganos, por la cual fingieron que la religión cristiana no había de durar más de trescientos sesenta y cinco años.

1. Estas y otras muchas cosas semejantes recogería si aún no hubiera pasado aquel mismo año que la fingida adivinación prometió y la engañada vanidad creyó. Mas como desde que el culto del nombre de Cristo fue instituido por su presencia en la carne y por los Apóstoles, hace ya algunos años que se cumplieron los trescientos sesenta y cinco años, ¿qué otra cosa buscamos para refutar esta falsedad? Pues para que no pongamos el inicio de esta cosa en el nacimiento de Cristo, porque siendo infante y niño no tenía discípulos, sin embargo, cuando comenzó a tenerlos, sin duda entonces se dio a conocer por su presencia corporal la doctrina y religión cristiana, esto es, después que fue bautizado en el río Jordán por el ministerio de Juan. Pues por esto había precedido sobre Él aquella profecía: "Dominará de mar a mar, y desde el río hasta los términos del orbe de la tierra" (Sal. 71, 8). Pero puesto que antes de que hubiera padecido y resucitado de entre los muertos, aún no había sido definida la fe para todos; en la resurrección de Cristo ciertamente fue definida (pues así habla el apóstol Pablo a los atenienses diciendo: "Ya ahora anuncia a los hombres que todos en todas partes se arrepientan, por cuanto ha establecido un día para juzgar al orbe con equidad, por el varón en quien definió la fe a todos, resucitándole de entre los muertos" [Hech. 17, 30. 31]): mejor tomamos el inicio para resolver esta cuestión desde ahí;

praesertim quia tunc datus est etiam Spiritus sanctus, sicut cum dari post resurrectionem Christi oportebat in ea civitate, ex qua debuit incipere lex secunda, hoc est Testamentum novum. Prima enim fuit ex monte Sina per Moysen, quod Testamentum vocatur vetus. De hac autem quae per Christum danda erat, praedictum est, Ex Sion prodiet lex, et verbum Domini ex Jerusalem (Isai. II, 3). Unde et ipse per omnes gentes dixit praedicari oportere in nomine suo poenitentiam, sed tamen incipientibus ab Jerusalem (Luc. XXIV, 47). Ibi ergo exorsus est hujus nominis cultus, ut in Christum Jesum, qui crucifixus fuerat et resurrexerat, crederetur: ibi haec fides tam insignibus initiis incanduit, ut aliquot hominum millia in Christi nomen mirabili alacritate conversa, venditis suis rebus ut egenis distribuerentur, proposito sancto et ardentissima charitate ad paupertatem voluntariam pervenirent, atque inter frementes et sanguinem sitientes Judaeos, se usque ad mortem pro veritate certare, non armata potentia, sed potentiore patientia praepararent. Hoc si nullis magicis artibus factum est, cur credere dubitant, eadem virtute divina per totum mundum id fieri potuisse qua hoc factum est? Si autem ut Jerosolymis sic ad cultum nominis Christi accenderetur tanta hominum multitudo, quae illum in cruce, vel fixerat prensum, vel riserat fixum, jam maleficium illud fecerat Petrus, ex ipso anno quaerendum est, quando trecenti sexaginta quinque completi sint. Mortuus est ergo Christus duobus Gemini consulibus, octavo kalendas aprilis. Resurrexit tertia die, sicut Apostoli suis etiam sensibus probaverunt. Deinde post quadraginta dies ascendit in coelum: post decem dies, id est quinquagesimo post suam resurrectionem die, misit Spiritum sanctum. Tunc tria millia hominum Apostolis eum praedicantibus crediderunt. Tunc itaque nominis illius cultus exorsus est, sicut nos credimus, et veritas habet, efficacia Spiritus sancti; sicut autem finxit vanitas impia vel putavit, magicis artibus Petri. Paulo post etiam signo mirabili facto, quando ad verbum ipsius Petri quidam mendicus ab utero matris ita claudus, ut ab aliis portaretur, et ad portam templi, ubi stipem peteret, poneretur, in nomine Jesu Christi salvus exsilivit, quinque millia hominum crediderunt: ac deinde aliis atque aliis accessibus credentium crevit Ecclesia. Ac per hoc colligitur etiam dies, ex quo annus ipse sumpsit initium, scilicet quando missus est Spiritus sanctus, id est, per idus maias.

especialmente porque entonces fue dado también el Espíritu Santo, como convenía que se diera después de la resurrección de Cristo en aquella ciudad de la cual debió comenzar la segunda ley, esto es, el Nuevo Testamento. Pues la primera fue desde el monte Sinaí por Moisés, cuyo Testamento se llama viejo. Mas de esta que había de ser dada por Cristo, se predijo: "De Sion saldrá la ley, y la palabra del Señor de Jerusalén" (Is. 2, 3). De donde también Él mismo dijo que convenía que se predicara en su nombre la penitencia por todas las naciones, pero comenzando desde Jerusalén (Luc. 24, 47). Allí, pues, comenzó el culto de este nombre, para que se creyera en Cristo Jesús, que había sido crucificado y había resucitado: allí esta fe se encendió con inicios tan insignes, que algunos miles de hombres convertidos al nombre de Cristo con admirable alacridad, vendidas sus cosas para que se distribuyeran a los necesitados, por un propósito santo y ardentísima caridad llegaron a la pobreza voluntaria, y entre los bramantes Judíos sedientos de sangre, se prepararon para luchar por la verdad hasta la muerte, no con potencia armada, sino con una paciencia más potente. Si esto se hizo sin ningunas artes mágicas, ¿por qué dudan en creer que pudo hacerse por todo el mundo con la misma virtud divina con que se hizo esto? Pero si para que así se encendiera en Jerusalén hacia el culto del nombre de Cristo tanta multitud de hombres, que o le habían fijado en la cruz después de apresarle, o se habían reído de Él ya fijado, ya había hecho Pedro aquella hechicería, debe buscarse desde aquel mismo año cuándo se cumplieron los trescientos sesenta y cinco. Murió, pues, Cristo siendo cónsules los dos Géminos, el octavo día antes de las calendas de abril. Resucitó al tercer día, como los Apóstoles probaron incluso con sus propios sentidos. Luego, después de cuarenta días, ascendió al cielo: después de diez días, esto es, en el quincuagésimo día después de su resurrección, envió el Espíritu Santo. Entonces tres mil hombres creyeron al predicarles los Apóstoles. Entonces, pues, comenzó el culto de aquel nombre, según nosotros creemos y la verdad tiene, por la eficacia del Espíritu Santo; mas según fingió la impía vanidad o pensó, por las artes mágicas de Pedro. Poco después, hecho también un signo admirable, cuando a la palabra del mismo Pedro un cierto mendigo cojo desde el útero materno de modo que era llevado por otros y puesto a la puerta del templo para pedir limosna, saltó sano en el nombre de Jesucristo, cinco mil hombres creyeron: y de ahí en adelante creció la Iglesia con otros y otros accesos de creyentes. Y por esto se colige también el día desde el cual el año mismo tomó inicio, a saber, cuando fue enviado el Espíritu Santo, esto es, por los idus de mayo.

Numeratis proinde consulibus, trecenti sexaginta quinque anni reperiuntur impleti per easdem idus, consulatu Honorii et Eutychiani. Porro sequenti anno, consule Mallio Theodoro, quando jam secundum illud oraculum daemonum aut figmentum hominum nulla esse debuit religio christiana, quid per alias terrarum partes forsitan factum sit, non fuit necesse perquirere. Interim quod scimus in civitate notissima et eminentissima Carthagine Africae Gaudentius et Jovius comites imperatoris Honorii, quarto decimo kalendas aprilis falsorum deorum templa everterunt, et simulacra fregerunt. Ex quo usque ad hoc tempus per triginta ferme annos quis non videat quantum creverit cultus nominis Christi, praesertim posteaquam multi eorum Christiani facti sunt, qui tanquam vera illa divinatione revocabantur a fide, eamque completo eodem annorum numero inanem ridendamque viderunt? Nos ergo qui sumus vocamurque Christiani, non in Petrum credimus, sed in quem credidit Petrus; Petri de Christo aedificati sermonibus, non carminibus venenati; nec decepti maleficiis, sed beneficiis ejus adjuti. Ille Petri magister Christus in doctrina, quae ad vitam ducit aeternam, ipse est et magister noster.

2. Sed aliquando jam concludamus hunc librum, huc usque disserentes, et quantum satis visum est demonstrantes, quisnam sit duarum civitatum, coelestis atque terrenae, ab initio usque in finem permixtarum mortalis excursus. Quarum illa quae terrena est, fecit sibi quos voluit, vel undecumque, vel etiam ex hominibus falsos deos, quibus sacrificando serviret: illa autem quae coelestis peregrinatur in terra, falsos deos non facit, sed a vero Deo ipsa fit, cujus verum sacrificium ipsa sit. Ambae tamen temporalibus vel bonis pariter utuntur, vel malis pariter affliguntur, diversa fide, diversa spe, diverso amore, donec ultimo judicio separentur, et percipiat unaquaeque suum finem, cujus nullus est finis: de quibus ambarum finibus deinceps disserendum est.

Numerados, por tanto, los cónsules, se encuentran cumplidos los trescientos sesenta y cinco años por los mismos idus, en el consulado de Honorio y Eutiquiano. Por lo demás, en el año siguiente, siendo cónsul Malio Teodoro, cuando ya según aquel oráculo de los demonios o ficción de los hombres no debía haber ninguna religión cristiana, qué se haya hecho quizá por otras partes de las tierras no fue necesario inquirirlo. Entretanto, lo que sabemos es que en la ciudad notabilísima y eminente de Cartago de África, Gaudencio y Jovio, condes del emperador Honorio, el decimocuarto día antes de las calendas de abril, destruyeron los templos de los falsos dioses y rompieron los ídolos. Desde lo cual hasta este tiempo, por casi treinta años, ¿quién no ve cuánto ha crecido el culto del nombre de Cristo, especialmente después que muchos de ellos se hicieron cristianos, los cuales eran como apartados de la fe por aquella supuesta verdadera adivinación, y la vieron, cumplido el mismo número de años, vana y digna de risa? Nosotros, pues, que somos y somos llamados cristianos, no creemos en Pedro, sino en aquel en quien creyó Pedro; edificados por los sermones de Pedro sobre Cristo, no envenenados por sus cánticos; ni engañados por sus hechicerías, sino ayudados por sus beneficios. Aquel Maestro de Pedro, Cristo, en la doctrina que conduce a la vida eterna, Él mismo es también nuestro Maestro.

2. Pero concluyamos ya de una vez este libro, habiendo disertado hasta aquí y demostrado cuanto pareció suficiente, cuál es el transcurso mortal de las dos ciudades, la celestial y la terrenal, mezcladas desde el principio hasta el fin. De las cuales, la que es terrenal se hizo para sí los falsos dioses que quiso, de dondequiera, o incluso de entre los hombres, a los cuales sirviera sacrificando: mas la que es celestial, peregrina en la tierra, no hace falsos dioses, sino que ella misma es hecha por el verdadero Dios, del cual ella misma sea el verdadero sacrificio. Ambas, sin embargo, usan igualmente de los bienes temporales, o son igualmente afligidas por los males, con diversa fe, diversa esperanza, diverso amor, hasta que sean separadas por el último juicio, y perciba cada una su propio fin, del cual no hay fin: sobre cuyos fines de ambas se debe disertar a continuación.

Liber D

ECIMUS NONUS.

In quo de finibus utriusque civitatis, terrenae ac coelestis, disputatur. Recensentur de bonorum et malorum finibus opiniones philosophorum, qui beatitudinem in hac vita facere ipsi sibi frustra conati sunt: qui dum operosius refelluntur, ipsius civitatis coelestis, seu populi christiani beatitudo et pax quaenam sit, qualisve hic haberi, vel in futurum sperari possit, demonstratur.

Caput Primum.

Quod in quaestione, quam de finibus bonorum et malorum philosophica disputatio ventilavit, ducentas octoginta et octo sectas esse posse Varro perspexerit.

1. Quoniam de civitatis utriusque, terrenae scilicet et coelestis, debitis finibus deinceps mihi video disputandum; prius exponenda sunt, quantum operis hujus terminandi ratio patitur, argumenta mortalium, quibus sibi ipsi beatitudinem facere in hujus vitae infelicitate moliti sunt, ut ab eorum rebus vanis spes nostra quid differat, quam Deus nobis dedit, et res ipsa, hoc est vera beatitudo quam dabit, non tantum auctoritate divina, sed adhibita etiam ratione, qualem propter infideles possumus adhibere, clarescat. De finibus enim bonorum et malorum multa et multipliciter inter se philosophi disputarunt: quam quaestionem maxima intentione versantes, invenire conati sunt quid efficiat hominem beatum. Illud enim est finis boni nostri, propter quod appetenda sunt caetera, ipsum autem propter seipsum: et illud finis mali, propter quod vitanda sunt caetera, ipsum autem propter se ipsum. Finem ergo boni nunc dicimus, non quo consumatur, ut non sit, sed quo perficiatur, ut plenum sit; et finem mali, non quo esse desinat, sed quo usque nocendo perducat. Fines itaque isti sunt, summum bonum, et summum malum. De quibus inveniendis, atque in hac vita summo bono adipiscendo, vitando autem summo malo, multum, sicut dixi, laboraverunt, qui studium sapientiae in hujus saeculi vanitate professi sunt: nec tamen eos, quamvis diversis errantes modis naturae limes in tantum ab itinere veritatis deviare permisit, ut non alii in animo, alii in corpore, alii in utroque fines bonorum ponerent et malorum.

Libro D

ECIMONOVENO.

En el cual se disputa sobre los fines de ambas ciudades, la terrenal y la celestial. Se revisan las opiniones de los filósofos sobre los fines de los bienes y de los males, los cuales en vano intentaron hacerse para sí mismos la bienaventuranza en esta vida: mientras estos son refutados con más esmero, se demuestra cuál es la bienaventuranza y la paz de la misma ciudad celestial, o del pueblo cristiano, y de qué clase puede tenerse aquí, o esperarse en el futuro.

Capítulo Primero.

Que en la cuestión que la discusión filosófica ha ventilado sobre los fines de los bienes y de los males, Varrón percibió que podía haber doscientas ochenta y ocho sectas.

1. Puesto que veo que debo disertar a continuación sobre los fines debidos de ambas ciudades, a saber, la terrenal y la celestial; primero deben exponerse, en cuanto lo permite la razón de terminar esta obra, los argumentos de los mortales con los que intentaron hacerse para sí mismos la bienaventuranza en la infelicidad de esta vida, para que quede claro en qué se diferencia de sus cosas vanas nuestra esperanza, que Dios nos ha dado, y la cosa misma, esto es, la verdadera bienaventuranza que dará, no solo por la autoridad divina, sino aplicando también la razón, tal como la podemos aplicar por causa de los infieles. Pues sobre los fines de los bienes y de los males los filósofos han disputado mucho y de múltiples maneras entre sí: tratando esta cuestión con la máxima intención, intentaron encontrar qué es lo que hace al hombre dichoso. Pues aquello es el fin de nuestro bien, por causa de lo cual deben desearse las demás cosas, pero él mismo por sí mismo; y aquello el fin del mal, por causa de lo cual deben evitarse las demás cosas, pero él mismo por sí mismo. Llamamos ahora fin del bien, por tanto, no a aquello por lo que se consume para que no sea, sino a aquello por lo que se perfecciona para que sea pleno; y fin del mal, no a aquello por lo que deja de ser, sino hasta dónde conduce dañando. Estos fines son, por tanto, el sumo bien y el sumo mal. En encontrar estos, y en alcanzar el sumo bien en esta vida, y en evitar el sumo mal, trabajaron mucho, como dije, los que profesaron el estudio de la sabiduría en la vanidad de este siglo: y sin embargo, el límite de la naturaleza no les permitió, aunque errando de diversos modos, desviarse tanto del camino de la verdad que unos no pusieran los fines de los bienes y de los males en el alma, otros en el cuerpo, y otros en ambos.

Ex qua tripartita velut generalium distributione sectarum, Marcus Varro in libro de Philosophia tam multam dogmatum varietatem diligenter et subtiliter scrutatus advertit, ut ad ducentas octoginta octo sectas, non quae jam essent, sed quae esse possent, adhibens quasdam differentias, facillime perveniret.

2. Quod ut breviter ostendam, inde oportet incipiam, quod ipse advertit, et posuit in libro memorato: quatuor esse quaedam, quae homines sine magistro, sine ullo doctrinae adminiculo, sine industria vel arte vivendi, quae virtus dicitur, et procul dubio discitur, velut naturaliter appetunt; aut voluptatem, qua delectabiliter movetur corporis sensus; aut quietem, qua fit ut nullam molestiam quisque corporis patiatur; aut utramque, quam tamen uno nomine voluptatis Epicurus appellat; aut universaliter prima naturae, in quibus et haec sunt, et alia, vel in corpore, ut membrorum integritas, et salus atque incolumitas ejus; vel in animo, ut sunt ea quae vel parva, vel magna in hominum reperiuntur ingeniis. Haec igitur quatuor, id est, voluptas, quies, utrumque, prima naturae, ita sunt in nobis, ut vel virtus, quam postea doctrina inserit, propter haec appetenda sit, aut ista propter virtutem, aut utraque propter se ipsa: ac per hoc fiunt hinc duodecim sectae: per hanc enim rationem singulae triplicantur; quod cum in una demonstravero, difficile non erit id in caeteris invenire. Cum ergo voluptas corporis animi virtuti aut subditur, aut praefertur, aut jungitur, tripartita variatur diversitate sectarum. Subdur autem virtuti, quando in usum virtutis assumitur. Pertinet quippe ad virtutis officium, et vivere patriae, et propter patriam filios procreare: quorum neutrum fieri potest sine corporis voluptate. Nam sine illa nec cibus potusque sumitur, ut vivatur; nec concumbitur, ut generatio propagetur. Cum vero praefertur virtuti, ipsa appetitur propter se ipsam, virtus autem assumenda creditur propter illam, id est, ut nihil virtus agat, nisi ad consequendam vel conservandam corporis voluptatem: quae vita deformis est quidem, quippe ubi virtus servit dominae voluptati; quamvis nullo modo haec dicenda sit virtus: sed tamen etiam ista horribilis turpitudo quosdam philosophos patronos et defensores suos habuit. Virtuti porro voluptas jungitur, quando neutra earum propter alteram, sed propter se ipsas ambae appetuntur.

De esta distribución como tripartita de las sectas generales, Marco Varrón, en su libro sobre la Filosofía, habiendo escudriñado diligente y sutilmente tan gran variedad de dogmas, advirtió que podía llegar muy fácilmente a doscientas ochenta y ocho sectas, no que ya existieran, sino que pudieran existir, aplicando ciertas diferencias.

2. Para mostrar esto brevemente, conviene que comience por aquello que él mismo advirtió y puso en el mencionado libro: que hay cuatro cosas que los hombres, sin maestro, sin ningún apoyo de doctrina, sin industria o arte de vivir, que se llama virtud y sin duda se aprende, desean como naturalmente; o el placer, por el cual se mueve deleitablemente el sentido del cuerpo; o la quietud, por la cual sucede que nadie padezca ninguna molestia del cuerpo; o ambas cosas, que sin embargo Epicuro llama con el único nombre de placer; o universalmente las primicias de la naturaleza, en las cuales están estas y otras, o en el cuerpo, como la integridad de los miembros y su salud e incolumidad; o en el alma, como son aquellas cosas que, pequeñas o grandes, se encuentran en los ingenios de los hombres. Estas cuatro cosas, pues, esto es, placer, quietud, ambas, primicias de la naturaleza, están de tal modo en nosotros que o bien la virtud, que después inserta la doctrina, ha de ser deseada por causa de estas, o estas por causa de la virtud, o ambas por sí mismas: y por esto se originan de aquí doce sectas: pues por esta razón cada una se triplica; lo cual, una vez que lo haya demostrado en una, no será difícil encontrarlo en las demás. Cuando, pues, el placer del cuerpo o se somete a la virtud del alma, o se le antepone, o se le une, se varía por una tripartita diversidad de sectas. Se somete a la virtud cuando se asume para el uso de la virtud. Pertenece, en efecto, al oficio de la virtud tanto vivir para la patria como procrear hijos por causa de la patria: ninguna de las cuales cosas puede hacerse sin el placer del cuerpo. Pues sin él ni se toma comida ni bebida para vivir, ni hay cohabitación para que se propague la generación. Mas cuando se antepone a la virtud, él mismo es deseado por sí mismo, y se cree que la virtud debe ser asumida por causa de él, esto es, que la virtud nada haga sino para conseguir o conservar el placer del cuerpo: cuya vida es ciertamente deforme, puesto que en ella la virtud sirve a la señora placer; aunque de ningún modo debe llamarse a esto virtud: pero sin embargo, incluso esta horrible torpeza tuvo algunos filósofos como patronos y defensores suyos. Además, el placer se une a la virtud cuando ninguna de ellas se desea por causa de la otra, sino que ambas se desean por sí mismas.

Quapropter sicut voluptas vel subdita, vel praelata, vel juncta virtuti, tres sectas facit; ita quies, ita utrumque, ita prima naturae alias ternas inveniuntur efficere. Pro varietate quippe humanarum opinionum virtuti aliquando subduntur, aliquando praeferuntur, aliquando junguntur, ac sic ad duodenarium sectarum numerum pervenitur. Sed iste quoque numerus duplicatur adhibita una differentia, socialis videlicet vitae: quoniam quisquis sectatur aliquam istarum duodecim sectarum, profecto aut propter se tantum id agit, aut etiam propter socium, cui debet hoc velle quod sibi. Quocirca duodecim sunt eorum, qui propter se tantum unamquamque tenendam putant; et aliae duodecim eorum, qui non solum propter se sic vel sic philosophandum esse decernunt, sed etiam propter alios, quorum bonum appetunt sicut suum. Hae autem sectae viginti quatuor iterum geminantur, addita differentia ex Academicis novis, et fiunt quadraginta octo. Illarum quippe viginti quatuor unamquamque sectarum potest quisque sic tenere ac defendere ut certam, quemadmodum defenderunt Stoici, quod hominis bonum, quo beatus esset, in animi tantummodo virtute consisteret: potest alius ut incertam, sicut defenderunt Academici novi, quod eis etsi non certum, tamen verisimile videbatur. Viginti quatuor ergo fiunt per eos, qui eas velut certas propter veritatem, et aliae viginti quatuor per eos, qui easdem quamvis incertas propter verisimilitudinem sequendas putant. Rursus, quia unamquamque istarum quadraginta octo sectarum potest quisque sequi habitu caeterorum philosophorum, itemque potest alius habitu Cynicorum, ex hac etiam differentia duplicantur, et nonaginta sex fiunt. Deinde quia earum singulas quasque ita tueri homines possunt atque sectari, ut aut otiosam diligant vitam, sicut hi qui tantummodo studiis doctrinae vacare voluerunt atque valuerunt; aut negotiosam, sicut hi qui cum philosopharentur, tamen administratione reipublicae regendisque rebus humanis occupatissimi fuerunt; aut ex utroque genere temperatam, sicut hi qui partim erudito otio, partim necessario negotio, alternantia vitae suae tempora tribuerunt: propter has differentias potest etiam triplicari numerus iste sectarum, et ad ducentas octoginta octo perduci.

3. Haec de Varronis libro, quantum potui, breviter ac dilucide posui, sententias ejus meis explicans verbis. Quomodo autem refutatis caeteris unam eligat, quam vult esse Academicorum veterum, quos a Platone institutos usque ad Polemonem, qui ab illo quartus ejus scholam tenuit, quae Academia dicta est, habuisse certa dogmata vult videri; et ob hoc distinguit ab Academicis novis, quibus incerta sunt omnia, quod philosophiae genus ab Arcesila coepit successore Polemonis ; eamque sectam, id est veterum Academicorum, sicut dubitatione ita omni errore carere arbitretur, longum est per omnia demonstrare: nec tamen omni ex parte res omittenda est.

Por lo cual, así como el placer, ya sea sometido, antepuesto o unido a la virtud, hace tres sectas; así la quietud, así ambas, así las primicias de la naturaleza se encuentra que producen otras tres cada una. Pues según la variedad de las opiniones humanas, a veces se someten a la virtud, a veces se le anteponen, a veces se le unen, y así se llega al número duodenario de doce sectas. Pero este número también se duplica aplicando una diferencia, a saber, la de la vida social: puesto que quienquiera que sigue alguna de estas doce sectas, ciertamente o lo hace solo por sí mismo, o también por causa del socio, a quien debe querer esto mismo que para sí. Por lo cual, hay doce de aquellos que piensan que cada una debe ser tenida solo para sí; y otras doce de aquellos que decretan que debe filosofarse de tal o cual modo no solo por sí mismo, sino también por los demás, cuyo bien desean como el suyo propio. Estas veinticuatro sectas se duplican de nuevo, añadida la diferencia de los Nuevos Académicos, y resultan cuarenta y ocho. Pues cada una de aquellas veinticuatro sectas puede uno sostenerla y defenderla como cierta, al modo como la defendieron los estoicos, de que el bien del hombre, por el que fuera dichoso, consistía solo en la virtud del alma: otro puede tenerla como incierta, como la defendieron los Nuevos Académicos, porque les parecía que si no era cierto, era al menos verosímil. Veinticuatro, pues, resultan por los que las siguen como ciertas por causa de la verdad, y otras veinticuatro por los que piensan que las mismas deben seguirse, aunque inciertas, por causa de la verosimilitud. De nuevo, porque cada una de estas cuarenta y ocho sectas puede uno seguirla con el hábito de los demás filósofos, e igualmente puede otro seguirla con el hábito de los cínicos, por esta diferencia también se duplican y resultan noventa y seis. Luego, porque cada una de ellas pueden los hombres defenderlas y seguirlas de tal modo que o amen la vida ociosa, como estos que solo quisieron y pudieron vacar a los estudios de la doctrina; o la vida negociosa, como estos que, aunque filosofaban, sin embargo estuvieron ocupadísimos en la administración de la república y en regir los asuntos humanos; o templada de ambos géneros, como estos que atribuyeron tiempos alternos de su vida en parte al ocio erudito y en parte al negocio necesario: por estas diferencias puede también triplicarse este número de sectas, y elevarse a doscientas ochenta y ocho.

3. Estas cosas del libro de Varrón las he expuesto, en cuanto pude, breve y claramente, explicando sus sentencias con mis propias palabras. Pero de qué modo, refutadas las demás, elige una, que quiere que sea la de los antiguos Académicos, de quienes quiere que parezca que tuvieron dogmas ciertos desde que fueron instituidos por Platón hasta Polemón, que fue el cuarto desde aquel en ocupar su escuela, la cual fue llamada Academia; y por esto los distingue de los nuevos Académicos, para quienes todas las cosas son inciertas, cuyo género de filosofía comenzó con Arcesilao, sucesor de Polemón; y por qué considera que esa secta, es decir, la de los antiguos Académicos, carece de todo error así como de toda duda, sería largo de demostrar por entero: sin embargo, no debe omitirse el asunto en todas sus partes.

Removet ergo prius illas omnes differentias, quae numerum multiplicavere sectarum: quas ideo removendas putat, quia non in eis est finis boni. Neque enim existimat ullam philosophiae sectam esse dicendam, quae non eo distet a caeteris, quod diversos habeat fines bonorum et malorum. Quandoquidem nulla est homini causa philosophandi, nisi ut beatus sit: quod autem beatum facit, ipse est finis boni: nulla est igitur causa philosophandi, nisi finis boni: quamobrem quae nullum boni finem sectatur, nulla philosophiae secta dicenda est. Cum ergo quaeritur de sociali vita, utrum sit tenenda sapienti, ut summum bonum, quo fit homo beatus, ita velit et curet amici sui, quemadmodum suum, an suae tantummodo beatitudinis causa faciat quidquid facit; non de ipso summo bono quaestio est, sed de assumendo vel non assumendo socio ad hujus participationem boni, non propter se ipsum, sed propter eumdem socium, ut ejus bono ita gaudeat, sicut gaudet suo. Item cum quaeritur de Academicis novis, quibus incerta sunt omnia, utrum ita sint res habendae, in quibus philosophandum est, an, sicut aliis philosophis placuit certas eas habere debeamus; non quaeritur quid in boni fine sectandum sit, sed de ipsius boni veritate, quod sectandum videtur, utrum sit, necne, dubitandum: hoc est, ut id planius eloquar, utrum ita sectandum sit, ut qui sectatur, dicat esse verum; an ita, ut qui sectatur, dicat verum sibi videri, etiamsi forte sit falsum; tamen uterque sectetur unum atque idem bonum. In illa etiam differentia quae adhibetur ex habitu et consuetudine Cynicorum, non quaeritur quisnam sit finis boni, sed utrum in illo habitu et consuetudine sit vivendum ei, qui verum sectatur bonum, quodlibet ei verum videatur esse atque sectandum. Denique fuerunt, qui cum diversa sequerentur bona finalia, alii virtutem, alii voluptatem, eumdem tamen habitum et consuetudinem tenebant, ex qua Cynici appellabantur. Ita illud quidquid est, unde philosophi Cynici discernuntur a caeteris, ad eligendum ac tenendum bonum, quo beati fierent, utique nil valebat. Nam si aliquid ad hoc interesset, profecto idem habitus eumdem finem sequi cogeret, et diversus habitus eumdem sequi finem non sineret.

Caput II.

Quomodo, remotis omnibus differentiis, quae non sectae, sed quaestiones sunt, ad tripartitam summi boni definitionem Varro perveniat, quarum tamen una sit eligenda.

Elimina, pues, primero todas aquellas diferencias que multiplicaron el número de las sectas: las cuales piensa que deben eliminarse porque en ellas no está el fin del bien. Pues no estima que deba llamarse ninguna secta de filosofía aquella que no diste de las demás en que tenga diversos fines de bienes y de males. Puesto que no hay para el hombre ninguna causa de filosofar sino para ser feliz; y lo que le hace feliz es el mismo fin del bien: no hay, por tanto, ninguna causa de filosofar sino el fin del bien: por lo cual, la que no sigue ningún fin del bien, no debe llamarse secta de filosofía ninguna. Cuando, por tanto, se pregunta sobre la vida social, si debe ser mantenida por el sabio, de modo que quiera y cuide el sumo bien, por el cual el hombre se hace feliz, tanto para su amigo como para sí mismo, o si hace lo que hace solo por causa de su propia felicidad; no es la cuestión sobre el mismo sumo bien, sino sobre el asumir o no asumir un socio para la participación de este bien, no por sí mismo, sino por el mismo socio, para que goce de su bien así como goza del suyo propio. Igualmente, cuando se pregunta sobre los nuevos Académicos, para quienes todas las cosas son inciertas, si las cosas en las cuales se ha de filosofar deben tenerse así, o si, como plugo a otros filósofos, debemos tenerlas por ciertas; no se pregunta qué debe seguirse como fin del bien, sino sobre la verdad del bien mismo, que parece que debe seguirse, si se ha de dudar o no: esto es, para decirlo más claramente, si ha de seguirse de tal modo que quien lo sigue diga que es verdadero; o de tal modo que quien lo sigue diga que le parece verdadero, aunque por casualidad sea falso; sin embargo, ambos siguen uno y el mismo bien. En aquella diferencia también que se aplica del hábito y costumbre de los cínicos, no se pregunta cuál sea el fin del bien, sino si se ha de vivir en aquel hábito y costumbre por aquel que sigue el verdadero bien, sea cual sea el bien que le parezca verdadero y deba seguirse. Finalmente, hubo algunos que, aunque seguían diversos bienes finales, unos la virtud, otros el placer, mantenían sin embargo el mismo hábito y costumbre, por lo cual eran llamados cínicos. Así, aquello sea lo que sea, por lo que los filósofos cínicos se distinguen de los demás, para elegir y mantener el bien por el que se hicieran felices, ciertamente no valía nada. Porque si algo interesara para esto, seguramente el mismo hábito obligaría a seguir el mismo fin, y el hábito diverso no permitiría seguir el mismo fin.

Capítulo II.

Cómo, eliminadas todas las diferencias que no son sectas sino cuestiones, llega Varrón a la tripartita definición del sumo bien, de las cuales, sin embargo, una debe ser elegida.

In tribus quoque illis vitae generibus, uno scilicet non segniter, sed in contemplatione vel inquisitione veritatis otioso, altero in gerendis rebus humanis negotioso, tertio ex utroque genere temperato, cum quaeritur quid horum sit potius eligendum, non finis boni habet controversiam; sed quid horum trium difficultatem vel facilitatem afferat ad consequendum vel retinendum finem boni, id in ista quaestione versatur. Finis enim boni, cum ad eum quisque pervenerit, protinus beatum facit. In otio autem litterato, vel in negotio publico, vel quando utrumque vicibus agitur, non continuo quisque beatus est. Multi quippe in quolibet horum trium possunt vivere, et in appetendo boni fine quo fit homo beatus, errare. Alia est igitur quaestio de finibus bonorum et malorum, quae unamquamque philosophorum sectam facit: et aliae sunt quaestiones de sociali vita, de cunctatione Academicorum, de vestitu et victu Cynicorum, de tribus vitae generibus, otioso, actuoso, et ex utroque modificato; quarum nulla est, in qua de bonorum et malorum finibus disputatur. Proinde quoniam Marcus Varro has quatuor adhibens differentias, id est, ex vita sociali, ex Academicis novis, ex Cynicis, ex isto vitae genere tripartito ad sectas ducentas octoginta octo pervenit, et si quae aliae possunt similiter adjici; remotis eis omnibus, quoniam de sectando summo bono nullam inferunt quaestionem, et ideo sectae nec sunt, nec vocandae sunt, ad illas duodecim, in quibus quaeritur quid sit bonum hominis, quo assecuto fit beatus, ut ex eis unam veram, caeteras falsas ostendat esse, revertitur. Nam remoto illo tripartito genere vitae, duae partes hujus numeri detrahuntur, et sectae nonaginta sex remanent. Remota vero differentia ex Cynicis addita, ad dimidium rediguntur, et quadraginta octo fiunt. Auferamus etiam quod ex Academicis novis adhibitum est, rursus dimidia pars remanet, id est viginti quatuor. De sociali quoque vita quod accesserat, similiter auferatur, duodecim sunt reliquae, quas ista differentia, ut viginti quatuor fierent, duplicaverat. De his ergo duodecim nihil dici potest, cur sectae non sint habendae. Nihil quippe aliud in eis quaeritur, quam fines bonorum et malorum. Inventis autem bonorum finibus, profecto e contrario sunt malorum. Hae autem ut fiant duodecim sectae, illa quatuor triplicantur, voluptas, quies, utrumque, et prima naturae, quae primigenia Varro vocat . Haec quippe quatuor dum singillatim virtuti aliquando subduntur, ut non propter se ipsa, sed propter officium virtutis appetenda videantur, aliquando praeferuntur, ut non propter se ipsa, sed propter haec adipiscenda vel conservanda necessaria virtus putetur, aliquando jungitur, ut propter se ipsa et virtus, et ista appetenda credantur; quaternarium numerum triplum reddunt, et ad duodecim sectas perveniunt.

En aquellos tres géneros de vida también —uno a saber, no perezosamente, sino en la contemplación o investigación de la verdad, ocioso; el otro en la gestión de los asuntos humanos, negocioso; el tercero templado de ambos géneros— cuando se pregunta cuál de estos es preferible elegir, no tiene la controversia el fin del bien; sino qué de estos tres aporta dificultad o facilidad para conseguir o retener el fin del bien, es lo que se trata en esa cuestión. Porque el fin del bien, cuando alguien llega a él, al punto lo hace feliz. Pero en el ocio literario, o en el negocio público, o cuando ambos se ejercen por turnos, no cualquiera es feliz de continuo. Pues muchos, ciertamente, en cualquiera de estos tres pueden vivir, y errar en el apetecer el fin del bien por el cual el hombre se hace feliz. Otra es, por tanto, la cuestión sobre los fines de los bienes y de los males, que hace a cada una de las sectas de los filósofos; y otras son las cuestiones sobre la vida social, sobre la duda de los Académicos, sobre el vestido y alimento de los cínicos, sobre los tres géneros de vida: ocioso, activo y el modificado de ambos; en ninguna de las cuales se disputa sobre los fines de los bienes y de los males. Por lo cual, puesto que Marco Varrón, aplicando estas cuatro diferencias —esto es, de la vida social, de los nuevos Académicos, de los cínicos, de ese género de vida tripartito— llegó a doscientas ochenta y ocho sectas, y si algunas otras pueden añadirse de modo semejante; eliminadas todas ellas, puesto que no infieren ninguna cuestión sobre el seguimiento del sumo bien, y por eso ni son sectas ni deben llamarse tales, vuelve a aquellas doce en las que se pregunta cuál es el bien del hombre, el cual conseguido se hace feliz, para mostrar de entre ellas que una es verdadera y las demás falsas. Pues eliminado aquel género tripartito de vida, se quitan dos partes de este número, y quedan noventa y seis sectas. Pero eliminada la diferencia añadida de los cínicos, se reducen a la mitad y resultan cuarenta y ocho. Quitemos también lo que se aplicó de los nuevos Académicos, y de nuevo queda la mitad, esto es, veinticuatro. Sobre la vida social también, lo que se había añadido quítese de igual modo, y quedan las doce restantes, que esa diferencia había duplicado para que resultaran veinticuatro. Sobre estas doce, por tanto, nada puede decirse por qué no deban tenerse por sectas. Pues nada más se busca en ellas que los fines de los bienes y de los males. Encontrados, pues, los fines de los bienes, por el contrario están los de los males. Pero para que estas resulten doce sectas, aquellas cuatro se triplican: el placer, la quietud, ambos, y las primicias de la naturaleza, que Varrón llama primordiales. Pues estas cuatro, mientras unas veces se subordinan a la virtud individualmente, de modo que parezcan apetecibles no por sí mismas sino por el oficio de la virtud; otras veces se prefieren, de modo que la virtud se piense necesaria no por sí misma sino para conseguir o conservar estas; otras veces se unen, de modo que se crea que deben apetecerse por sí mismas tanto la virtud como estas; vuelven triple el número cuaternario, y llegan a doce sectas.

Ex illis autem quatuor rebus Varro tres tollit, voluptatem scilicet, et quietem, et utrumque: non quod eas improbet, sed quod primigenia illa naturae et voluptatem in se habeant, et quietem. Quid ergo opus est ex his duabus tria quaedam facere, duo scilicet, dum singillatim appetuntur voluptas aut quies, et tertium, cum ambae simul; quandoquidem prima naturae et ipsas, et praeter ipsas alia multa contineant? De tribus ergo sectis ei placet diligenter esse tractandum, quaenam sit potius eligenda. Non enim veram plus quam unam vera ratio esse permittit, sive in his tribus sit, sive alicubi alibi, quod post videbimus. Interim de his tribus quomodo unam Varro eligat, quantum breviter aperteque possumus, disseramus. Istae nempe tres sectae ita fiunt, cum vel prima naturae propter virtutem, vel virtus propter prima naturae, vel utraque, id est, et virtus et prima naturae, propter se ipsa sunt expetenda.

Caput III.

De tribus sectis summum hominis bonum quaerentibus, quam eligendam Varro definiat, sequens veteris Academiae, Antiocho auctore, sententiam.

1. Quid ergo istorum trium sit verum atque sectandum, isto modo persuadere conatur. Primum, quia summum bonum in philosophia non arboris, non pecoris, non dei, sed hominis quaeritur, quid sit ipse homo, quaerendum putat. Sentit quippe in ejus natura duo esse quaedam, corpus et animam: et horum quidem duorum melius esse animam longeque praestabilius omnino non dubitat; sed utrum anima sola sit homo, ut ita sit ei corpus tanquam equus equiti . Eques enim non homo et equus, sed solus homo est: ideo tamen eques dicitur, quod aliquo modo se habeat ad equum. An corpus solum sit homo, aliquo modo se habens ad animam, sicut poculum ad potionem: non enim calix et potio, quam continet calix, simul dicitur poculum, sed calix solus; ideo tamen quod potioni continendae sit accommodatus. An vero nec anima sola, nec solum corpus, sed simul utrumque sit homo, cujus pars sit una sive anima sive corpus, ille autem totus ex utroque constet, ut homo sit: sicut duos equos junctos bigas vocamus, quorum sive dexter, sive sinister, pars est bigarum, unum vero eorum quoquo modo se habeat ad alterum, bigas non dicimus, sed ambos simul. Horum autem trium hoc eligit tertium, hominemque nec animam solam, nec solum corpus, sed animam simul et corpus esse arbitratur. Proinde summum bonum hominis, quo fit beatus, ex utriusque rei bonis constare dicit, et animae scilicet et corporis. Ac per hoc prima illa naturae propter se ipsa existimat expetenda, ipsamque virtutem quam doctrina inserit velut artem vivendi, quae in animae bonis est excellentissimum bonum.

Pero de aquellas cuatro cosas, Varrón quita tres: a saber, el placer, y la quietud, y ambos; no porque los repruebe, sino porque aquellas cosas primordiales de la naturaleza tienen en sí tanto el placer como la quietud. ¿Qué necesidad hay, pues, de hacer de estas dos cosas tres ciertas —a saber, dos mientras se apetecen individualmente el placer o la quietud, y la tercera cuando ambos a la vez— puesto que las primicias de la naturaleza contienen tanto a ellas como, además de ellas, otras muchas cosas? Sobre tres sectas, por tanto, le place tratar diligentemente, cuál deba elegirse preferentemente. Pues la verdadera razón no permite que más de una sea verdadera, sea en estas tres o en alguna otra parte, lo cual veremos después. Mientras tanto, discutamos cómo Varrón elige una de estas tres, en cuanto podamos breve y claramente. Estas tres sectas, ciertamente, se forman así: cuando o las primicias de la naturaleza han de buscarse por causa de la virtud, o la virtud por causa de las primicias de la naturaleza, o ambas —esto es, tanto la virtud como las primicias de la naturaleza— por sí mismas.

Capítulo III.

De las tres sectas que buscan el sumo bien del hombre, cuál defina Varrón que debe elegirse, siguiendo la sentencia de la antigua Academia, por autoridad de Antíoco.

1. Cuál, pues, de estas tres sea verdadera y deba seguirse, intenta persuadirlo de este modo. Primero, porque el sumo bien en la filosofía no se busca para el árbol, ni para el ganado, ni para el dios, sino para el hombre, piensa que debe preguntarse qué sea el hombre mismo. Siente, por cierto, que en su naturaleza hay dos cosas, cuerpo y alma: y de estas dos no duda en absoluto que el alma es mejor y mucho más excelente; pero si el alma sola es el hombre, de modo que el cuerpo sea para ella como el caballo para el caballero. Pues el caballero no es el hombre y el caballo, sino el hombre solo: sin embargo, por eso se llama caballero, porque de algún modo se relaciona con el caballo. O si el cuerpo solo es el hombre, relacionándose de algún modo con el alma, como el vaso con la bebida: pues no se llama copa al cáliz y a la bebida que contiene el cáliz conjuntamente, sino al cáliz solo; sin embargo, por eso, porque está acomodado para contener la bebida. O si, por el contrario, ni el alma sola, ni solo el cuerpo, sino ambos a la vez son el hombre, de quien sea una parte o el alma o el cuerpo, pero aquel todo conste de ambos para que sea hombre: como a dos caballos unidos llamamos biga, de los cuales sea el derecho o el izquierdo es parte de la biga, pero a uno de ellos, de cualquier modo que se relacione con el otro, no lo llamamos biga, sino a ambos a la vez. Pero de estas tres elige esta tercera, y arbitra que el hombre no es ni el alma sola, ni solo el cuerpo, sino el alma y el cuerpo a la vez. Por tanto, dice que el sumo bien del hombre, por el cual se hace feliz, consta de los bienes de ambas cosas, a saber, del alma y del cuerpo. Y por esto estima que aquellas primicias de la naturaleza deben apetecerse por sí mismas, y la misma virtud, que la doctrina inserta como un arte de vivir, la cual es el bien más excelente en los bienes del alma.

Quapropter eadem virtus, id est ars agendae vitae, cum acceperit prima naturae, quae sine illa erant, sed tamen erant etiam quando eis doctrina adhuc deerat, omnia propter se ipsam appetit, simulque etiam se ipsam: omnibus que simul et se ipsa utitur, eo fine ut omnibus delectetur atque perfruatur, magis minusque, ut quaeque inter se majora atque minora sunt, tamen omnibus gaudens, et quaedam minora, si necessitas postulat, propter majora vel adipiscenda vel tenenda, contemnens. Omnium autem bonorum vel animi vel corporis, nihil sibi virtus omnino praeponit. Haec enim bene utitur et se ipsa, et caeteris, quae hominem faciunt beatum, bonis. Ubi vero ipsa non est, quamlibet multa sint bona, non bono ejus sunt , cujus sunt; ac per hoc jam nec ejus bona dicenda sunt, cui male utenti utilia esse non possunt. Haec ergo vita hominis, quae virtute et aliis animi et corporis bonis, sine quibus virtus esse non potest, fruitur, beata esse dicitur: si vero et aliis, sine quibus esse virtus potest, vel ullis, vel pluribus, beatior: si autem prorsus omnibus, ut nullum omnino bonum desit, vel animi vel corporis, beatissima. Non enim hoc est vita, quod virtus; quoniam non omnis vita, sed sapiens vita virtus est: et tamen qualiscumque vita sine ulla virtute potest esse; virtus vero sine ulla vita non potest esse. Hoc et de memoria dixerim atque ratione, et si quid aliud tale est in homine. Sunt enim haec et ante doctrinam, sine his autem non potest esse ulla doctrina: ac per hoc nec virtus, quae utique discitur. Bene autem currere, pulchrum esse corpore, viribus ingentibus praevalere, et caetera hujusmodi talia sunt, ut et virtus sine his esse possit, et ipsa sine virtute: bona sunt tamen; et secundum istos etiam ipsa propter se ipsam diligit virtus, utiturque illis et fruitur, sicut virtutem decet.

2. Hanc vitam beatam etiam socialem perhibent esse, quae amicorum bona propter se ipsa diligat sicut sua, eisque propter ipsos hoc velit quod sibi; sive in domo sint, sicut conjux et liberi et quicumque domestici; sive in loco, ubi domus ejus est, sicuti est urbs, ut sunt hi qui cives vocantur; sive in toto orbe, ut sunt gentes, quas ei societas humana conjungit; sive in ipso mundo, qui censetur nomine coeli et terrae, sicut esse dicunt deos, quos volunt amicos esse homini sapienti, quos nos familiarius Angelos dicimus.

Por lo cual, la misma virtud, esto es, el arte de dirigir la vida, cuando haya recibido las primicias de la naturaleza, que estaban sin ella, pero sin embargo estaban aun cuando todavía les faltaba la doctrina, apetece todas las cosas por sí misma, y a la vez también a sí misma: y usa de todas a la vez y de sí misma, con el fin de deleitarse y disfrutar de todas, más o menos, según sean cada una mayores o menores entre sí, gozando sin embargo de todas, y despreciando algunas menores, si la necesidad lo postula, por causa de conseguir o mantener las mayores. Pero de todos los bienes, sea del ánimo o del cuerpo, la virtud nada se antepone a sí misma en absoluto. Pues esta usa bien tanto de sí misma como de los demás bienes que hacen feliz al hombre. Pero donde ella misma no está, por muchos que sean los bienes, no son para bien de aquel de quien son; y por esto ya ni deben llamarse bienes de aquel a quien, usándolos mal, no le pueden ser útiles. Esta vida del hombre, por tanto, que disfruta de la virtud y de otros bienes del ánimo y del cuerpo, sin los cuales la virtud no puede ser, se dice que es feliz: pero si también de otros, sin los cuales puede ser la virtud, o algunos o muchos, más feliz: pero si por completo de todos, de modo que no falte ningún bien en absoluto, sea del ánimo o del cuerpo, felicísima. Pues no es lo mismo la vida que la virtud; puesto que no toda vida, sino la vida sabia es virtud: y sin embargo, una vida cualquiera puede ser sin ninguna virtud; pero la virtud no puede ser sin ninguna vida. Esto también diría de la memoria y de la razón, y si hay alguna otra cosa tal en el hombre. Pues estas están incluso antes de la doctrina, y sin estas no puede haber ninguna doctrina: y por esto tampoco la virtud, que ciertamente se aprende. Pero correr bien, ser hermoso de cuerpo, prevalecer con fuerzas ingentes, y otras cosas semejantes de este tipo son tales que la virtud puede estar sin ellas, y ellas sin la virtud: son bienes, sin embargo; y según estos también la misma virtud los ama por sí mismos, y los usa y disfruta de ellos, como conviene a la virtud.

2. También afirman que esta vida feliz es social, la cual ama los bienes de los amigos por sí mismos como los suyos propios, y quiere para ellos por causa de ellos mismos lo que para sí; ya estén en la casa, como el cónyuge y los hijos y cualesquiera domésticos; ya en el lugar donde está su casa, como es la ciudad, como son estos que se llaman ciudadanos; ya en todo el orbe, como son las gentes, a las cuales la sociedad humana le une; ya en el mismo mundo, que se define con el nombre de cielo y tierra, como dicen que son los dioses, a quienes quieren que sean amigos del hombre sabio, a quienes nosotros más familiarmente llamamos Ángeles.

De bonorum autem et e contrario malorum finibus negant ullo modo esse dubitandum, et hanc inter se et novos Academicos affirmant esse distantiam, nec eorum interest quidquam, sive cynico, sive alio quolibet habitu et victu in his finibus, quos veros putant, quisque philosophetur. Ex tribus porro illis vitae generibus, otioso, aetuoso, et quod ex utroque compositum est, hoc tertium sibi placere asseverant. Haec sensisse atque docuisse Academicos veteres, Varro asserit, auctore Antiocho, magistro Ciceronis et suo, quem sane Cicero in pluribus fuisse Stoicum, quam veterem Academicum vult videri . Sed quid ad nos, qui potius de rebus ipsis judicare debemus, quam pro magno de hominibus quid quisque senserit scire?

Caput IV.

De summo bono et summo malo quid Christiani sentiant contra philosophos, qui summum bonum in se sibi esse dixerunt.

1. Si ergo quaeratur a nobis, quid civitas Dei de his singulis interrogata respondeat, ac primum de finibus bonorum malorumque quid sentiat, respondebit aeternam vitam esse summum bonum, aeternam vero mortem summum malum: propter illam proinde adipiscendam, istamque vitandam, recte nobis esse vivendum. Propter quod scriptum est, Justus ex fide vivit (Habacuc II, 4; Galat. III, 11): quoniam neque bonum nostrum jam videmus, unde oportet ut credendo quaeramus; neque ipsum recte vivere nobis ex nobis est, nisi credentes adjuvet et orantes, qui et ipsam fidem dedit, qua nos ab illo adjuvandos esse credamus. Illi autem qui in ista vita fines bonorum et malorum esse putaverunt, sive in corpore, sive in animo, sive in utroque ponentes summum bonum; atque, ut id explicatius eloquar, sive in voluptate, sive in virtute, sive in utraque; sive in quiete, sive in virtute, sive in utraque; sive in voluptate simul et quiete, sive in virtute, sive in utrisque; sive in primis naturae, sive in virtute, sive in utrisque: hic beati esse, et a se ipsis beati fieri mira vanitate voluerunt. Irrisit hos Veritas per prophetam dicentem, Novit Dominus cogitationes hominum; vel, sicut hoc testimonium posuit apostolus Paulus, Dominus novit cogitationes sapientium, quoniam vanae sunt (Psal. XCIII, 11; I Cor. III, 20).

2. Quis enim sufficit, quantovis eloquentiae flumine, vitae hujus miserias explicare? Quam lamentatus est Cicero in Consolatione de morte filiae, sicut potuit: sed quantum est quod potuit? Ea quippe quae dicuntur prima naturae, quando, ubi, quomodo tam bene se habere in hac vita possunt, ut non sub incertis casibus fluctuent? Quis enim dolor contrarius voluptati, quae inquietudo contraria quieti, in corpus cadere sapientis non potest?

Pero sobre los fines de los bienes y por el contrario de los males, niegan que se deba dudar de ningún modo, y afirman que esta es la distancia entre ellos y los nuevos Académicos; ni les importa nada si cualquiera filosofa con el hábito y modo de vida cínico o con cualquier otro en estos fines que piensan que son verdaderos. Además, de aquellos tres géneros de vida, el ocioso, el activo y el que está compuesto de ambos, aseguran que este tercero les place. Varrón afirma que los antiguos Académicos sintieron y enseñaron estas cosas, por autoridad de Antíoco, maestro de Cicerón y suyo, a quien ciertamente Cicerón quiere que parezca haber sido en más cosas estoico que antiguo Académico. Pero, ¿qué nos importa a nosotros, que más bien debemos juzgar sobre las cosas mismas, que saber como gran cosa qué sintió cada cual sobre los hombres?

Capítulo IV.

Qué sienten los cristianos sobre el sumo bien y el sumo mal contra los filósofos, que dijeron que el sumo bien estaba en sí mismos para sí.

1. Si, por tanto, se nos preguntara qué respondería la Ciudad de Dios interrogada sobre cada una de estas cosas, y primero qué siente sobre los fines de los bienes y de los males, responderá que la vida eterna es el sumo bien, y la muerte eterna el sumo mal: que para alcanzar aquella y evitar esta, debemos vivir rectamente. Por lo cual está escrito: "El justo vive de la fe" (Hab. II, 4; Gál. III, 11): puesto que todavía no vemos nuestro bien, de donde conviene que lo busquemos creyendo; ni el mismo vivir rectamente es de nosotros para nosotros, a no ser que, creyendo y orando, nos ayude Aquel que dio la misma fe con la que creamos que debemos ser ayudados por Él. Pero aquellos que pensaron que los fines de los bienes y de los males estaban en esta vida, poniendo el sumo bien o en el cuerpo, o en el ánimo, o en ambos; y, para decirlo más explícitamente, o en el placer, o en la virtud, o en ambos; o en la quietud, o en la virtud, o en ambos; o en el placer y la quietud a la vez, o en la virtud, o en ambos; o en las primicias de la naturaleza, o en la virtud, o en ambos: estos quisieron con admirable vanidad ser felices aquí, y hacerse felices por sí mismos. A estos se les rió la Verdad por el profeta que dice: "Conoce el Señor los pensamientos de los hombres"; o, como puso este testimonio el apóstol Pablo: "El Señor conoce los pensamientos de los sabios, que son vanos" (Sal. XCIII, 11; I Cor. III, 20).

2. ¿Pues quién es suficiente, con cualquier río de elocuencia que sea, para explicar las miserias de esta vida? Las cuales lamentó Cicerón en la Consolación por la muerte de su hija, como pudo: pero, ¿cuánto es lo que pudo? Pues aquellas cosas que se llaman primicias de la naturaleza, ¿cuándo, dónde, cómo pueden estar tan bien en esta vida que no fluctúen bajo casos inciertos? ¿Qué dolor contrario al placer, qué inquietud contraria a la quietud, no puede caer en el cuerpo del sabio?

Membrorum certe amputatio vel debilitas hominis expugnat incolumitatem, deformitas pulchritudinem, imbecillitas sanitatem, vires lassitudo, mobilitatem torpor, aut tarditas: ecquid horum est, quod nequeat in carnem sapientis irruere? Status quoque corporis atque motus, cum decentes atque congruentes sunt, inter naturae prima numerantur: sed quid si aliqua mala valetudo membra tremore concutiat? quid si usque ad ponendas in terram manus dorsi spina curvetur, et hominem quodammodo quadrupedem faciat? nonne omnem statuendi corporis et movendi speciem decusque pervertet? Quid ipsius animi primigenia quae appellantur bona, ubi duo prima ponunt propter comprehensionem perceptionemque veritatis, sensum et intellectum? Sed qualis quantusque remanet sensus, si, ut alia taceam, fiat homo surdus et caecus? Ratio vero et intelligentia quo recedet, ubi sopietur, si aliquo morbo efficiatur insanus? Phrenetici multa absurda cum dicunt, vel faciunt, plerumque a bono suo proposito et moribus aliena, imo suo bono proposito moribusque contraria, sive illa cogitemus, sive videamus, si digne consideremus, lacrymas tenere vix possumus, aut forte nec possumus . Quid dicam de his, qui daemonum patiuntur incursus? ubi habent absconditam vel obrutam intelligentiam suam, quando secundum suam voluntatem et anima eorum et corpore malignus utitur spiritus? Et quis confidit hoc malum in hac vita evenire non posse sapienti? Deinde perceptio veritatis in hac carne qualis aut quanta est, quando, sicut legimus in veraci libro Sapientiae, Corpus corruptibile aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem (Sap. IX, 15)? Impetus porro vel actionis appetitus, si hoc modo recte latine appellatur ea quam Graeci vocant ὁρμήν, quia et ipsam primis naturae deputant bonis , nonne ipse est, quo geruntur etiam insanorum illi miserabiles motus, et facta quae horremus, quando pervertitur sensus ratioque sopitur?

3. Porro ipsa virtus, quae non est inter prima naturae, quoniam eis postea doctrina introducente supervenit, cum sibi bonorum culmen vindicet humanorum, quid hic agit nisi perpetua bella cum vitiis, nec exterioribus, sed interioribus; nec alienis, sed plane nostris et propriis; maxime illa, quae graece σωφροσύνη, latine temperantia nominatur, qua carnales frenantur libidines, ne in quaeque flagitia mentem consentientem trahant? Neque enim nullum est vitium, cum, sicut dicit Apostolus, Caro concupiscit adversus spiritum: cui vitio contraria virtus est, cum, sicut idem dicit, Spiritus concupiscit adversus carnem. Haec enim, inquit, invicem adversantur; ut non ea quae vultis faciatis (Galat. V, 17). Quid autem facere volumus, cum perfici volumus finem summi boni, nisi ut caro adversus spiritum non concupiscat, nec sit in nobis hoc vitium, contra quod spiritus concupiscat?

Ciertamente, la amputación o debilidad de los miembros expulsa la integridad, la deformidad la belleza, la imbecilidad la salud, el cansancio las fuerzas, el torpor o la tardanza la movilidad: ¿hay algo de esto que no pueda irrumpir en la carne del sabio? El estado también del cuerpo y el movimiento, cuando son decentes y congruentes, se cuentan entre las primicias de la naturaleza: pero, ¿qué si alguna mala salud sacude los miembros con un temblor? ¿qué si la espina del dorso se curva hasta poner las manos en la tierra, y hace al hombre en cierto modo cuadrúpedo? ¿no pervertirá toda la apariencia y decoro de la postura y movimiento del cuerpo? ¿Qué de los bienes primordiales del mismo ánimo que se llaman así, donde ponen los dos primeros por causa de la comprensión y percepción de la verdad, el sentido y el intelecto? Pero, ¿qué tal y qué tan grande permanece el sentido si, por callar lo demás, se vuelve el hombre sordo y ciego? La razón y la inteligencia, ¿adónde se retirarán, dónde se adormecerán, si por alguna enfermedad se vuelve insano? Los frenéticos, cuando dicen o hacen muchas cosas absurdas, la mayoría de las veces ajenas a su buen propósito y costumbres, más aún, contrarias a su propio buen propósito y costumbres, ya sea que pensemos en aquellas cosas o las veamos, si las consideramos dignamente, apenas podemos contener las lágrimas, o quizá no podemos. ¿Qué diré de estos que padecen las incursiones de los demonios? ¿dónde tienen escondida o sepultada su inteligencia, cuando el espíritu maligno usa según su voluntad tanto su alma como su cuerpo? ¿Y quién confía que este mal no puede suceder en esta vida al sabio? Luego, la percepción de la verdad en esta carne, ¿cuál o cuánta es, cuando, como leemos en el veraz libro de la Sabiduría: "El cuerpo corruptible agrava el alma, y la morada terrenal deprime el sentido que piensa muchas cosas" (Sab. IX, 15)? Además, el ímpetu o apetito de acción —si de este modo se llama rectamente en latín a lo que los griegos llaman hormē—, puesto que también lo computan entre los primeros bienes de la naturaleza, ¿no es él mismo con el que se realizan también aquellos miserables movimientos de los insanos, y hechos que horrorizamos, cuando se pervierte el sentido y se adormece la razón?

3. Además, la virtud misma, que no está entre las primicias de la naturaleza, puesto que sobreviene a ellas después por la introducción de la enseñanza, aunque reclama para sí la cumbre de los bienes humanos, ¿qué hace aquí sino guerras perpetuas con los vicios, no exteriores, sino interiores; no ajenos, sino plenamente nuestros y propios; sobre todo aquella que se llama en griego sōphrosynē y en latín temperancia, con la que se frenan las libidines carnales, para que no arrastren a la mente que consiente a cualesquiera flagicios? Pues no es ningún vicio cuando, como dice el Apóstol: "La carne codicia contra el espíritu" (Gál. V, 17): a cuyo vicio es contraria la virtud, cuando, como dice el mismo: "El espíritu codicia contra la carne". "Pues estas cosas —dice— se oponen entre sí; para que no hagáis lo que queréis" (Gál. V, 17). Pero, ¿qué queremos hacer, cuando queremos perfeccionar el fin del sumo bien, sino que la carne no codicie contra el espíritu, ni esté en nosotros este vicio contra el cual codicie el espíritu?

Quod in hac vita quamvis velimus, quoniam facere non valemus, id saltem in adjutorio Dei faciamus, ne carni concupiscenti adversus spiritum, spiritu succumbente cedamus, et ad perpetrandum peccatum nostra consensione pertrahamur. Absit ergo ut, quamdiu in hoc bello intestino sumus, jam nos beatitudinem, ad quam vincendo volumus pervenire, adeptos esse credamus. Et quis est usque adeo sapiens, ut contra libidines nullum habeat omnino conflictum?

4. Quid illa virtus, quae prudentia dicitur? nonne tota vigilantia sua bona discernit a malis, ut in illis appetendis istisque vitandis nullus error obrepat? Ac per hoc et ipsa nos in malis, vel mala in nobis esse testatur. Ipsa enim docet nos, malum esse ad peccandum consentire, bonumque esse ad peccandum non consentire libidini. Illud tamen malum, cui nos non consentire docet prudentia, facit temperantia, nec prudentia, nec temperantia tollit huic vitae. Quid justitia, cujus munus est sua cuique tribuere (unde fit in ipso homine quidam justus ordo naturae, ut anima subdatur Deo et animae caro, ac per hoc Deo et anima et caro), nonne demonstrat in eo se adhuc opere laborare potius, quam in hujus operis jam fine requiescere? Tanto quippe minus anima subditur Deo, quanto minus Deum in ipsis suis cogitationibus concipit; et tanto minus animae subditur caro, quanto magis adversus spiritum concupiscit. Quamdiu ergo nobis inest haec infirmitas, haec pestis, hic languor, quomodo nos jam salvos; et si nondum salvos, quomodo jam beatos illa finali beatitudine dicere audebimus? Jam vero illa virtus, cujus nomen est fortitudo, in quantacumque sapientia evidentissima testis est humanorum malorum, quae compellitur patientia tolerare. Quae mala Stoici philosophi miror qua fronte mala non esse contendant, quibus fatentur, si tanta fuerint, ut ea sapiens vel non possit, vel non debeat sustinere, cogi eum mortem sibimet inferre, atque ex hac vita emigrare. Tantus autem superbiae stupor est in his hominibus, hic se habere finem boni et a se ipsis fieri beatos putantibus; ut sapiens eorum, hoc est, qualem mirabili vanitate describunt, etiamsi excaecetur, obsurdescat, obmutescat, membris debilitetur, doloribus crucietur, et si quid aliud talium malorum dici aut cogitari potest, incidat in eum, quo sibi mortem cogatur inferre, hanc in his malis vitam constitutam, eos non pudeat beatam vocare. O vitam beatam, quae ut finiatur, mortis quaerit auxilium! Si beata est, maneatur in ea: si vero propter ista mala fugitur ab ea, quomodo est beata?

Lo cual, aunque lo queramos en esta vida, puesto que no somos capaces de hacerlo, hagamos al menos esto con la ayuda de Dios: que no cedamos sucumbiendo el espíritu a la carne que codicia contra el espíritu, y seamos arrastrados por nuestro consentimiento a perpetrar el pecado. Lejos esté, por tanto, que mientras estamos en esta guerra intestina, creamos que ya hemos alcanzado la bienaventuranza a la que queremos llegar venciendo. ¿Y quién es hasta tal punto sabio que no tenga conflicto alguno contra las libidines?

4. ¿Qué de aquella virtud que se llama prudencia? ¿Acaso no discierne con toda su vigilancia los bienes de los males, para que no se introduzca ningún error al desear aquellos y evitar estos? Y por esto ella misma testifica que nosotros estamos en medio de los males, o que los males están en nosotros. Pues ella misma nos enseña que es un mal consentir a la libido para pecar, y que es un bien no consentir a la libido para pecar. Sin embargo, aquel mal al que la prudencia nos enseña a no consentir, lo trata la temperancia, y ni la prudencia ni la temperancia lo quitan de esta vida. ¿Qué de la justicia, cuyo oficio es dar a cada uno lo suyo (de donde surge en el hombre mismo un cierto orden justo de la naturaleza, de modo que el alma se someta a Dios y la carne al alma, y por esto tanto el alma como la carne a Dios), acaso no demuestra que ella todavía trabaja en esa obra, más bien que descansar ya en el fin de esta obra? Pues tanto menos se somete el alma a Dios cuanto menos concibe a Dios en sus mismos pensamientos; y tanto menos se somete la carne al alma cuanto más codicia contra el espíritu. Mientras, por tanto, nos habite esta enfermedad, esta peste, este lánguido estado, ¿cómo nos atreveremos a decir que ya estamos salvos; y si aún no salvos, cómo ya bienaventurados con aquella bienaventuranza final? Ya verdaderamente aquella virtud cuyo nombre es fortaleza, en cualquier sabiduría que sea, es un testigo evidentísimo de los males humanos, que se ve compelida a tolerar con paciencia. Los cuales males me maravillo con qué frente los filósofos estoicos pretenden que no son males, ante los cuales confiesan que, si fueren tan grandes que el sabio o no pueda o no deba sostenerlos, sea compelido a inferirse la muerte a sí mismo y a emigrar de esta vida. Pero es tan grande el estupor de la soberbia en estos hombres, que piensan que tienen aquí el fin del bien y que se hacen bienaventurados por sí mismos; de modo que su sabio, esto es, tal como lo describen con admirable vanidad, aunque quede ciego, ensordezca, enmudezca, se debilite en sus miembros, sea atormentado por dolores, y si cualquier otro de tales males puede decirse o pensarse, incida en él, por lo cual sea compelido a inferirse la muerte a sí mismo, no se avergüenzan de llamar bienaventurada a esta vida constituida en estos males. ¡Oh vida bienaventurada, que para que se acabe, busca el auxilio de la muerte! Si bienaventurada es, permanézcase en ella: pero si por causa de estos males se huye de ella, ¿cómo es bienaventurada?

Aut quomodo ista non sunt mala, quae vincunt fortitudinis bonum, eamdemque fortitudinem non solum sibi cedere, verum etiam delirare compellunt, ut eamdem vitam et dicat beatam, et persuadeat esse fugiendam? Quis usque adeo caecus est, ut non videat quod, si beata esset, fugienda non esset? Sed si propter infirmitatis pondus, qua premitur, hanc fugiendam fatentur; quid igitur causae est, cur non etiam miseram fracta superbiae cervice fateantur? Utrum, obsecro, Cato ille patientia, an potius impatientia se peremit? Non enim hoc fecisset, nisi victoriam Caesaris impatienter tulisset. Ubi est fortitudo? Nempe cessit, nempe succubuit, nempe usque adeo superata est, ut vitam beatam derelinqueret, desereret, fugeret. An non erat jam beata? Misera ergo erat. Quomodo igitur mala non erant quae vitam miseram fugiendamque faciebant?

5. Quapropter etiam ipsi, qui mala ista esse confessi sunt, sicut Peripatetici, sicut veteres Academici, quorum sectam Varro defendit, tolerabilius quidem lequuntur: sed eorum quoque mirus est error, quod in his malis, etsi tam gravia sint, ut morte fugienda sint, ab ipso sibimet illata, qui haec patitur, vitam beatam tamen esse contendunt. Mala sunt, inquit, tormenta atque cruciatus corporis; et tanto sunt pejora, quanto potuerint esse majora; quibus ut careas, ex hac vita fugiendum est. Qua vita, obsecro? Hac, inquit, quae tantis aggravatur malis. Certe ergo beata est in eisdem ipsis malis, propter quae dicis esse fugiendam? An ideo beatam dicis, quia licet tibi ab his malis morte discedere? Quid si ergo in eis aliquo judicio divino tenereris, nec permittereris mori, nec unquam sine illis esse sinereris? Nempe tunc saltem miseram talem diceres vitam. Non igitur propterea misera non est, quia cito relinquitur: quandoquidem si sempiterna sit, etiam abs te ipso misera judicatur. Non itaque propterea, quoniam brevis est, nulla miseria debet videri; aut, quod est absurdius, quia brevis miseria est, ideo etiam beatitudo appellari. Magna vis est in eis malis, quae cogunt hominem, secundum ipsos etiam sapientem, sibimet auferre quod homo est: cum dicant, et verum dicant, hanc esse naturae primam quodammodo et maximam vocem, ut homo concilietur sibi, et propterea mortem naturaliter fugiat; ita sibi amicus, ut esse se animal, et in hac conjunctione corporis atque animae vivere velit, vehementerque appetat.

¿O cómo no son males estos que vencen el bien de la fortaleza, y compelen a la misma fortaleza no solo a ceder ante ellos, sino incluso a delirar, de modo que a la misma vida tanto la llame bienaventurada como persuada que debe ser huida? ¿Quién es hasta tal punto ciego que no vea que, si fuera bienaventurada, no debería ser huida? Pero si por el peso de la enfermedad con que es oprimida confiesan que esta debe ser huida, ¿qué causa hay, por tanto, para que no confiesen también que es miserable, rota la cerviz de su soberbia? ¿Acaso aquel Catón, os ruego, se quitó la vida con paciencia, o más bien con impaciencia? Pues no habría hecho esto si no hubiera llevado con impaciencia la victoria de César. ¿Dónde está la fortaleza? Ciertamente cedió, ciertamente sucumbió, ciertamente fue vencida hasta tal punto que abandonó, desertó, huyó de la vida bienaventurada. ¿O acaso ya no era bienaventurada? Era miserable, entonces. ¿Cómo, por tanto, no eran males los que hacían la vida miserable y digna de ser huida?

5. Por lo cual incluso ellos mismos, que han confesado que estas cosas son males, como los peripatéticos y los antiguos académicos, cuya secta defiende Varrón, hablan ciertamente de modo más tolerable: pero el error de ellos es también admirable, porque pretenden que en estos males, aunque sean tan graves que deban ser huidos mediante la muerte inferida por el mismo que los padece, la vida es, sin embargo, bienaventurada. "Son males —dice— los tormentos y crujicidios del cuerpo; y son tanto peores cuanto mayores pudieren ser; para carecer de los cuales se debe huir de esta vida". ¿De qué vida, os ruego? "De esta —dice— que se agrava con tan grandes males". ¿Ciertamente, pues, es bienaventurada en esos mismos males por causa de los cuales dices que debe ser huida? ¿O acaso por esto la llamas bienaventurada, porque te es lícito apartarte de estos males mediante la muerte? ¿Qué pasaría si en ellos fueras retenido por algún juicio divino, y ni se te permitiera morir, ni se te dejara estar nunca sin ellos? Ciertamente entonces al menos llamarías miserable a tal vida. No es, por tanto, no miserable por esto, porque se deje pronto: puesto que si fuera sempiterna, incluso por ti mismo sería juzgada miserable. No por eso, pues, porque sea breve, debe parecer ninguna miseria; o, lo que es más absurdo, porque sea breve la miseria, por eso también llamarse bienaventuranza. Grande es la fuerza en esos males que compelen al hombre —según ellos mismos incluso al sabio— a quitarse a sí mismo el ser hombre: cuando dicen, y dicen la verdad, que esta es en cierto modo la primera y máxima voz de la naturaleza: que el hombre se concilie consigo mismo, y por eso huya naturalmente de la muerte; de tal modo amigo de sí mismo, que quiera ser un ser viviente, y vivir en esta conjunción de cuerpo y alma, y lo desee vehementemente.

Magna vis est in eis malis, quibus iste naturae vincitur sensus, quo mors omni modo omnibus viribus conatibusque vitatur; et ita vincitur, ut quae vitabatur, optetur, appetatur, et, si non potuerit aliunde contingere, ab ipso homine sibimet inferatur. Magna vis est in eis malis, quae fortitudinem faciunt homicidam: si tamen adhuc dicenda est fortitudo, quae ita his malis vincitur, ut hominem, quem, sicut virtus, regendum tuendumque suscepit, non modo non possit per patientiam custodire, sed ipsa insuper cogatur occidere. Debet quidem etiam mortem sapiens ferre patienter, sed quae accidit aliunde: secundum istos autem si eam sibi ipse inferre compellitur, profecto fatendum est eis, non solum mala, sed intolerabilia etiam mala esse, quae hoc eum perpetrare compellunt. Vita igitur, quae istorum tam magnorum tamque gravium malorum aut premitur oneribus, aut subjacet casibus, nullo modo beata diceretur, si homines qui hoc dicunt, sicut victi malis ingravescentibus, cum sibi ingerunt mortem, cedunt infelicitati, ita victi certis rationibus, cum quaerunt beatam vitam, dignarentur cedere veritati, et non sibi putarent in ista mortalitate fine summi boni esse gaudendum; ubi virtutes ipsae, quibus hic certe nihil melius atque utilius in homine reperitur, quanto majora sunt adjutoria contra vim periculorum, laborum, dolorum, tanto fideliora testimonia miseriarum. Si enim verae virtutes sunt, quae nisi in eis, quibus vera inest pietas, esse non possunt; non se profitentur hoc posse ut nullas miserias patiantur homines, in quibus sunt: neque enim mendaces sunt verae virtutes, ut hoc profiteantur; sed ut vita humana, quae tot et tantis hujus saeculi malis esse cogitur misera, spe futuri saeculi sit beata, sicut et salva. Quomodo enim beata est, quae nondum salva est? Unde et apostolus Paulus non de hominibus imprudentibus, impatientibus, intemperantibus et iniquis, sed de his qui secundum veram pietatem viverent, et ideo virtutes quas haberent, veras haberent, ait, Spe enim salvi facti sumus. Spes autem quae videtur, non est spes: quod enim quis videt, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus (Rom. VIII, 24 et 25).

Grande es la fuerza en esos males con los que se vence ese sentido de la naturaleza, por el cual la muerte se evita de todos modos con todas las fuerzas y conatos; y de tal modo se vence, que lo que se evitaba se opte, se desee, y, si no pudiere suceder de otra parte, se infiera por el mismo hombre a sí mismo. Grande es la fuerza en esos males que hacen a la fortaleza homicida: si es que todavía ha de llamarse fortaleza la que de tal modo es vencida por estos males que al hombre, al que, como virtud, tomó para regir y proteger, no solo no puede custodiarlo mediante la paciencia, sino que ella misma además sea compelida a matarlo. Debe ciertamente incluso el sabio llevar la muerte pacientemente, pero la que sucede de otra parte: mas según estos, si él mismo se ve compelido a inferírsela a sí mismo, de seguro deben confesar que no solo son males, sino incluso males intolerables, los que le compelen a perpetrar esto. La vida, por tanto, que o es oprimida por las cargas de estos tan grandes y tan graves males, o está sujeta a sus casos, de ningún modo se llamaría bienaventurada si los hombres que dicen esto, así como vencidos por los males agravantes, cuando se infieren la muerte, ceden a la infelicidad, así vencidos por razones ciertas, cuando buscan la vida bienaventurada, se dignaran ceder a la verdad, y no pensaran que en esta mortalidad se debe gozar del fin del sumo bien; donde las virtudes mismas, de las cuales ciertamente nada mejor ni más útil se encuentra en el hombre aquí, cuanto mayores son los auxilios contra la fuerza de los peligros, trabajos y dolores, tanto más fieles testimonios son de las miserias. Pues si son verdaderas virtudes, que no pueden existir sino en aquellos en quienes habita la verdadera piedad; no profesan poder esto: que los hombres en quienes están no padezcan ninguna miseria; pues no son mentirosas las verdaderas virtudes para profesar esto; sino para que la vida humana, que por tantos y tan grandes males de este siglo se ve obligada a ser miserable, por la esperanza del siglo futuro sea bienaventurada, como también salva. ¿Pues cómo es bienaventurada la que aún no es salva? Por lo cual también el apóstol Pablo, no sobre hombres imprudentes, impacientes, intemperantes e inicuos, sino sobre estos que vivieran según la verdadera piedad, y por eso las virtudes que tuvieran las tuvieran verdaderas, dice: "Pues por la esperanza hemos sido salvados." Pero la esperanza que se ve, no es esperanza: pues lo que alguien ve, ¿qué espera? Pero si lo que no vemos esperamos, por la paciencia lo aguardamos (Rom. VIII, 24 y 25).

Sicut ergo spe salvi, ita spe beati facti sumus: et sicut salutem, ita beatitudinem, non jam tenemus praesentem, sed exspectamus futuram: et hoc per patientiam; quia in malis sumus, quae patienter tolerare debemus, donec ad illa veniamus bona ubi omnia erunt, quibus ineffabiliter delectemur; nihil erit autem, quod jam tolerare debeamus. Talis salus, quae in futuro erit saeculo, ipsa erit etiam finalis beatitudo. Quam beatitudinem isti philosophi, quoniam non videntes nolunt credere, hic sibi conantur falsissimam fabricare, quanto superbiore, tanto mendaciore virtute.

Caput V.

De sociali vita, quae cum maxime expetenda sit, multis offensionibus saepe subvertitur.

Quod autem socialem vitam volunt esse sapientis, nos multo amplius approbamus. Nam unde ista Dei civitas, de qua hujus operis ecce jam undevicesimum librum versamus in manibus, vel inchoaretur exortu, vel progrederetur excursu, vel apprehenderet debitos fines, si non esset socialis vita sanctorum? Sed in hujus mortalitatis aerumna quot et quantis abundet malis societas humana, quis enumerare valeat? quis aestimare sufficiat? Audiant apud comicos suos hominem cum sensu atque consensu omnium hominum dicere: Duxi uxorem, quam ibi miseriam vidi! Nati filii, Alia cura. (Terent Adelphorum actu 5, scen. 4, vers. 13, 14.) Quid itidem illa, quae in amore vitia commemorat idem Terentius, injuriae, suspiciones, inimicitiae, bellum, pax rursum (Eunuch. act. 1, scen I, v. 14-16): nonne res humanas ubique impleverunt? nonne et in amicorum honestis amoribus plerumque contingunt? nonne his usquequaque plenae sunt res humanae, ubi injurias, suspiciones, inimicitias, bellum, mala certa sentimus; pacem vero incertum bonum, quoniam corda eorum, cum quibus eam tenere volumus, ignoramus; et si nosse hodie possemus, qualia eras futura essent utique nesciremus? Qui porro inter se amiciores solent esse, vel debent, quam qui una etiam continentur domo? Et tamen quis inde securus est, cum tanta saepe mala ex eorum occultis insidiis exstiterint; tanto amariora, quanto pax dulcior fuit; quae vera putata est, cum astutissime fingeretur? Propter quod omnium pectora sic attingit, ut cogat in gemitum, quod ait Tullius: Nullae sunt occultiores insidiae, quam hae quae latent in simulatione officii, aut in aliquo necessitudinis nomine.

Así como, por tanto, hemos sido salvados por la esperanza, así hemos sido hechos bienaventurados por la esperanza: y así como la salud, así la bienaventuranza, no la tenemos ya presente, sino que la aguardamos futura: y esto "por la paciencia"; porque estamos en los males, que debemos tolerar pacientemente, hasta que vengamos a aquellos bienes donde estarán todas las cosas con las que nos deleitemos inefablemente; y no habrá nada que ya debamos tolerar. Tal salud, que estará en el siglo futuro, esa misma será también la bienaventuranza final. La cual bienaventuranza estos filósofos, puesto que no viéndola no quieren creerla, intentan fabricarse aquí una falsísima, con una virtud tanto más soberbia cuanto más mentirosa.

Capítulo V.

Sobre la vida social, la cual, aunque sea máximamente deseable, a menudo es subvertida por muchas ofensas.

Que quieran que la vida del sabio sea social, nosotros lo aprobamos mucho más ampliamente. Pues, ¿de dónde esta ciudad de Dios, de la que he aquí que ya tratamos el decimonoveno libro de esta obra entre las manos, o comenzaría por su origen, o progresaría por su curso, o aprehendería sus debidos fines, si no fuera social la vida de los santos? Pero en la penuria de esta mortalidad, ¿quién podrá enumerar con cuántos y cuán grandes males abunda la sociedad humana? ¿quién será suficiente para estimarlos? Oigan en sus comediantes a un hombre decir con el sentido y el consenso de todos los hombres: "Tomé esposa, ¡qué miseria vi allí! Nacieron hijos, Otra preocupación". (Terencio, Adelph. acto 5, esc. 4). ¿Qué asimismo de aquellos vicios que el mismo Terencio conmemora en el amor: "injurias, sospechas, enemistades, guerra, paz de nuevo" (Eunuch. acto 1, esc. 1): acaso no han llenado por todas partes las cosas humanas? ¿acaso no ocurren la mayoría de las veces incluso en los honestos amores de los amigos? ¿acaso no están de esto por doquier llenas las cosas humanas, donde sentimos injurias, sospechas, enemistades, guerra, como males ciertos; pero la paz como un bien incierto, puesto que ignoramos los corazones de aquellos con quienes queremos mantenerla; y si pudiéramos conocer hoy de qué clase fuesen, mañana de seguro no sabríamos de qué clase serían? ¿Quiénes, además, suelen ser más amigos entre sí, o deben serlo, que aquellos que incluso están contenidos en una sola casa? Y sin embargo, ¿quién está allí seguro, cuando tantos males a menudo han surgido de sus ocultas insidias; tanto más amargos cuanto más dulce fue la paz, que se pensó verdadera cuando era astutísimamente fingida? Por lo cual a los pechos de todos llega de tal modo que obliga al gemido lo que dice Tulio: "No hay insidias más ocultas que estas que se esconden en la simulación del oficio, o en algún nombre de necesidad.

Nam eum qui palam est adversarius, facile cavendo vitare possis: hoc vero occultum, intestinum ac domesticum malum non solum existit, verum etiam opprimit, antequam prospicere atque explorare potueris (Cicer. in Verrem act. 2, lib. 1, cap. 15). Propter quod etiam divina vox illa, Et inimici hominis, domestici ejus (Matth. X, 36), cum magno dolore cordis auditur: quia etsi quisque tam fortis sit, ut aequo animo perferat; vel tam vigilans, ut provido consilio caveat, quae adversus eum molitur amicitia simulata: eorum tamen hominum perfidorum malo, cum eos esse pessimos experitur, si ipse bonus est, graviter excrucietur necesse est; sive semper mali fuerint, et se bonos finxerint, sive in istam malitiam ex bonitate mutati sint. Si ergo domus commune perfugium in his malis humani generis tuta non est, quid civitas, quae quanto major est, tanto forum ejus litibus et civilibus et criminalibus plenius, etiamsi quiescant, non solum turbulentae, verum saepius et cruentae seditiones, ac bella civilia, a quorum eventis sunt aliquando liberae civitates, a periculis nunquam?

Caput VI.

De errore humanorum judiciorum, cum veritas latet.

Quid ipsa judicia hominum de hominibus, quae civitatibus in quantalibet pace manentibus deesse non possunt, qualia putamus esse, quam misera, quam dolenda? quandoquidem hi judicant, qui conscientias eorum, de quibus judicant, cernere nequeunt. Unde saepe coguntur tormentis innocentium testium ad alienam causam pertinentem quaerere veritatem. Quid cum in sua causa quisque torquetur; et cum quaeritur utrum sit nocens, cruciatur, et innocens luit pro incerto scelere certissimas poenas; non quia illud commisisse detegitur, sed quia non commisisse nescitur? Ac per hoc ignorantia judicis plerumque est calamitas innocentis. Et quod est intolerabilius, magisque plangendum, rigandumque, si fieri possit, fontibus lacrymarum; cum propterea judex torqueat accusatum, ne occidat nesciens innocentem, fit per ignorantiae miseriam, ut et tortum et innocentem occidat, quem ne innocentem occideret torserat. Si enim secundum istorum sapientiam delegerit ex hac vita fugere, quam diutius illa sustinere tormenta; quod non commisit, commisisse se dicit. Quo damnato et occiso, utrum nocentem an innocentem judex occiderit, adhuc nescit, quem ne innocentem nesciens occideret torsit: ac per hoc innocentem et ut sciret torsit, et dum nesciret occidit. In his tenebris vitae socialis, sedebit judex ille sapiens, an non sedebit? Sedebit plane. Constringit enim eum, et ad hoc officium pertrahit humana societas, quam deserere nefas ducit.

Pues a aquel que es abiertamente adversario, fácilmente podrías evitarlo precaviéndote: mas este mal oculto, intestino y doméstico, no solo existe, sino que incluso oprime antes de que hayas podido preverlo y explorarlo" (Cicerón, in Verrem acto 2, lib. 1). Por lo cual también aquella divina voz: "Y los enemigos del hombre, los de su propia casa" (Mat. X, 36), se escucha con gran dolor de corazón: porque aunque alguien sea tan fuerte que lo lleve con ánimo ecuánime; o tan vigilante que con providente consejo precava lo que contra él maquina la amistad simulada: sin embargo, por el mal de ese hombre pérfido, cuando experimenta que son pésimos, si él mismo es bueno, es necesario que se atormente gravemente; ya sea que siempre hayan sido malos y se hayan fingido buenos, o que hayan sido cambiados a esa malicia desde la bondad. Si, por tanto, la casa, común refugio en estos males del género humano, no es segura, ¿qué de la ciudad, la cual cuanto mayor es, tanto más lleno está su foro de pleitos tanto civiles como criminales, aunque callen no solo las turbulentas, sino más a menudo incluso las sangrientas sediciones y guerras civiles, de cuyos eventos están a veces libres las ciudades, pero de los peligros nunca?

Capítulo VI.

Sobre el error de los juicios humanos, cuando la verdad está oculta.

¿Qué pensamos de los mismos juicios de los hombres sobre los hombres, los cuales no pueden faltar en las ciudades que permanecen en cualquier paz que sea, de qué clase son, cuán miserables, cuán lamentables? Puesto que juzgan estos que no pueden ver las conciencias de aquellos sobre quienes juzgan. Por lo cual a menudo se ven compelidos a buscar la verdad mediante los tormentos de testigos inocentes pertenecientes a una causa ajena. ¿Qué cuando cada uno es atormentado en su propia causa; y cuando se busca si es culpable, es torturado, y siendo inocente padece penas ciertísimas por un crimen incierto; no porque se descubre que cometió aquello, sino porque se ignora que no lo cometió? Y por esto la ignorancia del juez es la mayoría de las veces la calamidad del inocente. Y lo que es más intolerable, y más digno de ser llorado, y de ser regado, si fuera posible, con fuentes de lágrimas: cuando por eso el juez tortura al acusado, para no matar ignorando al inocente, sucede por la miseria de la ignorancia que mate tanto al torturado como al inocente, a quien había torturado para no matarlo siendo inocente. Pues si, según la sabiduría de estos, prefiriera huir de esta vida que sostener por más tiempo aquellos tormentos, dice que cometió lo que no cometió. Condenado y muerto el cual, todavía no sabe el juez si mató a un culpable o a un inocente, a quien torturó para no matarlo siendo inocente sin saberlo: y por esto tanto lo torturó para saberlo, como lo mató mientras lo ignoraba. En estas tinieblas de la vida social, ¿se sentará aquel juez sabio, o no se sentará? Se sentará claramente. Pues lo constriñe y lo arrastra a este oficio la sociedad humana, la cual juzga que es nefasto desertar.

Hoc enim nefas esse non ducit, quod testes innocentes in causis torquentur alienis: quod hi qui arguuntur, vi doloris plerumque superati, et de se falsa confessi, etiam puniuntur innocentes, cum jam torti fuerint innocentes: quod etsi non morte puniantur, in ipsis vel ex ipsis tormentis plerumque moriuntur: quod aliquando et ipsi qui arguunt, humanae societati fortasse, ne crimina impunita sint, prodesse cupientes, et mentientibus testibus, reoque ipso contra tormenta durante immaniter, nec fatente, probare quod objiciunt non valentes, quamvis vera objecerint, a judice nesciente damnantur. Haec tot et tanta mala non deputat esse peccata: non enim haec facit sapiens judex nocendi voluntate, sed necessitate nesciendi; et tamen quia cogit humana societas, necessitate etiam judicandi. Haec est ergo quam dicimus, miseria certe hominis, etsi non malitia sapientis. An vero necessitate nesciendi atque judicandi torquet insontes, punit insontes, et parum est illi quod non est reus, si non sit insuper et beatus? Quanto consideratius et homine dignius agnoscit in ista necessitate miseriam, eamque in se odit; et, si pie sapit, clamat ad Deum, De necessitatibus meis erue me (Psal. XXIV, 17)?

Caput VII.

De diversitate linguarum, qua societas hominum dirimitur; et de miseria bellorum, etiam quae justa dicuntur.

Post civitatem vel urbem sequitur orbis terrae, in quo tertium gradum ponunt societatis humanae, incipientes a domo, atque inde ad urbem, deinde ad orbem progrediendo venientes: qui utique, sicut aquarum congeries, quanto major est, tanto periculis plenior. In quo primum linguarum diversitas hominem alienat ab homine. Nam si duo sibimet invicem fiant obviam, neque praeterire, sed simul esse aliqua necessitate cogantur, quorum neuter norit linguam alterius; facilius sibi animalia muta, etiam diversi generis, quam illi, cum sint homines ambo, sociantur. Quando enim quae sentiunt, inter se communicare non possunt, propter solam linguae diversitatem, nihil prodest ad consociandos homines tanta similitudo naturae: ita ut libentius homo sit cum cane suo, quam cum homine alieno. At enim opera data est, ut imperiosa civitas non solum jugum, verum etiam linguam suam domitis gentibus per pacem societatis imponeret; per quam non deesset, imo et abundaret etiam interpretum copia. Verum est: sed hoc quam multis et quam grandibus bellis, quanta strage hominum, quanta effusione humani sanguinis comparatum est?

Pues no juzga que sea nefasto que los testigos inocentes sean torturados en causas ajenas; que estos que son acusados, vencidos la mayoría de las veces por la fuerza del dolor, y habiendo confesado cosas falsas sobre sí mismos, sean incluso castigados siendo inocentes, cuando ya hubieran sido torturados siendo inocentes; que aunque no sean castigados con la muerte, la mayoría de las veces mueran en los mismos o por los mismos tormentos; que a veces incluso estos mismos que acusan, deseando tal vez ser útiles a la sociedad humana para que los crímenes no queden impunes, y mintiendo los testigos, y durando el mismo reo inmensamente contra los tormentos y no confesando, no pudiendo probar lo que objetan, aunque hayan objetado cosas verdaderas, sean condenados por el juez que lo ignora. Estos tantos y tan grandes males no los computa como pecados: pues no hace esto el juez sabio con voluntad de dañar, sino por la necesidad de ignorar; y sin embargo, porque la sociedad humana lo compele, también por la necesidad de juzgar. Esta es, por tanto, la que decimos miseria ciertamente del hombre, aunque no malicia del sabio. ¿O acaso por la necesidad de ignorar y de juzgar tortura a los inocentes, castiga a los inocentes, y le parece poco que no sea reo, si no fuera además también bienaventurado? ¡Cuánto más consideradamente y más dignamente de un hombre reconoce en esa necesidad la miseria, y la odia en sí mismo; y, si es piadosamente sabio, clama a Dios: "De mis necesidades líbrame" (Sal. XXIV, 17)!

Capítulo VII.

Sobre la diversidad de lenguas, por la cual la sociedad de los hombres se divide; y sobre la miseria de las guerras, incluso de aquellas que se llaman justas.

Después de la ciudad o pueblo sigue el orbe de la tierra, en el cual ponen el tercer grado de la sociedad humana, comenzando desde la casa, y viniendo de allí a la ciudad, después progresando hasta el orbe: el cual ciertamente, como una masa de aguas, cuanto mayor es, tanto más lleno de peligros. En el cual primero la diversidad de lenguas enajena al hombre del hombre. Pues si dos se encuentran recíprocamente, y se ven compelidos por alguna necesidad no a pasar de largo sino a estar juntos, ninguno de los cuales conozca la lengua del otro; más fácilmente se asocian entre sí los animales mudos, incluso de diverso género, que ellos, aun siendo ambos hombres. Pues cuando no pueden comunicar entre sí lo que sienten, por la sola diversidad de la lengua, nada aprovecha para asociar a los hombres tan grande similitud de naturaleza: de modo que más gustosamente está un hombre con su perro que con un hombre extraño. Pero ciertamente se puso empeño para que la ciudad imperiosa impusiera no solo el yugo, sino incluso su lengua a las naciones domadas por la paz de la sociedad; por la cual no faltara, antes bien abundara incluso la copia de intérpretes. Es verdad: pero ¿con cuántas y con cuán grandes guerras, con cuánta matanza de hombres, con cuánta efusión de sangre humana se consiguió esto?

Quibus transactis, non est tamen eorumdem malorum finita miseria. Quamvis enim non defuerint, neque desint hostes exterae nationes, contra quas semper bella gesta sunt, et geruntur: tamen etiam ipsa imperii latitudo peperit pejoris generis bella, socialia scilicet et civilia; quibus miserabilius quatitur genus humanum, sive cum belligeratur, ut aliquando conquiescant; sive cum timetur, ne rursus exsurgant. Quorum malorum multas et multiplices clades, duras et diras necessitates, si ut dignum est eloqui velim, quanquam nequaquam sicut res postulat possim; quis erit prolixae disputationis modus? Sed sapiens, inquiunt, justa bella gesturus est. Quasi non, si se hominem meminit, multo magis dolebit justorum necessitatem sibi exstitisse bellorum; quia nisi justa essent, ei gerenda non essent, ac per hoc sapienti nulla bella essent. Iniquitas enim partis adversae justa bella ingerit gerenda sapienti: quae iniquitas utique homini est dolenda, quia hominum est, etsi nulla ex ea bellandi necessitas nasceretur. Haec itaque mala tam magna, tam horrenda, tam saeva, quisquis cum dolore considerat, miseriam fateatur. Quisquis autem vel patitur ea sine animi dolore, vel cogitat, multo utique miserius ideo se putat beatum, quia et humanum perdidit sensum.

Caput VIII.

Quod amicitia bonorum secura esse non possit, dum a periculis quae in hac vita sunt, trepidari necesse sit.

Si autem non contingat quaedam ignorantia similis dementiae, quae tamen in hujus vitae misera conditione saepe contingit, ut credatur vel amicus esse qui inimicus est, vel inimicus qui amicus est; quid nos consolatur in hac humana societate erroribus aerumnisque plenissima, nisi fides non ficta, et mutua dilectio verorum et bonorum amicorum? Quos quanto plures et in locis pluribus habemus, tanto longius latiusque metuimus, ne quid eis contingat mali de tantis malorum aggeribus hujus saeculi. Non enim tantummodo solliciti sumus, ne fame, ne bellis, ne morbis, ne captivitatibus affligantur, ne in eadem servitute talia patiantur, qualia nec cogitare sufficimus: verum etiam, ubi timor est multo amarior, ne in perfidiam, malitiam nequitiamque mutentur. Et quando ista contingunt (tanto utique plura, quanto illi sunt plures, et in pluribus locis) et in nostram notitiam perferuntur, quibus cor nostrum flagris uratur, quis potest, nisi qui talia sentit, advertere? Mortuos quippe audire mallemus: quamvis et hoc sine dolore non possimus audire.

Pasadas las cuales, no se acabó sin embargo la miseria de esos mismos males. Pues aunque no hayan faltado ni falten enemigos en las naciones extrañas, contra las cuales siempre se han gestado y se gestan guerras: sin embargo, también la misma latitud del imperio parió guerras de peor género, a saber, sociales y civiles; por las cuales es sacudido más miserablemente el género humano, ya sea cuando se guerrea para que alguna vez descansen, ya sea cuando se teme que de nuevo surjan. De cuyos males las muchas y múltiples calamidades, las duras y diras necesidades, si quisiera expresarlas como es digno, aunque de ningún modo podría como la realidad lo postula; ¿cuál será el límite de una prolija disputa? Pero el sabio, dicen, ha de gestar guerras justas. Como si, si se recuerda hombre, no le dolerá mucho más que le haya surgido la necesidad de guerras justas; porque si no fueran justas, no deberían ser gestadas por él, y por esto no habría ninguna guerra para el sabio. Pues la iniquidad de la parte adversa impone guerras justas para ser gestadas por el sabio: la cual iniquidad ciertamente ha de ser dolida por el hombre, porque es de hombres, aunque ninguna necesidad de guerrear naciera de ella. Así pues, estos males tan grandes, tan horrendos, tan saevos, quienquiera que los considera con dolor, confiese la miseria. Pero quienquiera que o los padece sin dolor de ánimo, o los piensa, mucho más miserablemente por eso se piensa bienaventurado, porque también perdió el sentido humano.

Capítulo VIII.

Que la amistad de los buenos no puede ser segura, mientras sea necesario temblar por los peligros que hay en esta vida.

Mas si no sucede una cierta ignorancia semejante a la demencia, la cual sin embargo sucede a menudo en la miserable condición de esta vida, de modo que se crea o que es amigo el que es enemigo, o enemigo el que es amigo; ¿qué nos consuela en esta sociedad humana, llenísima de errores y penurias, sino la fe no fingida y el mutuo afecto de los verdaderos y buenos amigos? A los cuales, cuantos más tenemos y en más lugares, tanto más larga y ampliamente tememos que les suceda algo malo de los tan grandes montones de males de este siglo. Pues no solo estamos solícitos de que no sean afligidos por el hambre, por las guerras, por las enfermedades, por los cautiverios, de que en esa misma servidumbre no padezcan tales cosas cuales ni siquiera somos suficientes para pensar: sino también, donde el temor es mucho más amargo, de que no sean cambiados a la perfidia, a la malicia y a la iniquidad. Y cuando estas cosas suceden (tantas más ciertamente cuanto ellos son más, y en más lugares) y llegan a nuestra noticia, ¿con qué azotes se quema nuestro corazón, quién puede, sino el que siente tales cosas, advertirlo? Por cierto, preferiríamos oír que han muerto: aunque tampoco esto podamos oírlo sin dolor.

Quorum enim nos vita propter amicitiae solatia delectabat, unde fieri potest ut eorum mors nullam nobis ingerat moestitudinem? Quam qui prohibet, prohibeat, si potest, amica colloquia, interdicat amicalem vel intercidat affectum, omnium humanarum necessitudinum vincula mentis immiti stupore disrumpat; aut sic eis utendum censeat, ut nulla ex eis animum dulcedo perfundat. Quod si fieri nullo modo potest, etiam hoc quo pacto futurum est, ut ejus nobis amara mors non sit, cujus dulcis est vita? Hinc est enim et luctus, quoddam non inhumani cordis quasi vulnus, aut ulcus, cui sanando adhibentur officiosae consolationes. Non enim propterea non est quod sanetur, quoniam quanto est animus melior, tanto in eo citius faciliusque sanatur. Cum igitur etiam de charissimorum mortibus, maxime quorum sunt humanae societati officia necessaria, nunc mitius, nunc asperius affligatur vita mortalium; mortuos tamen eos, quos diligimus, quam vel a fide, vel a bonis moribus lapsos, hoc est, in ipsa anima mortuos audire seu videre mallemus: qua ingenti materia malorum plena est terra; propter quod scriptum est, Numquid non tentatio est vita humana super terram (Job VII, 1)? Et propter quod ipse Dominus ait, Vae mundo ab scandalis (Matth. XVIII, 7): et iterum, Quoniam abundavit, inquit, iniquitas, refrigescet charitas multorum (Id. XXIV, 12). Ex quo fit, ut bonis amicis mortuis gratulemur, et cum mors eorum nos contristet, ipsa nos certius consoletur: quoniam malis caruerunt, quibus in hac vita etiam boni homines vel conteruntur, vel depravantur, vel in utroque periclitantur.

CAPUT IX.---De amicitia sanctorum Angelorum, quae homini in hoc mundo non potest esse manifesta, propter fallaciam daemonum, in quos inciderunt qui multos sibi deos colendos putarunt.

In societate vero sanctorum Angelorum, quam philosophi illi, qui nobis deos amicos esse voluerunt, quarto constituerunt loco, velut ad mundum venientes ab orbe terrarum, ut sic quodammodo complecterentur et coelum; nullo modo quidem metuimus, ne tales amici vel morte nos sua, vel depravatione contristent. Sed quia nobis non ea qua homines familiaritate miscentur (quod etiam ipsum ad aerumnas hujus pertinet vitae) et aliquando satanas, sicut legimus transfigurat se velut angelum lucis (II Cor. XI, 14), ad tentandos eos quos ita vel erudiri opus est, vel decipi justum est; magna Dei misericordia necessaria est, ne quisquam, cum bonos Angelos amicos se habere putat, habeat malos daemones amicos fictos, eosque tanto nocentiores, quanto astutiores ac fallaciores patiatur inimicos.

Pues de aquellos cuya vida nos deleitaba por los consuelos de la amistad, ¿de dónde puede ser que su muerte no nos infiera ninguna tristeza? Quien prohíba esto, prohíba, si puede, los coloquios amistosos, interdigua o corte el afecto amistoso, rompa los vínculos de todas las necesidades humanas con un cruel estupor de la mente; o juzgue que se debe usar de ellos de tal modo que ninguna dulzura inunde el ánimo por ellos. Lo cual si de ningún modo puede hacerse, ¿de qué modo también sucederá que no sea para nosotros amarga la muerte de aquel cuya vida es dulce? Pues de aquí es también el luto, una cierta como herida o úlcera de un corazón no inhumano, para cuya sanación se aplican los oficiosos consuelos. Pues no por eso deja de haber algo que sanar, porque cuanto mejor es el ánimo, tanto más pronto y fácilmente se sana en él. Cuando, por tanto, incluso por las muertes de los más caros, sobre todo de aquellos cuyos oficios son necesarios para la sociedad humana, ahora más suave, ahora más ásperamente se aflige la vida de los mortales; sin embargo, preferiríamos oír o ver muertos a aquellos que amamos, que caídos o de la fe o de las buenas costumbres, esto es, muertos en la misma alma: de cuya ingente materia de males está llena la tierra; por lo cual está escrito: "¿Acaso no es una tentación la vida humana sobre la tierra?" (Job VII, 1). Y por lo cual el mismo Señor dice: "¡Ay del mundo por los escándalos!" (Mat. XVIII, 7): y otra vez: "Porque abundó —dice— la iniquidad, se enfriará la caridad de muchos" (Id. XXIV, 12). De donde sucede que nos congratulamos por los buenos amigos muertos, y aunque su muerte nos entristezca, ella misma nos consuela más ciertamente: puesto que carecieron de los males por los cuales en esta vida incluso los hombres buenos o son desgastados, o son depravados, o peligran en ambas cosas.

CAPÍTULO IX.---Sobre la amistad de los santos ángeles, la cual no puede ser manifiesta al hombre en este mundo, por causa de la falacia de los demonios, en los cuales incidieron los que pensaron que debían ser venerados por ellos muchos dioses.

En la sociedad ciertamente de los santos ángeles, a la cual aquellos filósofos, que quisieron que los dioses fueran nuestros amigos, constituyeron en el cuarto lugar, como viniendo al universo desde el orbe de las tierras, para que así en cierto modo abarcaran también el cielo; de ningún modo tememos que tales amigos nos entristezcan o por su muerte o por su depravación. Pero porque no se mezclan con nosotros con esa familiaridad con que lo hacen los hombres (lo cual también eso mismo pertenece a las penurias de esta vida) y a veces Satanás, como leemos, se transfigura como ángel de luz (2 Cor. XI, 14), para tentar a aquellos a quienes así o es necesario instruir, o es justo engañar; la gran misericordia de Dios es necesaria, para que nadie, cuando piensa que tiene a los buenos ángeles como amigos, tenga a los malos demonios como amigos fingidos, y los padezca como enemigos tanto más nocivos cuanto más astutos y falaces.

Et cui magna ista Dei misericordia necessaria est, nisi magnae humanae miserie, quae ignorantia tanta premitur, ut facile istorum simulatione fallatur? Et illos quidem philosophos in impia civitate, qui deos sibi amicos esse dixerunt, in daemones malignos incidisse certissimum est, quibus tota ipsa civitas subditur, aeternum cum eis habitura supplicium. Ex eorum quippe sacris, vel potius sacrilegiis, quibus eos colendos, et ex ludis, immundissimis, ubi eorum crimina celebrantur, quibus eos placandos putaverunt, eisdem ipsis auctoribus et exactoribus talium tantorumque dedecorum, satis ab eis qui colantur apertum est.

Caput X.

Quis fructus sanctis de superata hujus vitae tentatione paratus sit.

Sed neque sancti et fideles unius veri Dei summique cultores, ab eorum fallaciis et multiformi tentatione securi sunt. In hoc enim loco infirmitatis et diebus malignis etiam ista sollicitudo non est inutilis, ut illa securitas, ubi pax plenissima atque certissima est, desiderio ferventiore quaeratur. Ibi enim erunt naturae munera, hoc est, quae naturae nostrae ab omnium naturarum Creatore donantur, non solum bona, verum etiam sempiterna; non solum in animo, qui sanatur per sapientiam, verum etiam in corpore, quod resurrectione renovabitur. Ibi virtutes, non contra ulla vitia vel mala quaecumque certantes, sed habentes victoriae praemium aeternam pacem, quam nullus adversarius inquietet. Ipsa est enim beatitudo finalis, ipse perfectionis finis, qui consumentem non habet finem. Hic autem dicimur quidem beati, quando pacem habemus, quantulacumque hic haberi potest in vita bona: sed haec beatitudo illi, quam finalem dicimus, beatitudini comparata, prorsus miseria reperitur. Hanc ergo pacem, qualis hic potest esse, mortales homines in rebus mortalibus quando habemus, si recte vivimus, bonis ejus recte utitur virtus: quando vero eam non habemus, etiam malis, quae homo patitur, bene utitur virtus. Sed tunc est vera virtus, quando et omnia bona quibus bene utitur, et quidquid in bono usu bonorum et malorum facit, et se ipsam ad eum finem refert, ubi nobis talis et tanta pax erit, qua melior et major esse non possit.

Caput XI.

De beatitudine pacis aeternae, in qua sanctis finis est, id est vera perfectio.

¿A quién es necesaria esa gran misericordia de Dios, sino a la gran miseria humana, que es oprimida por tan grande ignorancia que fácilmente es engañada por la simulación de estos? Y que aquellos filósofos en la ciudad impía, que dijeron que los dioses eran sus amigos, incidieron en demonios malignos, es certísimo, a los cuales toda esa misma ciudad está sometida, habiendo de tener con ellos eterno suplicio. Pues por sus ritos sagrados, o más bien sacrilegios, con los que pensaron que debían ser venerados, y por los juegos, inmundísimos, donde se celebran sus crímenes, con los que pensaron que debían ser aplacados, siendo ellos mismos los autores y exactores de tales y tan grandes deshonras, está suficientemente abierto por ellos quiénes son los que son venerados.

Capítulo X.

Qué fruto está preparado para los santos por la superada tentación de esta vida.

Pero ni los santos y fieles cultivadores del único Dios verdadero y sumo están seguros de las falacias de ellos y de la multiforme tentación. Pues en este lugar de enfermedad y en los días malignos incluso esta solicitud no es inútil, para que aquella seguridad, donde la paz es plenísima y certísima, se busque con deseo más ferviente. Pues allí estarán los dones de la naturaleza, esto es, los que son dados a nuestra naturaleza por el Creador de todas las naturalezas, no solo buenos, sino incluso sempiternos; no solo en el ánimo, que se sana por la sabiduría, sino incluso en el cuerpo, que será renovado por la resurrección. Allí las virtudes, no luchando contra ningún vicio o males cualesquiera, sino teniendo como premio de la victoria la paz eterna, a la cual ningún adversario inquiete. Pues esa es la bienaventuranza final, el mismo fin de la perfección, que no tiene un fin que consuma. Mas aquí somos llamados ciertamente bienaventurados cuando tenemos paz, por pequeña que aquí pueda tenerse en una vida buena: pero esta bienaventuranza, comparada con aquella bienaventuranza que llamamos final, se encuentra que es del todo miseria. Esta paz, por tanto, tal como puede ser aquí, cuando los hombres mortales la tenemos en las cosas mortales, si vivimos rectamente, la virtud usa rectamente de sus bienes: mas cuando no la tenemos, la virtud usa bien incluso de los males que el hombre padece. Pero entonces es verdadera virtud, cuando refiere tanto todos los bienes de los que usa bien, como lo que hace en el buen uso de bienes y males, y a sí misma también, a aquel fin donde habrá para nosotros tal y tan grande paz, que no pueda haber otra mejor ni mayor.

Capítulo XI.

Sobre la bienaventuranza de la paz eterna, en la cual está el fin de los santos, esto es, la verdadera perfección.

Quapropter possumus dicere, fines bonorum nostrorum esse pacem, sicut aeternam esse diximus vitam: praesertim quia ipsi civitati Dei, de qua nobis est ista operosissima disputatio, in sancto dicitur Psalmo, Lauda, Jerusalem, Dominum; collauda Deum tuum, Sion. Quoniam confirmavit seras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te, qui posuit fines tuos pacem (Psal. CXLVII, 12-14). Quando enim confirmatae fuerint serae portarum ejus, jam in illam nullus intrabit, nec ab illa ullus exibit. Ac per hoc fines ejus eam debemus hic intelligere pacem, quam volumus demonstrare finalem. Nam et ipsius civitatis mysticum nomen, id est Jerusalem, quod et ante jam diximus, Visio pacis interpretatur. Sed quoniam pacis nomen etiam in his rebus mortalibus frequentatur, ubi utique non est vita aeterna; propterea finem civitatis hujus, ubi erit summum bonum ejus, aeternam vitam maluimus commemorare quam pacem. De quo fine Apostolus ait, Nunc vero liberati a peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam aeternam (Rom. VI, 22). Sed rursus quia vita aeterna ab his qui familiaritatem non habent cum Scripturis sanctis, potest accipi etiam malorum vita; vel secundum quosdam etiam philosophos, propter animae immortalitatem; vel etiam secundum fidem nostram, propter poenas interminabiles impiorum, qui utique in aeternum cruciari non poterunt, nisi etiam vixerint in aeternum: profecto finis civitatis hujus, in quo summum habebit bonum, vel pax in vita aeterna, vel vita aeterna in pace dicendus est, ut facilius ab omnibus possit intelligi. Tantum est enim pacis bonum, ut etiam in rebus terrenis atque mortalibus nihil gratius soleat audiri, nihil desiderabilius concupisci, nihil postremo possit melius inveniri. De quo si aliquanto diutius loqui voluerimus, non erimus, quantum arbitror, onerosi legentibus, et propter finem civitatis hujus, de qua nobis sermo est, et propter ipsam dulcedinem pacis quae omnibus chara est.

Caput XII.

Quod etiam bellantium saevitia omnesque hominum inquietudines ad pacis finem cupiant pervenire, sine cujus appetitu nulla natura sit.

1. Quod enim mecum quisquis res humanas naturamque communem utcumque intuetur agnoscit, sicut nemo est qui gaudere nolit, ita nemo est qui pacem habere nolit. Quandoquidem et ipsi qui bella volunt, nihil aliud quam vincere volunt: ad gloriosam ergo pacem bellando cupiunt pervenire. Nam quid est aliud victoria, nisi subjectio repugnantium? quod cum factum fuerit, pax erit. Pacis igitur intentione geruntur et bella, ab his etiam qui virtutem bellicam student exercere imperando atque pugnando. Unde pacem constat belli esse optabilem finem.

Por lo cual podemos decir que el fin de nuestros bienes es la paz, así como dijimos que es la vida eterna: sobre todo porque a la misma ciudad de Dios, sobre la que tenemos esta laboriosísima disputa, se dice en el santo Salmo: "Alaba, Jerusalén, al Señor; alaba a tu Dios, Sión." "Porque ha reforzado los cerrojos de tus puertas, ha bendecido a tus hijos en ti, el cual ha puesto tus confines en paz" (Sal. CXLVII, 12-14). Pues cuando hayan sido reforzados los cerrojos de sus puertas, ya nadie entrará en ella, ni de ella saldrá nadie. Y por esto debemos entender aquí sus confines como aquella paz que queremos demostrar como final. Pues también el nombre místico de la misma ciudad, esto es, Jerusalén, lo que ya dijimos antes, se interpreta como "Visión de paz". Pero puesto que el nombre de paz se frecuenta también en estas cosas mortales, donde ciertamente no hay vida eterna; por eso preferimos conmemorar el fin de esta ciudad, donde estará su sumo bien, como vida eterna más bien que como paz. Sobre cuyo fin dice el Apóstol: "Pero ahora liberados del pecado, y hechos siervos de Dios, tenéis vuestro fruto en la santificación, y por fin la vida eterna" (Rom. VI, 22). Pero de nuevo, porque la vida eterna puede ser tomada incluso como la vida de los malos por estos que no tienen familiaridad con las Sagradas Escrituras; ya sea según algunos filósofos también, por causa de la inmortalidad del alma; o también según nuestra fe, por causa de las penas interminables de los impíos, los cuales ciertamente no podrán ser atormentados eternamente si no vivieran también eternamente: por tanto, el fin de esta ciudad, en el cual tendrá el sumo bien, ha de decirse o la paz en la vida eterna, o la vida eterna en la paz, para que pueda ser entendido más fácilmente por todos. Tan grande es, en efecto, el bien de la paz, que incluso en las cosas terrenas y mortales nada suele oírse con más agrado, nada desearse con más anhelo, nada finalmente puede encontrarse mejor. Sobre la cual, si quisiéramos hablar algo más largamente, no seremos, según creo, gravosos a los lectores, tanto por el fin de esta ciudad, sobre la que es nuestro discurso, como por la misma dulzura de la paz que es cara a todos.

Capítulo XII.

Que incluso la saña de los que guerrean y todas las inquietudes de los hombres desean llegar al fin de la paz, sin cuyo apetito no existe naturaleza alguna.

1. Pues lo que cualquiera que de algún modo contempla los asuntos humanos y la naturaleza común reconoce conmigo es que, así como no hay nadie que no quiera gozar, así no hay nadie que no quiera tener paz. Puesto que incluso aquellos mismos que quieren guerras, no quieren otra cosa sino vencer; desean, por tanto, llegar a una paz gloriosa guerreando. Pues ¿qué otra cosa es la victoria sino la sujeción de los que se resisten? Y cuando esto se haya hecho, habrá paz. Por tanto, las guerras se libran con la intención de la paz, incluso por aquellos que se esmeran en ejercitar la virtud bélica mandando y luchando. De donde consta que la paz es el fin deseable de la guerra.

Omnis enim homo etiam belligerando pacem requirit: nemo autem bellum pacificando. Nam et illi qui pacem, in qua sunt, perturbari volunt, non pacem oderunt, sed eam pro arbitrio suo cupiunt commutari. Non ergo ut sit pax nolunt, sed ut ea sit quam volunt. Denique etsi per seditionem se ab aliis separaverint, cum eis ipsis conspiratis vel conjuratis suis nisi qualemcumque pacis speciem teneant, non efficiunt quod intendunt. Proinde latrones ipsi, ut vehementius et tutius infesti sint paci caeterorum, pacem volunt habere sociorum. Sed etsi unus sit tam praepollens viribus, et conscios ita cavens, ut nulli socio se committat, solusque insidians et praevalens, quibus potuerit oppressis et exstinctis praedas agat, cum eis certe quos occidere non potest, et quos vult latere quod facit, qualemcumque umbram pacis tenet. In domo autem sua cum uxore et cum filiis, et si quos alios illic habet, studet profecto esse pacatus: eis quippe ad nutum obtemperantibus sine dubio delectatur. Nam si non fiat, indignatur, corripit, vindicat: et domus suae pacem, si ita necesse sit, etiam saeviendo componit; quam sentit esse non posse, nisi cuidam principio, quod ipse in domo sua est, caetera in eadem domestica societate subjecta sint. Ideoque si offerretur ei servitus plurium, vel civitatis vel gentis, ita ut sic ei servirent, quemadmodum sibi domi suae serviri volebat; non se jam latronem latebris conderet, sed regem conspicuum sublimaret, cum eadem in illo cupiditas et malitia permaneret. Pacem itaque cum suis omnes habere cupiunt, quos ad suum arbitrium volunt vivere. Nam et cum quibus bellum gerunt, suos facere, si possint, volunt, eisque subjectis leges suae pacis imponere.

2. Sed faciamus aliquem, qualem canit poetica et fabulosa narratio; quem fortasse, propter ipsam insociabilem feritatem, semihominem quam hominem dicere maluerunt. Quamvis ergo hujus regnum dirae speluncae fuerit solitudo, tamque malitia singularis, ut ex hac ei nomen inventum sit; nam malus graece kakos dicitur, quod ille vocabatur: nulla conjux ei blandum ferret referretque sermonem, nullis filiis vel alluderet parvulis, vel grandiusculis imperaret, nullo amici colloquio frueretur, nec Vulcani patris, quo vel hinc tantum non parum felicior fuit, quia tale monstrum ipse non genuit: nihil cuiquam daret, sed a quo posset quidquid vellet, et quando posset, et quantum vellet auferret: tamen in ipsa sua spelunca solitaria, cujus, ut describitur, semper recenti caede tepebat humus, nihil aliud quam pacem volebat, in qua nemo illi molestus esset, nec ejus quietem vis ullius terrorve turbaret. Cum corpore suo denique pacem habere cupiebat: et quantum habebat, tantum illi bene erat.

Pues todo hombre busca la paz incluso guerreando; pero nadie busca la guerra pacificando. Pues incluso aquellos que quieren que la paz en la que están sea perturbada, no odian la paz, sino que desean que sea cambiada según su propio arbitrio. No quieren, por tanto, que no haya paz, sino que haya la que ellos quieren. Finalmente, aunque se hayan separado de otros por sedición, si no mantienen con aquellos mismos conjurados o aliados suyos al menos alguna apariencia de paz, no logran lo que pretenden. Por consiguiente, los mismos ladrones, para ser más vehemente y seguramente hostiles a la paz de los demás, quieren tener la paz de sus socios. Pero aunque hubiera uno tan prepotente en fuerzas y tan precavido de cómplices que no se confiara a ningún socio, y solo acechando y prevaleciendo, tras oprimir y aniquilar a quienes pudiera, hiciera presa, ciertamente mantiene alguna sombra de paz con aquellos a quienes no puede matar, y de quienes quiere que se oculte lo que hace. En su propia casa, además, con su esposa y con sus hijos, y si tiene allí a otros cualesquiera, procura ciertamente estar en paz; pues sin duda se deleita con aquellos que obedecen a su voluntad. Pues si no se hace, se indigna, reprende, castiga; y compone la paz de su casa, si así es necesario, incluso ensañándose; la cual siente que no puede ser si no están sujetos a un cierto principio, que es él mismo en su casa, todos los demás en esa misma sociedad doméstica. Y por eso, si se le ofreciera la servidumbre de muchos, o de una ciudad o nación, de modo que le sirvieran así como quería que se le sirviera en su casa; ya no se escondería como ladrón en las guaridas, sino que se ensalzaría como rey conspicuo, permaneciendo en él el mismo deseo y malicia. Así, pues, todos desean tener paz con los suyos, a quienes quieren que vivan según su arbitrio. Pues incluso con aquellos con quienes hacen la guerra, quieren hacerlos suyos, si pueden, e imponerles las leyes de su propia paz una vez sujetos.

2. Pero imaginemos a alguien tal como lo canta la narración poética y fabulosa; a quien tal vez, por su misma ferocidad insociable, prefirieron llamar semihombre que hombre. Aunque, pues, el reino de este fuera la soledad de una espantosa cueva, y su malicia tan singular que de aquí se le inventó el nombre; pues "malo" en griego se dice kakos, que era como se llamaba: ninguna esposa le traería ni le devolvería una palabra halagüeña, con ningún hijo pequeño jugaría, ni mandaría a los más grandecitos, de ningún coloquio de amigo gozaría, ni siquiera de su padre Vulcano, de quien solo en esto fue no poco más infeliz, porque él mismo no engendró tal monstruo: nada daría a nadie, sino que de quien pudiera quitaría lo que quisiera, y cuando pudiera, y cuanto quisiera: sin embargo, en su misma cueva solitaria, cuyo suelo, según se describe, siempre estaba tibio por la reciente matanza, no quería otra cosa que la paz, en la cual nadie le fuera molesto, ni la fuerza o el terror de nadie turbara su quietud. Con su cuerpo, finalmente, deseaba tener paz: y cuanto la tenía, tanto bien le iba.

Quandoquidem membris obtemperantibus imperabat; et ut suam mortalitatem adversum se ex indigentia rebellantem, ac seditionem famis ad dissociandam atque excludendam de corpore animam concitantem, quanta posset festinatione pacaret, rapiebat, necabat, vorabat; et quamvis immanis ac ferus, paci tamen suae vitae ac salutis immaniter et ferociter consulebat: ac per hoc si pacem, quam in sua spelunca atque in se ipso habere satis agebat, cum aliis etiam habere vellet, nec malus, nec monstrum, nec semihomo vocaretur. Aut si ejus corporis forma, et atrorum ignium vomitus ab eo deterrebat hominum societatem; forte non nocendi cupiditate, sed vivendi necessitate saeviebat. Verum iste non fuerit, vel, quod magis credendum est, talis non fuerit, qualis vanitate poetica describitur: nisi enim nimis accusaretur Cacus, parum Hercules laudaretur. Talis ergo homo, sive semihomo, melius, ut dixi, creditur non fuisse, sicut multa figmenta poetarum. Ipsae enim saevissimae ferae, unde ille partem habuit feritatis (nam et semiferus dictus est), genus proprium quadam pace custodiunt, coeundo, gignendo, pariendo, fetus fovendo atque nutriendo, cum sint pleraeque insociabiles et solivagae: non scilicet ut oves, cervi, columbae, sturni apes; sed ut leones, vulpes, aquilae, noctuae. Quae enim tigris non filiis suis mitis immurmurat, et pacata feritate blanditur? quis milvus, quantumlibet solitarius rapinis circumvolet, non conjugium copulat, nidum congerit, ova confovet, pullos alit, et quasi cum sua matrefamilias societatem domesticam quanta potest pace conservat? Quanto magis homo fertur quodammodo naturae suae legibus ad ineundam societatem pacemque cum hominibus, quantum in ipso est, omnibus obtinendam: cum etiam mali pro pace suorum belligerent, omnesque, si possint, suos facere velint, ut uni cuncti et cuncta deserviant; quo pacto, nisi in ejus pacem, vel amando, vel timendo consentiant? Sic enim superbia perverse imitatur Deum. Odit namque cum sociis aequalitatem sub illo: sed imponere vult sociis dominationem suam pro illo. Odit ergo justam pacem Dei et amat iniquam pacem suam: non amare tamen qualemcumque pacem nullo modo potest. Nullum quippe vitium ita contra naturam est, ut naturae deleat etiam extrema vestigia.

3. Itaque pacem iniquorum in pacis comparatione justorum ille videt, nec pacem esse dicendam, qui novit praeponere recta pravis et ordinata perversis. Quod autem perversum est, hoc etiam necesse est ut in aliqua et ex aliqua et cum aliqua rerum parte pacatum sit, in quibus est, vel ex quibus constat; alioquin nihil esset omnino.

Puesto que mandaba a sus miembros obedientes; y para apaciguar con cuanta rapidez pudiera su mortalidad, que se rebelaba contra él por la indigencia, y la sedición del hambre, que incitaba al alma a disociarse y ser excluida del cuerpo, arrebataba, mataba, devoraba; y aunque fuera inmenso y fiero, sin embargo, inmensa y fieramente miraba por la paz de su vida y de su salud: y por esto, si quisiera tener también con otros aquella paz que se esmeraba en tener en su cueva y en sí mismo, no sería llamado ni malo, ni monstruo, ni semihombre. O si la forma de su cuerpo y el vómito de negros fuegos ahuyentaba de él la sociedad de los hombres, tal vez se ensañaba no por deseo de dañar, sino por necesidad de vivir. Pero o este no existió, o, lo que es más de creer, no fue tal cual se describe por la vanidad poética: pues si Caco no fuera excesivamente acusado, Hércules sería poco alabado. Un hombre tal, pues, o semihombre, mejor se cree, como dije, que no existió, como muchas ficciones de los poetas. Pues las mismas fieras más sañudas, de las cuales él tuvo parte de su ferocidad (pues también fue llamado semifiero), custodian su propio género con una cierta paz, cohabitando, engendrando, pariendo, fomentando y nutriendo a sus fetos, aunque la mayoría sean insociables y vaguen solas: no ciertamente como las ovejas, los ciervos, las palomas, los estorninos, las abejas; sino como los leones, las zorras, las águilas, los búhos. Pues ¿qué tigresa no murmura suavemente a sus hijos, y halaga con pacificada ferocidad? ¿Qué milano, por muy solitario que vuele en sus rapiñas, no se une en matrimonio, construye el nido, fomenta los huevos, alimenta a los polluelos, y conserva la sociedad doméstica con su ama de casa, por así decir, con cuanta paz puede? Cuánto más es llevado el hombre en cierto modo por las leyes de su naturaleza a entablar sociedad y paz con los hombres, cuanto está en él, con todos: cuando incluso los malos guerrean por la paz de los suyos, y quieren hacer suyos a todos, si pueden, para que todos y todas las cosas sirvan a uno solo; ¿de qué modo, sino consintiendo en su paz, ya sea amando o temiendo? Pues así la soberbia imita perversamente a Dios. Pues odia la igualdad con los socios bajo Él: pero quiere imponer a los socios su propia dominación en lugar de Él. Odia, por tanto, la justa paz de Dios y ama su propia paz inicua: sin embargo, no puede de ningún modo dejar de amar alguna clase de paz. Pues ningún vicio es tan contrario a la naturaleza que borre incluso los últimos vestigios de la naturaleza.

3. Así, pues, ve la paz de los inicuos en comparación con la paz de los justos, y que no debe llamarse paz, aquel que sabe anteponer las cosas rectas a las depravadas y las ordenadas a las perversas. Pero lo que es perverso, también es necesario que esté pacificado en alguna parte, y por alguna parte, y con alguna parte de las cosas en las que está, o de las que consta; de otro modo no sería nada en absoluto.

Velut si quisquam capite deorsum pendeat, perversus est utique situs corporis et ordo membrorum; quia id quod desuper esse natura postulat, subter est, et quod illa subter vult esse, desuper factum est; conturbavit carnis pacem ista perversitas, et ideo est molesta: verumtamen anima corpori suo pacata est, et pro ejus salute satagit, et ideo est qui doleat; quae si molestiis ejus exclusa discesserit, quandiu membrorum manet compago, non est sine quadam partium pace quod remanet, et ideo adhuc est qui pendeat. Et quod terrenum corpus in terram nititur, et vinculo quo suspensum est renititur, in suae pacis ordinem tendit, et locum quo requiescat quodammodo ponderis voce poscit, jamque exanime ac sine ullo sensu, a pace tamen naturali sui ordinis non recedit, vel cum tenet eam, vel cum fertur ad eam. Si enim adhibeantur medicamenta, atque curatio, quae formam cadaveris dissolvi dilabique non sinat, adhuc pax quaedam partes partibus jungit, totamque molem applicat terreno et convenienti, ac per hoc loco pacato. Si autem nulla adhibeatur cura condiendi, sed naturali cursui relinquatur, tamdiu quasi tumultuatur dissidentibus exaltationibus et nostro inconvenientibus sensui: id enim est quod in putore sentitur, donec mundi conveniat elementis, et in eorum pacem particulatim paulatimque discedat. Nullo modo tamen inde aliquid legibus summi illius Creatoris Ordinatorisque subtrahitur, a quo pax universitatis administratur: quia etsi de cadavere majoris animantis animalia minuta nascantur, eadem lege Creatoris quaeque corpuscula in salutis pace suis animulis serviunt: etsi mortuorum carnes ab aliis animalibus devorentur, easdem leges per cuncta diffusas ad salutem generis cujusque mortalium, congrua congruis pacificantes, quaquaversum trahantur, et rebus quibuscumque jungantur, et in res quaslibet convertantur et commutentur, inveniunt.

CAPUT XIII.---De pace universali, quae inter quaslibet perturbationes privari non potest lege naturae, dum sub justo judice ad id quisque pervenit ordinatione, quod meruit voluntate.

Como si alguien colgara con la cabeza hacia abajo, ciertamente es perversa la posición del cuerpo y el orden de los miembros; porque lo que la naturaleza exige que esté arriba está abajo, y lo que ella quiere que esté abajo se ha puesto arriba; esta perversidad ha perturbado la paz de la carne, y por eso es molesta: sin embargo, el alma está pacificada con su propio cuerpo, y se afana por su salud, y por eso hay quien se duele; la cual, si excluida por sus molestias se marchara, mientras permanece la trabazón de los miembros, no carece de una cierta paz de las partes lo que queda, y por eso todavía hay algo que cuelga. Y porque el cuerpo terreno tiende hacia la tierra, y se resiste al vínculo por el cual está suspendido, tiende al orden de su propia paz, y pide en cierto modo con la voice del peso el lugar donde descanse, y ya exánime y sin sentido alguno, no se aparta, sin embargo, de la paz natural de su orden, ya sea cuando la mantiene, ya sea cuando es llevado hacia ella. Pues si se aplicaran medicamentos y una curación que no permitiera que la forma del cadáver se disolviera y se deshiciera, todavía una cierta paz une las partes con las partes, y aplica toda la mole a algo terreno y conveniente, y por esto a un lugar pacificado. Pero si no se aplica ningún cuidado de embalsamar, sino que se deja a su curso natural, durante tanto tiempo está como en tumulto por las exhalaciones disidentes e inconvenientes para nuestro sentido: pues eso es lo que se siente en el hedor, hasta que convenga con los elementos del mundo, y se marche a la paz de ellos partícula a partícula y poco a poco. De ningún modo, sin embargo, se sustrae de allí algo a las leyes de aquel sumo Creador y Ordenador, por quien se administra la paz del universo: porque aunque del cadáver de un animal mayor nazcan animales diminutos, por la misma ley del Creador esos mismos cuerpecillos sirven a sus almitas en la paz de la salud: y aunque las carnes de los muertos sean devoradas por otros animales, encuentran las mismas leyes difundidas por todas las cosas para la salud de cada género de los mortales, pacificando lo congruo con lo congruo, por dondequiera que sean arrastradas, y a cualesquiera cosas sean unidas, y en cualesquiera cosas sean convertidas y cambiadas.

CAPÍTULO XIII.---Sobre la paz universal, que entre cualesquiera perturbaciones no puede ser privada de la ley de la naturaleza, mientras bajo un juez justo llega cada uno por ordenación a aquello que mereció por voluntad.

1. Pax itaque corporis, est ordinata temperatura partium. Pax animae irrationalis, ordinata requies appetitionum. Pax animae rationalis, ordinata cognitionis actionisque consensio. Pax corporis et animae, ordinata vita et salus animantis. Pax hominis mortalis et Dei, ordinata in fide sub aeterna lege obedientia. Pax hominum, ordinata concordia. Pax domus, ordinata imperandi atque obediendi concordia cohabitantium. Pax civitatis, ordinata imperandi atque obediendi concordia civium. Pax coelestis civitatis, ordinatissima et concordissima societas fruendi Deo et invicem in Deo. Pax omnium rerum, tranquillitas ordinis. Ordo est parium dispariumque rerum sua cuique loca tribuens dispositio. Proinde miseri, quia, in quantum miseri sunt, utique in pace non sunt, tranquillitate quidem ordinis carent, ubi perturbatio nulla est: verumtamen quia merito justeque miseri sunt, in ea quoque ipsa sua miseria praeter ordinem esse non possunt; non quidem conjuncti beatis, sed ab eis tamen ordinis lege sejuncti. Qui cum sine perturbatione sunt, rebus in quibus sunt, quantacumque congruentia coaptantur: ac per hoc est in eis ordinis nonnulla tranquillitas: inest ergo nonnulla pax. Verum ideo miseri sunt, quia, etsi in aliqua securitate non dolent, non tamen ibi sunt, ubi securi esse ac dolere non debeant: miseriores autem, si pax eis cum ipsa lege non est, qua naturalis ordo administratur. Cum autem dolent, ex qua parte dolent, pacis perturbatio facta est: in illa vero adhuc pax est, in qua nec dolor urit, nec compago ipsa dissolvitur. Sicut ergo est quaedam vita sine dolore, dolor autem sine aliqua vita esse non potest: sic est pax quaedam sine ullo bello, bellum vero esse sine aliqua pace non potest; non secundum id quod bellum est, sed secundum id quod ab eis vel in eis geritur, quae aliquae naturae sunt: quod nullo modo essent, si non qualicumque pace subsisterent.

2. Quapropter natura est, in qua nullum malum est, vel etiam in qua nullum potest esse malum: esse autem natura, in qua nullum bonum sit, non potest. Proinde nec ipsius diaboli natura, in quantum natura est, malum est: sed perversitas eam malam facit. Itaque in veritate non stetit, sed veritatis judicium non evasit: in ordinis tranquillitate non mansit, nec ideo tamen a potestate Ordinatoris effugit. Bonum Dei, quod illi est in natura, non eum subtrahit justitiae Dei, qua ordinatur in poena: nec ibi Deus bonum insequitur quod creavit, sed malum quod ille commisit.

1. La paz del cuerpo, por tanto, es la temperatura ordenada de las partes. La paz del alma irracional, el reposo ordenado de los apetitos. La paz del alma racional, la concordancia ordenada del conocimiento y la acción. La paz del cuerpo y del alma, la vida y salud ordenada del ser viviente. La paz del hombre mortal y de Dios, la obediencia ordenada en la fe bajo la ley eterna. La paz de los hombres, la concordia ordenada. La paz de la casa, la concordia ordenada de mandar y obedecer de los que cohabitan. La paz de la ciudad, la concordia ordenada de mandar y obedecer de los ciudadanos. La paz de la ciudad celestial, la sociedad ordenadísima y concordadísima de gozar de Dios y mutuamente en Dios. La paz de todas las cosas, la tranquilidad del orden. El orden es la disposición de cosas iguales y desiguales que atribuye a cada una su lugar. Por consiguiente los miserables, porque, en cuanto son miserables, ciertamente no están en paz, carecen en verdad de la tranquilidad del orden, donde no hay perturbación alguna: sin embargo, porque son merecida y justamente miserables, en esa misma miseria suya tampoco pueden estar fuera del orden; no ciertamente unidos a los bienaventurados, pero sí separados de ellos por la ley del orden. Los cuales, cuando están sin perturbación, se acoplan a las cosas en las que están por alguna congruencia: y por esto hay en ellos alguna tranquilidad del orden: hay, por tanto, alguna paz. Pero por eso son miserables, porque, aunque no se duelan en alguna seguridad, no están, sin embargo, allí donde deberían estar seguros y no dolerse: pero son más miserables si no tienen paz con esa misma ley por la cual se administra el orden natural. Pero cuando se duelen, por aquella parte por la que se duelen, se ha producido una perturbación de la paz: pero en aquella todavía hay paz, en la cual ni el dolor abrasa, ni la misma trabazón se disuelve. Así como, por tanto, hay una cierta vida sin dolor, pero el dolor no puede existir sin alguna vida: así hay una cierta paz sin guerra alguna, pero la guerra no puede existir sin alguna paz; no según aquello que es guerra, sino según aquello que se hace por aquellos o en aquellas cosas que son algunas naturalezas: las cuales de ningún modo existirían si no subsistieran por alguna clase de paz.

2. Por lo cual existe una naturaleza en la que no hay mal alguno, o incluso en la que no puede haber mal alguno: pero no puede existir una naturaleza en la que no haya bien alguno. Por consiguiente, ni siquiera la naturaleza del mismo diablo, en cuanto es naturaleza, es un mal: sino que la perversidad la hace mala. Por tanto, no permaneció en la verdad, pero no escapó al juicio de la verdad: no permaneció en la tranquilidad del orden, y no por eso huyó de la potestad del Ordenador. El bien de Dios, que tiene en su naturaleza, no lo sustrae a la justicia de Dios, por la cual es ordenado en la pena: ni Dios persigue allí el bien que creó, sino el mal que aquel cometió.

Neque enim totum aufert quod naturae dedit; sed aliquid adimit, aliquid relinquit, ut sit qui doleat quod adimit. Et ipse dolor testimonium est boni adempti et boni relicti. Nisi enim bonum relictum esset, bonum amissum dolere non posset. Nam qui peccat, pejor est, si laetatur in damno aequitatis. Qui vero cruciatur, si nihil inde acquirat boni, dolet damnum salutis. Et quoniam aequitas ac salus utrumque bonum est, bonique amissione dolendum est potius quam laetandum (si tamen non sit compensatio melioris, melior est autem animi aequitas, quam corporis sanitas), profecto convenientius injustus dolet in supplicio, quam laetatus est in delicto. Sicut ergo laetitia deserti boni in peccato testis est voluntatis malae; ita dolor amissi boni in supplicio testis est naturae bonae. Qui enim dolet amissam naturae suae pacem, ex aliquibus reliquiis pacis id dolet, quibus fit, ut sibi amica natura sit. Hoc autem in extremo supplicio recte fit, ut iniqui et impii naturalium bonorum damna in cruciatibus defleant, sentientes eorum ablatorem justissimum Deum, quem contempserunt benignissimum largitorem. Deus ergo naturarum omnium sapientissimus conditor et justissimus ordinator, qui terrenorum ornamentorum maximum instituit mortale genus humanum, dedit hominibus quaedam bona huic vitae congrua, id est, pacem temporalem pro modulo mortalis vitae in ipsa salute et incolumitate ac societate sui generis, et quaeque huic paci vel tuendae vel recuperandae necessaria sunt, sicut ea quae apte ac convenienter adjacent sensibus, lux, nox, aurae spirabiles, aquae potabiles, et quidquid ad alendum, tegendum, curandum ornandumque corpus congruit: eo pacto aequissimo, ut qui mortalis talibus bonis paci mortalium accommodatis recte usus fuerit, accipiat ampliora atque meliora, ipsam scilicet immortalitatis pacem, eique convenientem gloriam et honorem in vita aeterna ad fruendum Deo, et proximo in Deo: qui autem perperam, nec illa accipiat, et haec amittat.

Caput XIV.

De ordine ac lege, sive coelesti, sive terrena, per quam societati humanae etiam dominando consulitur, cui et consulendo servitur.

Omnis igitur usus rerum temporalium refertur ad fructum terrenae pacis in civitate terrena: in coelesti autem civitate refertur ad fructum pacis aeternae. Quapropter si irrationalia essemus animantia, nihil appeteremus praeter ordinatam temperaturam partium corporis et requiem appetitionum: nihil ergo praeter quietem carnis et copiam voluptatum, ut pax corporis prodesset paci animae. Si enim desit pax corporis, impeditur etiam irrationalis pax animae; quia requiem appetitionum consequi non potest.

Pues ni quita todo lo que dio a la naturaleza; sino que quita algo, deja algo, para que haya quien se duele de lo que quita. Y el mismo dolor es testimonio del bien quitado y del bien dejado. Pues si no se hubiera dejado un bien, no podría dolerse del bien perdido. Pues el que peca es peor si se alegra en el daño de la equidad. Pero el que es atormentado, si no adquiere de allí nada de bien, se duele del daño de la salud. Y puesto que la equidad y la salud son ambas un bien, y por la pérdida de un bien se ha de doler uno más bien que alegrarse (siempre que no haya compensación de algo mejor, pero mejor es la equidad del ánimo que la sanidad del cuerpo), ciertamente más convenientemente se duele el injusto en el suplicio de lo que se alegró en el delito. Así como, por tanto, la alegría por el bien abandonado en el pecado es testigo de una voluntad mala; así el dolor por el bien perdido en el suplicio es testigo de una naturaleza buena. Pues el que se duele de la paz perdida de su naturaleza, se duele de ello por algunos restos de paz, por los cuales ocurre que la naturaleza sea amiga de sí misma. Pero esto ocurre rectamente en el suplicio extremo, que los inicuos e impíos lloren los daños de los bienes naturales en sus tormentos, sintiendo que su quitador es el justísimo Dios, a quien despreciaron como benignísimo dador. Dios, pues, sapientísimo fundador de todas las naturalezas y justísimo ordenador, que instituyó el mortal género humano como el máximo de los ornamentos terrenos, dio a los hombres ciertos bienes congruos a esta vida, esto es, la paz temporal según el módulo de la vida mortal en la misma salud e incolumidad y sociedad de su género, y cualesquiera cosas necesarias para proteger o recuperar esta paz, como aquellas cosas que de modo apto y conveniente están adyacentes a los sentidos, la luz, la noche, los aires respirables, las aguas potables, y cuanto conviene para alimentar, cubrir, cuidar y adornar el cuerpo: con aquel pacto equitativo de que el mortal que hubiere usado rectamente de tales bienes acomodados a la paz de los mortales, reciba otros más amplios y mejores, a saber, la misma paz de la inmortalidad, y la gloria y honor convenientes a ella en la vida eterna para gozar de Dios y del prójimo en Dios: pero el que los use perversamente, ni reciba aquellos y pierda estos.

Capítulo XIV.

Sobre el orden y la ley, ya sea celestial o terrena, por la cual se mira por la sociedad humana incluso dominando, a la cual también mirando por ella se sirve.

Todo uso de las cosas temporales, por tanto, se refiere al fruto de la paz terrena en la ciudad terrena: pero en la ciudad celestial se refiere al fruto de la paz eterna. Por lo cual, si fuéramos animales irracionales, nada apeteceríamos fuera de la temperatura ordenada de las partes del cuerpo y el reposo de los apetitos: nada, por tanto, fuera de la quietud de la carne y la abundancia de placeres, para que la paz del cuerpo aprovechara a la paz del alma. Pues si falta la paz del cuerpo, se impide también la paz irracional del alma; porque no puede alcanzar el reposo de los apetitos.

Utrumque autem simul ei paci prodest, quam inter se habent anima e corpus, id est, ordinatae vitae ac salutis. Sicut enim pacem corporis amare se ostendunt animantia, cum fugiunt dolorem; et pacem animae, cum propter explendas indigentias appetitionum voluptatem sequuntur: ita mortem fugiendo satis indicant quantum diligant pacem, qua sibi conciliantur anima et corpus. Sed quia homini rationalis anima inest, totum hoc quod habet commune cum bestiis, subdit paci animae rationalis, ut mente aliquid contempletur, et secundum hoc aliquid agat, ut sit ei ordinata cognitionis actionisque consensio, quam pacem rationalis animae dixeramus. Ad hoc enim velle debet nec dolore molestari, nec desiderio perturbari, nec morte dissolvi, ut aliquid utile cognoscat, et secundum eam cognitionem vitam moresque componat. Sed ne ipso studio cognitionis propter humanae mentis infirmitatem in pestem alicujus erroris incurrat, opus habet magisterio divino, cui certus obtemperet, et adjutorio, ut liber obtemperet. Et quoniam, quamdiu est in isto mortali corpore, peregrinatur a Domino; ambulat per fidem, non per speciem: ac per hoc omnem pacem vel corporis, vel animae, vel simul corporis et animae, refert ad illam pacem, quae homini mortali est cum immortali Deo; ut ei sit ordinata in fide sub aeterna lege obedientia. Jam vero quia duo praecipua praecepta, hoc est, dilectionem Dei et dilectionem proximi, docet magister Deus; in quibus tria invenit homo quae diligat, Deum, se ipsum, et proximum; atque ille in se diligendo non errat qui diligit Deum: consequens est, ut etiam proximo ad diligendum Deum consulat, quem jubetur sicut se ipsum diligere. Sic uxori, sic filiis, sic domesticis, sic caeteris quibus potuerit hominibus; et ad hoc sibi a proximo, si forte indiget, consuli velit: ac per hoc erit pacatus, quantum in ipso est, omni homini, pace hominum, id est ordinata concordia: cujus hic ordo est, primum ut nulli noceat, deinde ut etiam prosit cui potuerit. Primitus ergo inest ei suorum cura: ad eos quippe habet opportuniorem facilioremque aditum consulendi, vel naturae ordine, vel ipsius societatis humanae. Unde Apostolus dicit: Quisquis autem suis, et maxime domesticis non providet, fidem denegat, et est infideli deterior. Hinc itaque etiam pax domestica oritur, id est, ordinata imperandi obediendique concordia cohabitantium. Imperant enim qui consulunt: sicut vir uxori, parentes filiis, domini servis. Obediunt autem quibus consulitur: sicut mulieres maritis, filii parentibus, servi dominis. Sed in domo justi viventis ex fide, et adhuc ab illa coelesti civitate peregrinantis, etiam qui imperant, serviunt eis, quibus videntur imperare. Neque enim dominandi cupiditate imperant, sed officio consulendi; nec principandi superbia, sed providendi misericordia.

Pero ambas cosas a la vez aprovechan a aquella paz que tienen entre sí el alma y el cuerpo, esto es, de la vida y salud ordenadas. Pues así como los animales muestran que aman la paz del cuerpo cuando huyen del dolor; y la paz del alma cuando, por cumplir las indigencias de los apetitos, siguen el placer: así, huyendo de la muerte, indican suficientemente cuánto aman la paz por la que se concilian el alma y el cuerpo. Pero porque en el hombre hay alma racional, todo esto que tiene en común con las bestias lo somete a la paz del alma racional, para que contemple algo con la mente y según esto haga algo, de modo que haya en él una concordancia ordenada de conocimiento y acción, que habíamos llamado paz del alma racional. Pues para esto debe querer ni ser molestado por el dolor, ni ser perturbado por el deseo, ni ser disuelto por la muerte, para conocer algo útil y según ese conocimiento componer su vida y costumbres. Pero para que por el mismo estudio del conocimiento no incurra en la peste de algún error por causa de la enfermedad de la mente humana, tiene necesidad del magisterio divino, al que obedezca con certeza, y del auxilio, para que obedezca con libertad. Y puesto que, mientras está en este cuerpo mortal, peregrina fuera del Señor; camina por la fe, no por la visión: y por esto toda paz, ya sea del cuerpo, o del alma, o a la vez del cuerpo y del alma, la refiere a aquella paz que el hombre mortal tiene con el Dios inmortal; para que haya en él una obediencia ordenada en la fe bajo la ley eterna. Ya en verdad, porque el maestro Dios enseña dos preceptos principales, esto es, el amor a Dios y el amor al prójimo, en los cuales encuentra el hombre tres cosas que amar: a Dios, a sí mismo y al prójimo; y no yerra en amarse a sí mismo el que ama a Dios: se sigue que también mire por el prójimo para que ame a Dios, al cual se le manda amar como a sí mismo. Así a la esposa, así a los hijos, así a los domésticos, así a los demás hombres que pudiere; y para esto quiera que su prójimo mire por él, si acaso lo necesita: y por esto estará en paz, en cuanto esté en él, con todo hombre, por la paz de los hombres, esto es, la concordia ordenada: de la cual este es el orden, primero que a nadie dañe, después que también aproveche a quien pudiere. Primordialmente, pues, hay en él el cuidado de los suyos: pues a ellos tiene un acceso más oportuno y fácil de mirar por ellos, ya sea por el orden de la naturaleza, ya sea de la misma sociedad humana. De donde dice el Apóstol: "Pero si alguno no provee para los suyos, y mayormente para los de su casa, ha negado la fe y es peor que un incrédulo" (1 Tim. V, 8). De aquí, por tanto, nace también la paz doméstica, esto es, la concordia ordenada de mandar y obedecer de los que cohabitan. Pues mandan los que miran por los demás: como el marido a la esposa, los padres a los hijos, los señores a los siervos. Pero obedecen aquellos por quienes se mira: como las mujeres a los maridos, los hijos a los padres, los siervos a los señores. Pero en la casa del justo que vive de la fe, y todavía peregrina fuera de aquella ciudad celestial, incluso los que mandan sirven a aquellos a quienes parecen mandar. Pues no mandan por deseo de dominar, sino por el deber de mirar por los demás; ni por la soberbia de mandar, sino por la misericordia de proveer.

CAPUT XV.---De libertate naturali, et de servitute, cujus prima causa peccatum est, qua homo malae voluntatis etiamsi non est mancipium alterius hominis, servus est propriae libidinis.

Hoc naturalis ordo praescribit; ita Deus hominem condidit. Nam, Dominetur, inquit, piscium maris, et volatilium coeli, et omnium repentium quae repunt super terram (Gen. I, 26). Rationalem factum ad imaginem suam noluit nisi irrationabilibus dominari: non hominem homini, sed hominem pecori. Inde primi justi, pastores pecorum magis quam reges hominum constituti sunt: ut etiam sic insinuaret Deus, quid postulet ordo creaturarum, quid exigat meritum peccatorum. Conditio quippe servitutis jure intelligitur imposita peccatori. Proinde nusquam Scripturarum legimus servum, antequam hoc vocabulo Noe justus peccatum filii vindicaret (Id. IX, 25). Nomen itaque istud culpa meruit, non natura. Origo autem vocabuli servorum in latina lingua inde creditur ducta, quod hi qui jure belli possent occidi, a victoribus cum servabantur, servi fiebant, a servando appellati; quod etiam ipsum sine peccati merito non est. Nam et cum justum geritur bellum, pro peccato et a contrario dimicatur: et omnis victoria, cum etiam malis provenit, divino judicio victos humiliat, vel emendans peccata, vel puniens. Testis est homo Dei Daniel, cum in captivitate positus, peccata sua et peccata populi sui confitetur Deo, et hanc esse causam illius captivitatis pio dolore testatur (Dan. IX, 5-19). Prima ergo servitutis causa peccatum est; ut homo homini conditionis vinculo subderetur: quod non fit nisi Deo judicante, apud quem non est iniquitas, et novit diversas poenas meritis distribuere delinquentium. Sicut autem supernus Dominus dicit, Omnis qui facit peccatum, servus est peccati (Joan. VIII, 34): ac per hoc multi quidem religiosi dominis iniquis, non tamen liberis serviunt: A quo enim quis devictus est, huic et servus addictus est (II Petr. II, 19). Et utique felicius servitur homini, quam libidini; cum saevissimo dominatu vastet corda mortalium, ut alias omittam, libido ipsa dominandi. Hominibus autem illo pacis ordine, quo aliis alii subjecti sunt, sicut prodest humilitas servientibus, ita nocet superbia dominantibus. Nullus autem natura, in qua prius Deo hominem condidit, servus est hominis, aut peccati. Verum et poenalis servitus ea lege ordinatur, quae naturalem ordinem conservari jubet, perturbari vetat: quia si contra eam legem non esset factum, nihil esset poenali servitute coercendum.

CAPÍTULO XV.---Sobre la libertad natural, y sobre la servidumbre, cuya causa primera es el pecado, por la cual el hombre de mala voluntad, aunque no sea mancipio de otro hombre, es siervo de su propia libido.

Esto prescribe el orden natural; así fundó Dios al hombre. Pues, "Domine", dice, "a los peces del mar, y a los volátiles del cielo, y a todos los reptiles que se arrastran sobre la tierra" (Gén. I, 26). Al que hizo racional a su imagen no quiso que dominara sino a los irracionales: no el hombre al hombre, sino el hombre al ganado. De ahí que los primeros justos fueron constituidos pastores de ganados más bien que reyes de hombres: para que incluso así insinuara Dios qué pide el orden de las criaturas, qué exige el mérito de los pecados. Pues la condición de la servidumbre se entiende impuesta con derecho al pecador. Por consiguiente, en ninguna parte de las Escrituras leemos "siervo" antes de que el justo Noé castigara con este vocablo el pecado de su hijo (Gén. IX, 25). Ese nombre, por tanto, lo mereció la culpa, no la naturaleza. Pero el origen del vocablo de los siervos en la lengua latina se cree derivado de esto, que aquellos que por ley de guerra podrían ser muertos, al ser conservados por los vencedores se hacían siervos (servi), llamados así por conservar (servando); lo cual tampoco carece de mérito de pecado. Pues incluso cuando se libra una guerra justa, se lucha por el pecado y por la parte contraria: y toda victoria, aun cuando acontece a los malos, humilla por juicio divino a los vencidos, ya sea enmendando los pecados, ya sea castigándolos. Testigo es el hombre de Dios, Daniel, cuando puesto en cautividad, confiesa sus pecados y los pecados de su pueblo a Dios, y con piadoso dolor atestigua que esta es la causa de aquella cautividad (Dan. IX, 5-19). La causa primera de la servidumbre, por tanto, es el pecado; para que el hombre fuera sometido al hombre por el vínculo de la condición: lo cual no ocurre sino por juicio de Dios, en quien no hay iniquidad, y que sabe distribuir diversas penas a los méritos de los delincuentes. Pero como dice el Señor celestial: "Todo el que hace pecado, siervo es del pecado" (Juan VIII, 34): y por esto muchos religiosos sirven ciertamente a señores inicuos, pero no libres: "pues por quien uno es vencido, a este también se le adjudica como siervo" (2 Ped. II, 19). Y ciertamente más felizmente se sirve al hombre que a la libido; cuando con saquísimo dominio devasta los corazones de los mortales, por omitir otras cosas, la misma libido de dominar. Pero a los hombres en aquel orden de paz por el cual unos están sujetos a otros, así como la humildad aprovecha a los que sirven, así la soberbia daña a los que dominan. Pero nadie por naturaleza, en la cual Dios primero fundó al hombre, es siervo del hombre o del pecado. Pero también la servidumbre penal se ordena por aquella ley que manda conservar el orden natural y prohíbe perturbarlo: porque si no se hubiera hecho contra esa ley, nada habría que coaccionar con la servidumbre penal.

Ideoque Apostolus etiam servos monet subditos esse dominis suis, et ex animo eis cum bona voluntate servire (Ephes. VI, 5): ut scilicet, si non possunt a dominis liberi fieri, suam servitutem ipsi quodammodo liberam faciant; non timore subdolo, sed fideli dilectione serviendo, donec transeat iniquitas, et evacuetur omnis principatus, et potestas humana, et sit Deus omnia in omnibus.

Caput XVI.

De aequo jure dominandi

Quocirca etiamsi habuerunt servos justi patres nostri, sic quidem administrabant domesticam pacem, ut secundum haec temporalia bona, filiorum sortem a servorum conditione distinguerent; ad Deum autem colendum, in quo aeterna bona speranda sunt, omnibus domus suae membris pari dilectione consulerent. Quod naturalis ordo ita praescribit, ut nomen patrumfamilias hinc exortum sit, et tam late vulgatum, ut inique etiam dominantes hoc se gaudeant appellari. Qui autem veri patresfamilias sunt, omnibus in familia sua tanquam filiis ad colendum et promerendum Deum consulunt; desiderantes atque optantes venire ad coelestem domum, ubi necessarium non sit officium imperandi mortalibus, quia necessarium non erit officium consulendi jam in illa immortality felicibus: quo donec veniatur, magis debent patres quod dominantur, quam servi tolerare quod serviunt. Si quis autem in domo per inobedientiam domesticae paci adversatur, corripitur, seu verbo, seu verbere, seu quolibet alio genere poenae justo atque licito, quantum societas humana concedit, pro ejus qui corripitur utilitate, ut paci unde dissiluerat coaptetur. Sicut enim non est beneficentiae, adjuvando efficere ut bonum quod majus est amittatur; ita non est innocentiae, parcendo sinere ut in malum gravius incidatur. Pertinet ergo ad innocentis officium, non solum nemini malum inferre, verum etiam cohibere a peccato, vel punire peccatum; ut aut ipse qui plectitur, corrigatur experimento, aut alii terreantur exemplo. Quia igitur hominis domus initium sive particula debet esse civitatis, omne autem initium ad aliquem sui generis finem, et omnis pars ad universi, cujus pars est, integritatem refertur: satis apparet esse consequens, ut ad pacem civicam pax domestica referatur, id est, ut ordinata imperandi obediendique concordia cohabitantium referatur ad ordinatam imperandi obediendique concordiam civium. Ita fit, ut ex lege civitatis praecepta sumere patremfamilias oporteat, quibus domum suam sic regat, ut sit paci accommodata civitatis.

Caput XVII.

Unde coelestis societas cum terrena civitate pacem habeat, et unde discordiam.

Y por eso el Apóstol también amonesta a los siervos a estar sometidos a sus señores, y a servirles de corazón con buena voluntad (Ef. VI, 5): para que, a saber, si no pueden ser hechos libres por sus señores, ellos mismos hagan su servidumbre en cierto modo libre; sirviendo no con temor engañoso, sino con fiel amor, hasta que pase la iniquidad y se evacue todo principado y potestad humana, y sea Dios todo en todas las cosas.

Capítulo XVI.

Sobre el derecho equitativo de dominar.

Por lo cual, aunque nuestros padres justos tuvieron siervos, administraban de tal modo la paz doméstica que, según estos bienes temporales, distinguían la suerte de los hijos de la condición de los siervos; pero para el culto a Dios, en quien se han de esperar los bienes eternos, miraban por todos los miembros de su casa con igual amor. Lo cual prescribe de tal modo el orden natural, que el nombre de padres de familia (patrumfamilias) nació de aquí, y se divulgó tan ampliamente que incluso los que dominan inicuamente se gozan de ser llamados así. Pero los que son verdaderos padres de familia miran por todos en su familia como por hijos para el culto y el merecimiento de Dios; deseando y anhelando llegar a la casa celestial, donde no sea necesario el oficio de mandar a los mortales, porque no será necesario el oficio de mirar por los que ya son felices en aquella inmortalidad: hasta que se llegue a ese lugar, más deben los padres tolerar que dominan, que los siervos que sirven. Pero si alguno en la casa por inobediencia es adverso a la paz doméstica, es corregido, ya sea de palabra, ya sea con azote, ya sea con cualquier otro género de pena justa y lícita, cuanto la sociedad humana concede, para utilidad del que es corregido, para que se acople a la paz de la que se había apartado. Pues así como no es de la beneficencia, por ayudar, hacer que se pierda el bien que es mayor; así no es de la inocencia, por perdonar, permitir que se incida en un mal más grave. Pertenece, por tanto, al oficio del hombre inocente no solo no inferir mal a nadie, sino también cohibir del pecado, o castigar el pecado; para que o el mismo que es castigado sea corregido por la experiencia, o otros sean aterrorizados por el ejemplo. Porque, por tanto, la casa del hombre debe ser el inicio o una partícula de la ciudad, además todo inicio se refiere a algún fin de su propio género, y toda parte a la integridad del todo del cual es parte: aparece suficientemente ser consecuente que la paz doméstica se refiera a la paz cívica, esto es, que la concordia ordenada de mandar y obedecer de los que cohabitan se refiera a la concordia ordenada de mandar y obedecer de los ciudadanos. Así ocurre que conviene que el padre de familia tome los preceptos de la ley de la ciudad, con los cuales rija su casa de modo que esté acomodada a la paz de la ciudad.

Capítulo XVII.

De dónde la sociedad celestial tenga paz con la ciudad terrena, y de dónde discordia.

Sed domus hominum qui non vivunt ex fide, pacem terrenam ex hujus temporalis vitae rebus commodisque sectatur. Domus autem hominum ex fide viventium, exspectat ea quae in futurum aeterna promissa sunt, terrenisque rebus ac temporalibus tanquam peregrina utitur, non quibus capiatur et avertatur quo tendit in Deum, sed quibus sustentetur ad facilius toleranda minimeque augenda onera corporis corruptibilis, quod aggravat animam (Sap. IX, 15). Idcirco rerum vitae huic mortali necessariarum utrisque hominibus et utrique domui communis est usus; sed finis utendi cuique suus proprius, multumque diversus. Ita etiam terrena civitas, quae non vivit ex fide, terrenam pacem appetit; in eoque defigit imperandi obediendique concordiam civium, ut sit eis de rebus ad mortalem vitam pertinentibus humanarum quaedam compositio voluntatum. Civitas autem coelestis, vel potius pars ejus, quae in hac mortalitate peregrinatur, et vivit ex fide, etiam ista pace necesse est utatur, donec ipsa cui talis pax necessaria est, mortalitas transeat. Ac per hoc dum apud terrenam civitatem, velut captivam vitam suae peregrinationis agit, jam promissione redemptionis et dono spirituali tanquam pignore accepto, legibus terrenae civitatis, quibus haec administrantur, quae sustentandae mortali vitae accommodata sunt, obtemperare non dubitat: ut, quoniam communis est ipsa mortalitas, servetur in rebus ad eam pertinentibus inter civitatem utramque concordia. Verum quia terrena civitas habuit quosdam suos sapientes, quos divina improbat disciplina, qui vel suspicati vel decepti a daemonibus crederent multos deos conciliandos esse rebus humanis, ad quorum diversa quodammodo officia diversa subdita pertinerent, ad alium corpus, ad alium animus, inque ipso corpore ad alium caput, ad alium cervix, et caetera singula ad singulos; similiter in animo ad alium ingenium, ad alium doctrina, ad alium ira, ad alium concupiscentia; inque ipsis rebus vitae adjacentibus, ad alium pecus, ad alium triticum, ad alium vinum, ad alium oleum, ad alium silvae, ad alium nummi, ad alium navigatio, ad alium bella atque victoriae, ad alium conjugia, ad alium partus ac fecunditas, et ad alios alia caetera; coelestis autem civitas unum Deum solum colendum nosset, eique tantummodo serviendum servitute illa, quae graece latreia dicitur, et non nisi Deo debetur, fideli pietate censeret: factum est, ut religionis leges cum terrena civitate non posset habere communes, proque his ab ea dissentire haberet necesse, atque oneri esse diversa sentientibus, eorumque iras et odia et persecutionum impetus sustinere, nisi cum animos adversantium aliquando terrore suae multitudinis, et semper divino adjutorio propulsaret.

Pero la casa de los hombres que no viven de la fe, sigue la paz terrena a partir de las cosas y comodidades de esta vida temporal. Pero la casa de los hombres que viven de la fe, espera aquellas cosas que han sido prometidas como eternas para el futuro, y usa de las cosas terrenas y temporales como peregrina, no para dejarse atrapar y desviar de donde tiende hacia Dios, sino para sustentarse para tolerar más fácilmente y aumentar mínimamente las cargas del cuerpo corruptible, que agrava al alma (Sab. IX, 15). Por eso el uso de las cosas necesarias para esta vida mortal es común a ambos hombres y a ambas casas; pero el fin de usarlas es propio de cada uno, y muy diverso. Así también la ciudad terrena, que no vive de la fe, apetece la paz terrena; y en eso fija la concordia de mandar y obedecer de los ciudadanos, para que haya en ellos sobre las cosas pertenecientes a la vida mortal una cierta composición de las voluntades humanas. Pero la ciudad celestial, o más bien la parte de ella que peregrina en esta mortalidad y vive de la fe, también es necesario que use de esta paz, hasta que pase la misma mortalidad para la cual tal paz es necesaria. Y por esto, mientras lleva en la ciudad terrena una vida cautiva de su peregrinación, habiendo recibido ya la promesa de la redención y el don espiritual como prenda, no duda en obedecer a las leyes de la ciudad terrena con las cuales se administran estas cosas que están acomodadas para sustentar la vida mortal: para que, puesto que es común la misma mortalidad, se conserve en las cosas pertenecientes a ella la concordia entre ambas ciudades. Pero porque la ciudad terrena tuvo algunos sabios suyos, a los cuales reprueba la disciplina divina, que ya sea sospechando o engañados por los demonios creyeran que muchos dioses debían ser conciliados para los asuntos humanos, a cuyos diversos oficios, por así decir, pertenecieran diversos subordinados—a uno el cuerpo, a otro el alma, y en el mismo cuerpo a uno la cabeza, a otro el cuello, y lo demás individualmente a individuos; de igual modo en el alma a uno el ingenio, a otro la doctrina, a otro la ira, a otro la concupiscentia; y en las mismas cosas adyacentes a la vida, a uno el ganado, a otro el trigo, a otro el vino, a otro el aceite, a otro los bosques, a otro el dinero, a otro la navegación, a otro las guerras y victorias, a otro los matrimonios, a otro los partos y la fecundidad, y a otros otras cosas; pero la ciudad celestial conociera que un solo Dios debe ser adorado, y que a Él solo se debe servir con aquella servidumbre que en griego se llama latreia y no se debe sino a Dios, juzgara con fiel piedad: ocurrió que no pudiera tener comunes las leyes de la religión con la ciudad terrena, y por estas tuviera necesidad de disentir de ella, y de ser una carga para los que sentían de modo diverso, y de sostener sus iras y odios e ímpetus de persecuciones, a no ser cuando repeliera los ánimos de los adversarios alguna vez por el terror de su multitud, y siempre por el auxilio divino.

Haec ergo coelestis civitas dum peregrinatur in terra, ex omnibus gentibus cives evocat, atque in omnibus linguis peregrinam colligit societatem; non curans quidquid in moribus, legibus, institutisque diversum est, quibus pax terrena vel conquiritur, vel tenetur; nihil eorum rescindens, nec destruens, imo etiam servans ac sequens: quod licet diversum in diversis nationibus, ad unum tamen eumdemque finem terrenae pacis intenditur, si religionem qua unus summus et verus Deus colendus docetur, non impedit. Utitur ergo etiam coelestis civitas in hac sua peregrinatione pace terrena, et de rebus ad mortalem hominum naturam pertinentibus, humanarum voluntatum compositionem, quantum salva pietate ac religione conceditur, tuetur atque appetit, eamque terrenam pacem refert ad coelestem pacem: quae vere ita pax est, ut rationalis duntaxat creaturae sola pax habenda atque dicenda sit, ordinatissima scilicet et concordissima societas fruendi Deo, et invicem in Deo; quo cum ventum fuerit, non erit vita mortalis, sed plane certeque vitalis; nec corpus animale, quod dum corrumpitur, aggravat animam, sed spirituale sine ulla indigentia, ex omni parte subditum voluntati. Hanc pacem, dum peregrinatur in fide, habet; atque ex hac fide juste vivit, cum ad illam pacem adipiscendam refert quidquid bonarum actionum gerit erga Deum et proximum, quoniam vita civitatis utique socialis est.

Caput XVIII.

Quam diversa sit Academiae novae ambiguitas a constantia fidei christianae.

Quod autem attinet ad illam differentiam, quam de Academicis novis Varro adhibuit, quibus incerta sunt omnia, omnino civitas Dei talem dubitationem tanquam dementiam detestatur, habens de rebus, quas mente atque ratione comprehendit, etiamsi parvam propter corpus corruptibile, quod aggravat animam, quoniam sicut dicit Apostolus, Ex parte scimus (I Cor. XIII, 9), tamen certissimam scientiam: creditque sensibus in rei cujusque evidentia, quibus per corpus animus utitur: quoniam miserabilius fallitur, qui nunquam putat eis esse credendum. Credit etiam Scripturis sanctis et veteribus et novis, quas Canonicas appellamus, unde fides ipsa concepta est, ex qua justus vivit (Habacuc II, 4); per quam sine dubitatione ambulamus, quamdiu peregrinamur a Domino (II Cor. V, 6): qua salva atque certa, de quibusdam rebus, quas neque sensu, neque ratione percepimus, neque nobis per Scripturam canonicam claruerunt, nec per testes quibus non credere absurdum est, in nostram notitiam pervenerunt, sine justa reprehensione dubitamus.

Esta ciudad celestial, por tanto, mientras peregrina en la tierra, convoca a ciudadanos de todas las gentes y reúne en todas las lenguas una sociedad peregrina; sin cuidar lo que haya de diverso en las costumbres, leyes e instituciones con las cuales se adquiere o se mantiene la paz terrena; nada de ello rescindiendo ni destruyendo, antes bien incluso conservándolo y siguiéndolo: lo cual, aunque diverso en diversas naciones, se endereza sin embargo a un mismo y único fin de la paz terrena, si no impide la religión por la cual se enseña que se ha de adorar a un solo Dios sumo y verdadero. Usa, pues, también la ciudad celestial en esta su peregrinación de la paz terrena, y sobre las cosas pertenecientes a la naturaleza mortal de los hombres, protege y apetece la composición de las voluntades humanas, en cuanto se concede salva la piedad y la religión, y refiere esa paz terrena a la paz celestial: la cual verdaderamente es de tal modo paz, que solo ella debe tenerse y llamarse la paz de la criatura racional, a saber, la sociedad ordenadísima y concordadísima de gozar de Dios y mutuamente en Dios; a donde cuando se llegue, no habrá una vida mortal, sino plenamente y ciertamente vital; ni un cuerpo animal, que mientras se corrompe agrava al alma, sino uno espiritual sin ninguna indigencia, sometido en toda parte a la voluntad. Esta paz la tiene mientras peregrina en la fe; y por esta fe vive justamente, cuando refiere a la consecución de aquella paz cuanto de buenas acciones realiza para con Dios y el prójimo, puesto que la vida de la ciudad es ciertamente social.

Capítulo XVIII.

En qué se diferencia la ambigüedad de la nueva Academia de la constancia de la fe cristiana.

En lo que respecta a aquella diferencia que Varro aplicó sobre los nuevos Académicos, para quienes todas las cosas son inciertas, la ciudad de Dios detesta totalmente tal duda como una demencia, poseyendo sobre las cosas que comprende con la mente y la razón un conocimiento certísimo, aunque sea pequeño a causa del cuerpo corruptible que agrava el alma, ya que, como dice el Apóstol: 'En parte conocemos' (1 Cor. 13, 9); y cree a los sentidos en la evidencia de cada cosa, de los cuales el alma se sirve a través del cuerpo: pues se engaña más miserablemente quien piensa que nunca se debe creer en ellos. Cree también en las Sagradas Escrituras, tanto antiguas como nuevas, que llamamos Canónicas, de donde se ha concebido la fe misma por la cual el justo vive (Hab. 2, 4); por la cual caminamos sin duda mientras peregrinamos lejos del Señor (2 Cor. 5, 6): permaneciendo esta fe salva y cierta, dudamos sin justa reprensión sobre ciertas cosas que no hemos percibido ni por el sentido ni por la razón, ni nos han sido aclaradas por la Escritura canónica, ni han llegado a nuestro conocimiento por testigos a quienes no creer sea absurdo.

Caput XIX.

De habitu et moribus populi christiani.

Nihil sane ad istam pertinet civitatem quo habitu vel more vivendi, si non est contra divina praecepta, istam fidem, qua pervenitur ad Deum, quisque sectetur: unde ipsos quoque philosophos, quando Christiani fiunt, non habitum vel consuetudinem victus, quae nihil impedit religionem, sed falsa dogmata mutare compellit. Unde illam quam Varro adhibuit ex Cynicis differentiam, si nihil turpiter atque intemperanter agat, omnino non curat. Ex tribus vero illis vitae generibus, otioso, actuoso, et ex utroque composito, quamvis salva fide quisque possit in quolibet eorum vitam ducere, et ad sempiterna praemia pervenire; interest tamen quid amore teneat veritatis, quid officio charitatis impendat. Nec sic quisque debet esse otiosus, ut in eodem otio utilitatem non cogitet proximi; nec sic actuosus, ut contemplationem non requirat Dei. In otio non iners vacatio delectare debet; sed aut inquisitio, aut inventio veritatis: ut in ea quisque proficiat, et quod invenerit teneat, et alteri non invideat. In actione vero non amandus est honor in hac vita, sive potentia; quoniam omnia vana sub sole: sed opus ipsum, quod per eumdem honorem vel potentiam fit, si recte atque utiliter fit, id est, ut valeat ad eam salutem subditorum, quae secundum Deum est; unde jam superius disputavimus (Cap. 6). Propter quod ait Apostolus, Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat (I Tim. III, 1). Exponere voluit quid sit episcopatus; quia nomen est operis, non honoris. Graecum est enim, atque inde ductum vocabulum, quod ille qui praeficitur, eis quibus praeficitur superintendit, curam eorum scilicet gerens: ἐπί quippe, Super; σκοπός vero, Intentio est: ergo ἐπισκοπεῖν, si velimus, latine Superintendere possumus dicere; ut intelligat non se esse episcopum, qui praeesse dilexerit, non prodesse. Itaque a studio cognoscendae veritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet otium: locus vero superior, sine quo regi populus non potest, etsi ita teneatur atque administretur ut decet, tamen indecenter appetitur. Quamobrem otium sanctum quaerit charitas veritatis: negotium justum suscipit necessitas charitatis. Quam sarcinam si nullus imponit, percipiendae atque intuendae vacandum est veritati: si autem imponitur, suscipienda est propter charitatis necessitatem: sed nec sic omni modo veritatis delectatio deserenda est, ne subtrahatur illa suavitas, et opprimat ista necessitas.

Capítulo XIX.

Del hábito y costumbres del pueblo cristiano.

Ciertamente, nada importa a esa ciudad qué hábito o costumbre de vivir siga cada uno, si no es contra los preceptos divinos, con tal que profese esa fe por la cual se llega a Dios: por lo cual a los mismos filósofos, cuando se hacen cristianos, no los obliga a cambiar de hábito o costumbre de vida, que en nada impide a la religión, sino a cambiar sus falsos dogmas. Por tanto, no se cuida en absoluto de aquella diferencia que Varro aplicó de los Cínicos, si uno no hace nada torpe o intemperadamente. De aquellos tres géneros de vida —el otioso, el actuoso y el compuesto de ambos—, aunque salvando la fe cada uno pueda llevar su vida en cualquiera de ellos y llegar a los premios eternos, importa, sin embargo, qué se tenga por amor a la verdad y qué se emplee en el deber de la caridad. Nadie debe estar tan otioso que en ese mismo ocio no piense en la utilidad del prójimo; ni tan actuoso que no busque la contemplación de Dios. En el ocio no debe deleitar una vacación inerte, sino o la investigación o el hallazgo de la verdad: para que en ella cada uno aproveche, y retenga lo que haya hallado, y no tenga envidia de otro. En la acción, sin embargo, no se debe amar el honor en esta vida ni el poder, pues todas las cosas son vanas bajo el sol: sino la obra misma que se hace mediante ese mismo honor o poder, si se hace recta y útilmente, esto es, de modo que valga para aquella salvación de los súbditos que es según Dios; sobre lo cual ya hemos disputado anteriormente (Cap. 6). Por lo cual dice el Apóstol: 'El que desea el episcopado, buena obra desea' (1 Tim. 3, 1). Quiso exponer qué es el episcopado; porque es nombre de una obra, no de un honor. Es, pues, griego, y de allí se deriva el vocablo, porque el que es puesto al frente, superintendente a aquellos a quienes preside, teniendo el cuidado de ellos: pues epi significa sobre, y skopos es intención: por tanto, episkopein, si queremos, podemos decir en latín que es superintendere; para que entienda que no es obispo quien ha amado presidir y no procrear. Así pues, a nadie se le prohíbe el estudio de conocer la verdad, que pertenece a un ocio laudable: pero el lugar superior, sin el cual el pueblo no puede ser regido, aunque sea poseído y administrado como conviene, se apetece, sin embargo, indecentemente. Por lo cual, el ocio santo busca la caridad de la verdad: el negocio justo lo asume la necesidad de la caridad. Si nadie impone esa carga, hay que vacar a percibir e intuir la verdad; pero si se impone, ha de ser asumida por la necesidad de la caridad: pero ni aun así debe abandonarse de todo punto el deleite de la verdad, no sea que se retire aquella suavidad y oprima esta necesidad.

Caput XX.

Quod cives sanctorum in vitae hujus tempore spe beati sint.

Quamobrem summum bonum civitatis Dei cum sit aeterna pax atque perfecta, non per quam mortales transeant nascendo atque moriendo, sed in qua immortales maneant nihil adversi omnino patiendo; quis est qui illam vitam vel beatissimam neget, vel in ejus comparatione istam, quae hic agitur, quantislibet animi et corporis externarumque rerum bonis plena sit, non miserrimam judicet? Quam tamen quicumque sic habet, ut ejus usum referat ad illius finem, quam diligit ardentissime, ac fidelissime sperat, non absurde dici etiam nunc beatus potest, spe illa potius, quam re ista. Res vero ista sine spe illa, beatitudo falsa et magna miseria est: non enim veris animi bonis utitur. Quoniam non est vera sapientia, quae intentionem suam in his quae prudenter discernit, gerit fortiter, cohibet temperanter, justeque distribuit, non in illum dirigit finem, ubi erit Deus omnia in omnibus (I Cor. XV, 28), aeternitate certa et pace perfecta.

Caput XXI.

An secundum definitiones Scipionis, quae in dialogo Ciceronis sunt, unquam fuerit Romana respublica.

1. Quapropter nunc est locus, ut quam potero breviter ac dilucide expediam, quod in secundo hujus operis libro me demonstraturum esse promisi (Cap. 21, n. 4), secundum definitiones, quibus apud Ciceronem utitur Scipio in libris de Republica, nunquam rempublicam fuisse Romanam. Breviter enim rempublicam definit esse rem populi. Quae definitio, si vera est, nunquam fuit Romana respublica: quia nunquam fuit res populi; quam definitionem voluit esse reipublicae. Populum enim esse definivit coetum multitudinis, juris consensu et utilitatis communione sociatum. Quid autem dicat juris consensum, disputando explicat; per hoc ostendens geri sine justitia non posse rempublicam: ubi ergo justitia vera non est, nec jus potest esse. Quod enim jure fit, profecto juste fit: quod autem fit injuste, nec jure fieri potest. Non enim jura dicenda sunt vel putanda iniqua hominum constituta: cum illud etiam ipsi jus esse dicant, quod de justitiae fonte manaverit; falsumque esse, quod a quibusdam non recte sentientibus dici solet, id esse jus, quod ei qui plus potest, utile est.

Capítulo XX.

Que los ciudadanos de los santos son bienaventurados en esperanza durante el tiempo de esta vida.

Por lo cual, siendo el sumo bien de la ciudad de Dios la paz eterna y perfecta, no aquella por la cual pasan los mortales naciendo y muriendo, sino en la cual permanecen los inmortales no padeciendo absolutamente nada adverso; ¿quién hay que o niegue que aquella vida es bienaventuradísima, o, en comparación con ella, no juzgue esta vida que aquí se lleva, por muy llena que esté de bienes del alma y del cuerpo y de cosas externas, como misérrima? Sin embargo, cualquiera que tiene esta vida de tal modo que refiere su uso al fin de aquella que ama ardientísimamente y espera fidelísimamente, puede ser llamado bienaventurado aun ahora sin absurdo, más bien por aquella esperanza que por esta realidad. Pero esta realidad sin aquella esperanza es una bienaventuranza falsa y una gran miseria: pues no usa los verdaderos bienes del alma. Porque no es verdadera sabiduría la que no dirige su intención hacia aquel fin donde Dios será todo en todas las cosas (1 Cor. 15, 28), con eternidad cierta y paz perfecta, aunque discierna prudentemente en aquellas cosas que gestiona con fortaleza, contiene con templanza y distribuye con justicia.

Capítulo XXI.

Si según las definiciones de Escipión, que están en el diálogo de Cicerón, hubo alguna vez una república romana.

1. Por tanto, ahora es el lugar para que explique, lo más breve y claramente que pueda, lo que prometí demostrar en el segundo libro de esta obra (Cap. 21, n. 4), que según las definiciones de las que Escipión usa en los libros de Cicerón Sobre la República, nunca hubo una república romana. Pues define brevemente la república como la 'cosa del pueblo'. Si esta definición es verdadera, nunca hubo república romana: porque nunca fue cosa del pueblo, definición que él quiso que fuera la de la república. Definió, pues, al pueblo como una 'muchedumbre asociada por el consenso del derecho y la comunión de la utilidad'. Lo que entiende por 'consenso del derecho' lo explica disputando, mostrando por ello que la república no puede gestionarse sin justicia: donde, por tanto, no hay verdadera justicia, no puede haber derecho. Pues lo que se hace por derecho, ciertamente se hace con justicia; pero lo que se hace injustamente, no puede hacerse por derecho. Porque no se deben llamar ni considerar derechos los estatutos inicuos de los hombres, cuando ellos mismos dicen que el derecho es aquello que emana de la fuente de la justicia; y que es falso lo que suelen decir algunos que no sienten rectamente, que 'derecho es lo que es útil al que más puede'.

Quocirca ubi non est vera justitia, juris consensu sociatus coetus hominum non potest esse, et ideo nec populus, juxta illam Scipionis vel Ciceronis definitionem: et si non populus, nec res populi; sed qualiscumque multitudinis, quae populi nomine digna non est. Ac per hoc, si respublica res populi est, et populus non est qui consensu non sociatus est juris, non est autem jus, ubi nulla justitia est: procul dubio colligitur, ubi justitia non est, non esse rempublicam. Justitia porro ea virtus est, quae sua cuique distribuit. Quae igitur justitia est hominis, quae ipsum hominem Deo vero tollit, et immundis daemonibus subdit? Hoccine est sua cuique distribuere? An qui fundum aufert ei a quo emptus est, et tradit ei qui nihil in eo habet juris, injustus est; et qui se ipsum aufert dominanti Deo, a quo factus est, et malignis servit spiritibus, justus est?

2. Disputatur certe acerrime atque fortissime in eisdem ipsis de Republica libris adversus injustitiam pro justitia. Et quoniam, cum prius ageretur pro injustitiae partibus contra justitiam, et diceretur nisi per injustitiam rempublicam stare augerique non posse; hoc veluti validissimum positum erat, injustum esse, ut homines hominibus dominantibus serviant; quam tamen injustitiam nisi sequatur imperiosa civitas, cujus est magna respublica, non eam posse provinciis imperare: responsum est a parte justitiae, ideo justum esse, quod talibus hominibus sit utilis servitus, et pro utilitate eorum fieri cum recte fit, id est, cum improbis aufertur injuriarum licentia; et domiti se melius habebunt, quia indomiti deterius se habuerunt: subditumque est, ut ista ratio firmaretur, veluti a natura sumptum nobile exemplum, atque dictum est, Cur igitur Deus homini, animus imperat corpori, ratio libidini caeterisque vitiosis animi partibus? Plane hoc exemplo satis edoctum est, quibusdam esse utilem servitutem; et Deo quidem ut serviatur, utile esse omnibus. Serviens autem Deo animus, recte imperat corpori, inque ipso animo ratio Domino Deo subdita, recte imperat libidini vitiisque caeteris. Quapropter ubi homo Deo non servit, quid in eo putandum est esse justitiae; quandoquidem Deo non serviens, nullo modo potest juste animus corpori, aut humana ratio vitiis imperare? Et si in homine tali non est ulla justitia, procul dubio nec in hominum coetu, qui ex hominibus talibus constat. Non est hic ergo juris ille consensus, qui hominum multitudinem populum facit, cujus res dicitur esse respublica.

Por lo cual, donde no hay verdadera justicia, no puede haber una junta de hombres asociada por el consenso del derecho, y por tanto tampoco un pueblo, según aquella definición de Escipión o de Cicerón: y si no hay pueblo, tampoco hay 'cosa del pueblo', sino de una muchedumbre cualquiera que no es digna del nombre de pueblo. Y por esto, si la república es la 'cosa del pueblo', y no es pueblo el que no está asociado por el consenso del derecho, y no hay derecho donde no hay justicia, se concluye sin duda que donde no hay justicia no hay república. Además, la justicia es aquella virtud que distribuye a cada uno lo suyo. ¿Qué justicia es, pues, la del hombre que arrebata al hombre mismo del Dios verdadero y lo somete a demonios inmundos? ¿Es esto distribuir a cada uno lo suyo? ¿O es injusto el que quita un campo a aquel por quien fue comprado y lo entrega a quien no tiene derecho en él, y es justo el que se quita a sí mismo del Dios que lo domina, por quien fue hecho, y sirve a espíritus malignos?

2. Se disputa ciertamente con gran agudeza y fortaleza en esos mismos libros Sobre la República contra la injusticia a favor de la justicia. Y puesto que, habiéndose tratado antes a favor de la parte de la injusticia contra la justicia, y habiéndose dicho que la república no puede mantenerse ni aumentarse sino por la injusticia, se puso esto como el argumento más válido: que es injusto que los hombres sirvan a hombres que los dominan; injusticia que, sin embargo, si la ciudad imperial, cuya república es grande, no sigue, no puede mandar en las provincias. Se respondió de parte de la justicia que, por tanto, es justo porque para tales hombres es útil la servidumbre, y que se hace por su utilidad cuando se hace rectamente, esto es, cuando se quita a los malvados la licencia de las injurias; y los domados se hallarán mejor, porque indomados se hallaron peor. Y para que se confirmara esta razón, se tomó como de la naturaleza un noble ejemplo, y se dijo: '¿Por qué, pues, Dios manda al hombre, el alma al cuerpo, la razón a la libido y a las demás partes viciosas del alma?'. Claramente con este ejemplo se ha enseñado suficientemente que para algunos es útil la servidumbre; y que a todos les es útil servir a Dios. El alma, pues, sirviendo a Dios, manda rectamente al cuerpo, y en la misma alma la razón, sometida al Señor Dios, manda rectamente a la libido y a los demás vicios. Por lo cual, donde el hombre no sirve a Dios, ¿qué se ha de pensar que hay en él de justicia, cuando, no sirviendo a Dios, de ningún modo puede el alma mandar justamente al cuerpo, ni la razón humana a los vicios? Y si en tal hombre no hay justicia alguna, sin duda tampoco en la junta de hombres que de tales hombres consta. No existe aquí, por tanto, aquel consenso del derecho que hace pueblo a la muchedumbre de hombres, cuya cosa se dice que es la república.

Nam de utilitate quid dicam, cujus etiam communione sociatus coetus hominum, sicut se habet ista definitio, populus nuncupatur? Quamvis enim, si diligenter attendas, nec utilitas sit ulla viventium, qui vivunt impie; sicut vivit omnis qui non servit Deo, servitque daemonibus, tanto magis impiis, quanto magis sibi, cum sint immundissimi spiritus, tanquam diis sacrificari volunt: tamen quod de juris consensu diximus, satis esse arbitror, unde appareat per hanc definitionem non esse populum, cujus respublica esse dicatur, in quo justitia non est. Si enim dicunt non spiritibus immundis, sed diis bonis atque sanctis in sua republica servisse Romanos; numquid eadem toties repetenda sunt, quae jam satis, imo ultra quam satis est, diximus? Quis enim ad hunc locum per superiores hujus operis libros pervenit, qui dubitare adhuc possit, malis et impuris daemonibus servisse Romanos, nisi vel nimium stolidus, vel impudentissime contentiosus? Sed ut taceam quales sint, quos sacrificiis colebant; in lege veri Deo scriptum est, Sacrificans diis eradicabitur, nisi Domino tantum (Exod. XXII, 20). Nec bonis igitur, nec malis diis sacrificari voluit, qui hoc cum tanta comminatione praecepit.

Caput XXII.

An verus sit Deus, cui Christiani serviunt, cui soli debeat sacrificari.

Sed responderi potest: Quis iste Deus est, aut unde dignus probatur, cui deberent obtemperare Romani, ut nullum deorum praeter ipsum colerent sacrificiis? Magnae caecitatis est, adhuc quaerere quis iste sit Deus. Ipse est Deus, cujus Prophetae praedixerunt ista quae cernimus. Ipse est Deus, a quo responsum accepit Abraham, In semine tuo benedicentur omnes gentes (Gen. XXII, 18). Quod in Christo fieri, qui secundum carnem de illo semine exortus est, iidem ipsi qui remanserunt hujus nominis inimici, velint nolintve, cognoscunt. Ipse est Deus, cujus divinus Spiritus per eos locutus est, quorum praedicta atque completa per Ecclesiam, quam videmus toto orbe diffusam, in libris superioribus posui. Ipse est Deus, quem Varro doctissimus Romanorum Jovem putat, quamvis nesciens quid loquatur : quod tamen ideo commemorandum putavi, quoniam vir tantae scientiae nec nullum istum deum potuit existimare, nec vilem. Hunc enim eum esse credidit, quem summum putavit Deum. Postremo ipse est Deus, quem doctissimus philosophorum, quamvis Christianorum acerrimus inimicus, etiam per eorum oracula, quos deos putat, Deum magnum Porphyrius confitetur.

Caput XXIII.

Quae Porphyrius dicat oraculis deorum responsa esse de Christo.

Pues, de la utilidad, ¿qué diré?, por cuya comunión también se llama pueblo a la junta de hombres, según tiene esta definición. Porque aunque, si atiendes diligentemente, no hay utilidad alguna de los que viven impíamente, como vive todo el que no sirve a Dios y sirve a los demonios, tanto más impíos cuanto más a sí mismos, siendo espíritus inmundísimos, quieren que se les sacrifique como a dioses. Sin embargo, lo que hemos dicho del consenso del derecho creo que es suficiente para que aparezca que por esta definición no hay pueblo cuya república se diga que es, en el cual no hay justicia. Pues si dicen que los romanos en su república no sirvieron a espíritus inmundos, sino a dioses buenos y santos, ¿acaso hay que repetir tantas veces lo mismo que ya hemos dicho suficientemente, o más que suficientemente? ¿Pues quién ha llegado a este lugar por los libros superiores de esta obra que pueda dudar todavía de que los romanos sirvieron a demonios malos e impuros, si no es o demasiado estólido o impudentísimamente contencioso? Pero, por no decir nada de cómo son aquellos a quienes honraban con sacrificios, en la ley del Dios verdadero está escrito: 'El que sacrifique a los dioses será exterminado, sino al Señor solo' (Éxodo 22, 20). No quiso, pues, que se sacrificara ni a los dioses buenos ni a los malos el que mandó esto con tanta conminación.

Capítulo XXII.

Si es el Dios verdadero aquel a quien sirven los cristianos, al cual solo debe sacrificarse.

Pero puede responderse: ¿Quién es ese Dios, o por qué se prueba que es digno de que los romanos deban obedecerle, para que no honren con sacrificios a ningún otro dios fuera de Él? Es de una gran ceguera preguntar todavía quién sea ese Dios. Él es el Dios cuyos profetas predijeron estas cosas que vemos. Él es el Dios de quien Abraham recibió la respuesta: 'En tu descendencia serán bendecidas todas las naciones' (Gén. 22, 18). Lo cual se cumple en Cristo, quien según la carne nació de aquella descendencia, como los mismos que han permanecido enemigos de este nombre, quieran o no, lo reconocen. Él es el Dios cuyo Espíritu divino habló por aquellos cuyas predicciones y cumplimientos por la Iglesia, que vemos difundida por todo el orbe, he puesto en los libros anteriores. Él es el Dios a quien Varro, el más docto de los romanos, piensa que es Júpiter, aunque sin saber lo que dice: lo cual, sin embargo, he pensado que debía conmemorarse porque un varón de tanta ciencia ni pudo estimar que ese Dios fuera nada, ni que fuera vil. Pues creyó que Él era aquel a quien pensó que era el sumo Dios. Finalmente, Él es el Dios a quien el más docto de los filósofos, aunque acérrimo enemigo de los cristianos, Porfirio, confiesa que es el Dios grande, incluso por los oráculos de aquellos que él piensa que son dioses.

Capítulo XXIII.

Qué dice Porfirio que son las respuestas de los oráculos de los dioses sobre Cristo.

1. Nam in libris quos ἐκ λογίων φιλοσοφίας appellat, in quibus exsequitur atque conscribit rerum ad philosophiam pertinentium velut divina responsa, ut ipsa verba ejus, quemadmodum ex lingua graeca in latinam interpretata sunt, ponam: Interroganti, inquit, quem deum placando revocare possit uxorem suam a Christianismo, haec ait versibus Apollo. Deinde verba velut Apollinis ista sunt: Forte magis poteris in aqua impressis litteris scribere, aut adinflans pennas leves per aera ut avis volare, quam pollutae revoces impiae uxoris sensum. Pergat quomodo vult inanibus fallaciis perseverans, et lamentationibus fallacissimis mortuum Deum cantans, quem a judicibus recta sentientibus perditum, pessima in speciosis ferro vincta mors interfecit. Deinde post hos versus Apollinis, qui non stante metro latine interpretati sunt, subjunxit atque ait: In his quidem tergiversationem irremediabilis sententiae eorum manifestavit, dicens quoniam Judaei suscipiunt Deum magis quam isti. Ecce ubi decolorans Christum, Judaeos praeposuit Christianis, confitens quod Judaei suscipiant Deum. Sic enim exposuit versus Apollinis, ubi a judicibus recta sentientibus Christum dicit occisum, tanquam illis juste judicantibus, merito sit ille punitus. Viderit quid de Christo vates mendax Apollinis dixerit, atque iste crediderit, aut fortasse vatem, quod non dixit, dixisse iste ipse confinxerit: quam vero sibi constet, vel ipsa oracula inter se faciat convenire, postea videbimus. Hic tamen Judaeos, tanquam Dei susceptores, recte dicit judicasse de Christo, quod eum morte pessima excruciandum esse censuerint. Deus itaque Judaeorum, cui perhibet testimonium, audiendus fuit, dicens: Sacrificans diis eradicabitur, nisi Domino tantum (Exod. XXII, 20). Sed ad manifestiora veniamus, et audiamus quam magnum Deum dicat esse Judaeorum. Item ad ea quae interrogavit Apollinem, quid melius, verbum sive ratio, an lex; respondit, inquit, versibus haec dicens. Ac deinde subjicit Apollinis versus, in quibus et isti sunt, ut quantum satis est inde decerpam: In Deum vero, inquit, generatorem, et in regem ante omnia, quem tremit et coelum, et terra, atque mare, et infernorum abdita, et ipsa numina perhorrescunt: quorum lex est Pater, quem valde sancti honorant Hebraei. Tali oraculo dei sui Apollinis, Porphyrius tam magnum Deum dixit Hebraeorum, ut eum et ipsa numina perhorrescunt. Cum ergo Deus iste dixerit, Sacrificans diis eradicabitur, miror quod ipse Porphyrius non perhorruerit, et sacrificans diis eradicari non formidaverit.

1. Pues en los libros que llama De la filosofía por los oráculos, en los cuales expone y escribe como respuestas divinas cosas pertenecientes a la filosofía, para poner sus mismas palabras tal como han sido interpretadas de la lengua griega a la latina: 'Al que preguntaba —dice— a qué dios aplacando podría apartar a su mujer del cristianismo, dijo estas cosas Apolo en versos'. Luego, estas son como palabras de Apolo: 'Quizá podrás más fácilmente escribir con letras impresas en el agua, o volando como un ave soplar sobre leves plumas por el aire, que apartar el sentido de una mujer poluta e impía'. Vaya como quiera, perseverando en vanas falacias, y cantando con lamentaciones falacísimas a un Dios muerto, al cual jueces que sentían rectamente perdieron, y a quien la peor muerte, atada con hierro a la vista de todos, mató. Luego, después de estos versos de Apolo, que fueron interpretados en latín sin mantener el metro, añadió y dijo: 'En estas cosas manifestó ciertamente la tergiversación de su irremediable sentencia, diciendo que los judíos reciben a Dios más que estos'. Ved aquí donde, descolorando a Cristo, antepuso a los judíos a los cristianos, confesando que los judíos reciben a Dios. Pues así expuso los versos de Apolo, donde dice que Cristo fue muerto por jueces que sentían rectamente, como si, juzgando ellos justamente, hubiera sido castigado merecidamente. Vea él qué dijo de Cristo el vate mentiroso de Apolo, y qué creyó aquel, o quizá él mismo fingió que el vate dijo lo que no dijo: cuán coherente sea consigo mismo, o haga convenir entre sí a los oráculos mismos, lo veremos después. Aquí, sin embargo, dice que los judíos, como receptores de Dios, juzgaron rectamente de Cristo, al considerar que debía ser atormentado con la muerte peor. El Dios de los judíos, por tanto, a quien él da testimonio, debió ser escuchado cuando dice: 'El que sacrifique a los dioses será exterminado, sino al Señor solo' (Éxodo 22, 20). Pero vengamos a cosas más manifiestas, y oigamos cuán grande dice que es el Dios de los judíos. Igualmente, a lo que preguntó a Apolo, qué era mejor, si la palabra o la razón, o la ley; 'respondió —dice— diciendo esto en versos'. Y luego añade los versos de Apolo, en los cuales están también estos, para que de allí extraiga cuanto es suficiente: 'En Dios —dice— el generador, y en el rey ante todas las cosas, a quien tiemblan el cielo, y la tierra, y el mar, y los escondrijos de los infiernos, y las mismas divinidades (numina) se horrorizan: cuya ley es el Padre, a quien honran los muy santos hebreos'. Con tal oráculo de su dios Apolo, Porfirio dijo que el Dios de los hebreos es tan grande que incluso las divinidades se horrorizan de Él. Habiendo dicho, pues, este Dios: 'El que sacrifique a los dioses será exterminado', me maravillo de que el mismo Porfirio no se haya horrorizado, y no haya temido ser exterminado sacrificando a los dioses.

2. Dicit etiam bona philosophus iste de Christo, quasi oblitus illius, de qua paulo ante locuti sumus, contumeliae suae; aut quasi in somnis dii ejus maledixerint Christo, et evigilantes eum bonum esse cognoverint, digneque laudaverint. Denique tanquam mirabile aliquid atque incredibile prolaturus, Praeter opinionem, inquit, profecto quibusdam videatur esse quod dicturi sumus. Christum enim dii piissimum pronuntiaverunt et immortalem factum, et cum bona praedicatione ejus meminerunt: Christianos vero pollutos, inquit, et contaminatos, et errore implicatos esse dicunt; et multis talibus adversus eos blasphemiis utuntur. Deinde subjicit velut deorum oracula blasphemantium Christianos. Et post haec, De Christo autem, inquit, interrogantibus si est Deus, ait Hecate: Quoniam quidem immortalis anima post corpus ut incedit, nosti, a sapientia autem abscissa semper errat, viri pietate praestantissimi est illa anima, hanc colunt aliena a se veritate. Deinde post verba hujus quasi oraculi sua ipse contexens, Piissimum igitur virum, inquit, eum dixit, et ejus animam, sicut et aliorum piorum, post obitum immortalitate donatam, et hanc colere Christianos ignorantes. Interrogantibus autem, inquit, Cur ergo damnatus est? oraculo respondit dea, Corpus quidem debilitantibus tormentis semper oppositum est: anima autem piorum coelesti sedi insidet. Illa vero anima aliis animabus fataliter dedit, quibus fata non annuerunt deorum obtinere dona, neque habere Jovis immortalis agnitionem, errore implicari. Propterea ergo diis exosi: quia quibus fato non fuit nosse Deum, nec dona a diis accipere, his fataliter dedit iste errore implicari. Ipse vero pius, et in coelum, sicut pii, concessit. Itaque hunc quidem non blasphemabis, misereberis autem hominum dementiam: ex eo in eis facile praecepsque periculum.

3. Quis ita stultus est, ut non intelligat aut ab homine callido, eoque Christianis inimicissimo haec oracula fuisse conficta, aut consilio simili ab impuris daemonibus ista fuisse responsa; ut scilicet, quoniam laudant Christum, propterea credantur veraciter vituperare Christianos; atque ita, si possint, intercludant viam salutis aeternae, in qua fit quisque christianus? Suae quippe nocendi astutiae milleformi sentiunt non esse contrarium, si credatur eis laudantibus Christum, dum tamen credatur etiam vituperantibus Christianos; ut eum qui utrumque crediderit, talem Christi faciant laudatorem, ne velit esse christianus: ac sic quamvis ab illo laudatus, ab istorum tamen daemonum dominatu eum non liberet Christus.

2. Dice también cosas buenas este filósofo sobre Cristo, como olvidado de aquella contumelia suya de la que hablamos poco antes; o como si en sueños sus dioses hubieran maldecido a Cristo, y al despertar hubieran reconocido que era bueno, y lo hubieran alabado dignamente. Finalmente, como quien va a proferir algo admirable e increíble, dice: 'Fuera de toda expectativa parecerá ciertamente a algunos lo que vamos a decir. Pues los dioses han pronunciado que Cristo fue piadosísimo y hecho inmortal, y lo mencionan con buena predicación; pero dicen que los cristianos son polutos y contaminados, y están implicados en el error; y usan muchas de tales blasfemias contra ellos'. Luego añade como oráculos de los dioses que blasfeman de los cristianos. Y después de esto, dice: 'Sobre Cristo, a los que preguntaban si es Dios, dice Hécate: Puesto que ciertamente sabes cómo camina el alma inmortal tras el cuerpo, pero separada de la sabiduría siempre yerra, de un varón preclaro por su piedad es aquella alma, a esta la honran alejados ellos mismos de la verdad'. Luego, después de las palabras de este como oráculo, entretejiendo las suyas propias, dice: 'Piadosísimo varón, por tanto, dijo que era él, y que su alma, al igual que las de otros piadosos, fue dotada de inmortalidad tras la muerte, y que a esta la honran los cristianos ignorantes'. Y a los que preguntaban: '¿Por qué, pues, fue condenado?', respondió la diosa por el oráculo: 'El cuerpo ciertamente estuvo siempre expuesto a tormentos debilitantes; pero el alma de los piadosos reside en la sede celestial'. Aquella alma, sin embargo, dio fatalmente a otras almas, a quienes los hados no concedieron obtener los dones de los dioses ni tener el conocimiento de Júpiter inmortal, el estar implicadas en el error. Por eso, pues, son odiados por los dioses: porque a quienes no fue por el hado conocer a Dios ni recibir dones de los dioses, a estos aquel les dio fatalmente el estar implicados en el error. Él mismo, sin embargo, fue piadoso y marchó al cielo, como los piadosos. Así pues, a este ciertamente no lo blasfemarás, sino que compadecerás la demencia de los hombres: por él hay en ellos un peligro fácil y precipitado.

3. ¿Quién es tan necio que no entienda que, o bien por un hombre astuto y acérrimo enemigo de los cristianos fueron fingidos estos oráculos, o bien por un consejo similar de los demonios inmundos fueron dadas estas respuestas; para que, precisamente porque alaban a Cristo, por eso se crea que vituperan verazmente a los cristianos; y así, si pudieran, cerraran el camino de la salvación eterna en el cual cada uno se hace cristiano? Sienten ciertamente que no es contrario a su astucia multiforme de dañar si se les cree cuando alaban a Cristo, con tal que se les cree también cuando vituperan a los cristianos; para que al que creyere ambas cosas, lo hagan tal alabador de Cristo que no quiera ser cristiano: y así, aunque alabado por aquel, Cristo no lo libre del dominio de estos demonios.

Praesertim quia ita laudant Christum, ut quisquis in eum talem crediderit, qualis ab eis praedicatur, Christianus verus non sit, sed Photinianus haereticus, qui tantummodo hominem, non etiam Deum noverit Christum : et ideo per eum salvus esse non possit, nec istorum mendaciloquorum daemonum laqueos vitare vel solvere. Nos autem neque Apollinem vituperantem Christum, neque Hecaten possumus approbare laudantem. Ille quippe tanquam iniquum Christum vult credi, quem a judicibus recta sentientibus dicit occisum; ista, hominem piissimum, sed hominem tantum. Una est tamen et illius et hujus intentio, ut nolint homines esse Christianos; quia nisi Christiani erunt, ab eorum erui potestate non poterunt. Iste vero philosophus, vel potius qui talibus adversus Christianos quasi oraculis credunt, prius faciant, si possunt, ut inter se de ipso Christo Hecate atque Apollo concordent, eumque aut ambo condemnent, aut ambo collaudent. Quod si facere potuissent, nihilominus nos et vituperatores et laudatores Christi fallaces daemones vitaremus. Cum vero eorum deus et dea inter se de Christo, ille vituperando, ista laudando dissentiant; profecto eis blasphemantibus Christianos non credunt homines, si recte ipsi sentiant.

4. Sane Christum laudans, vel Porphyrius, vel Hecate, cum dicat eum ipsum dedisse fataliter Christianis, ut implicarentur errore, causas tamen ejusdem, sicut putat, pandit erroris. Quas antequam ex verbis ejus exponam, prius quaero, Si fataliter dedit Christus Christianis erroris implicationem, utrum volens, an nolens dederit. Si volens, quomodo justus? si nolens, quomodo beatus? Sed jam causas ipsius audiamus erroris. Sunt, inquit, spiritus terreni minimi loco quodam malorum daemonum potestati subjecti. Ab his sapientes Hebraeorum, quorum unus iste etiam Jesus fuit, sicut audisti divina Apollinis, quae superius dicta sunt; ab his ergo Hebraei daemonibus pessimis et minoribus spiritibus vetabant religiosos, et ipsis vacare prohibebant: venerari autem magis coelestes deos, amplius autem venerari Deum Patrem. Hoc autem, inquit, et dii praecipiunt, et in superioribus ostendimus, quemadmodum animum advertere ad Deum monent, et illum colere ubique imperant. Verum indocti et impiae naturae, quibus vere fatum non concessit a diis dona obtinere, neque habere Jovis immortalis notionem, non audientes et deos et divinos viros, deos quidem omnes recusaverunt, prohibitos autem daemones et hos non odisse, sed revereri. Deum autem simulantes colere, ea sola per quae Deus adoratur, non agunt. Nam Deus quidem, utpote omnium Pater, nullius indiget: sed nobis est bene, cum eum per justitiam et castitatem aliasque virtutes adoramus, ipsam vitam precem ad ipsum facientes, per imitationem et inquisitionem de ipso.

Especialmente porque de tal modo alaban a Cristo que, cualquiera que creyere en Él tal cual es predicado por ellos, no sea un verdadero cristiano, sino un hereje fotiniano, que solo conoce a Cristo como hombre, no también como Dios: y por tanto no pueda ser salvo por Él, ni evitar o deshacer los lazos de estos demonios mentirosos. Nosotros, sin embargo, ni a Apolo vituperando a Cristo, ni a Hécate alabándolo, podemos aprobar. Aquel ciertamente quiere que se crea que Cristo es inicuo, al cual dice que fue muerto por jueces que sentían rectamente; esta, que es un varón piadosísimo, pero solo un hombre. Una es, sin embargo, la intención de aquel y de esta: que no quieran que los hombres sean cristianos; porque a menos que sean cristianos, no podrán ser arrancados de su potestad. Pero este filósofo, o más bien quienes creen en tales como oráculos contra los cristianos, hagan primero, si pueden, que entre sí Hécate y Apolo concuerden sobre el mismo Cristo, y que o ambos lo condenen o ambos lo alaben juntos. Si hubieran podido hacer eso, nada menos evitaríamos nosotros a los demonios falaces, tanto vituperadores como alabadores de Cristo. Pero cuando su dios y su diosa disienten entre sí sobre Cristo, aquel vituperando, esta alabando; ciertamente a ellos blasfemando de los cristianos no les creen los hombres, si ellos mismos sienten rectamente.

Ciertamente alabando a Cristo, ya sea Porfirio o Hécate, aunque diga que él mismo dio fatalmente a los cristianos el estar implicados en el error, expone sin embargo las causas de ese mismo error, según él piensa. Antes de que las exponga según sus palabras, pregunto primero: Si Cristo dio fatalmente a los cristianos la implicación del error, ¿lo dio queriendo o sin querer? Si queriendo, ¿cómo es justo? Si sin querer, ¿cómo es bienaventurado? Pero oigamos ya las causas del error mismo. 'Existen —dice— espíritus terrenales mínimos en cierto lugar sujetos a la potestad de los malos demonios. De estos, los sabios de los hebreos, de los cuales uno fue también este Jesús, como has oído de las cosas divinas de Apolo que se dijeron arriba; de estos demonios, por tanto, los hebreos prohibían a los religiosos y les vedaban vacar a ellos: antes bien, venerar a los dioses celestiales, y más aún venerar a Dios Padre. Esto mismo —dice— también los dioses lo mandan, y en lo anterior hemos mostrado cómo advierten que se convierta el alma a Dios, y mandan honrarlo en todas partes. Pero los indoctos y de naturaleza impía, a quienes verdaderamente el hado no concedió obtener dones de los dioses ni tener la noción de Júpiter inmortal, no escuchando ni a los dioses ni a los varones divinos, rechazaron ciertamente a todos los dioses, pero a los demonios prohibidos no solo no los odiaron, sino que los reverenciaron. Fingiendo, sin embargo, honrar a Dios, no hacen aquellas solas cosas por las cuales Dios es adorado. Pues Dios ciertamente, como Padre de todos, de nada necesita; pero nos va bien a nosotros cuando lo adoramos mediante la justicia y la castidad y las demás virtudes, haciendo de la vida misma una oración hacia Él mediante la imitación y la investigación sobre Él.

Inquisitio enim purgat, inquit: imitatio deificat affectionem ad ipsum operando. Bene quidem praedicavit Deum Patrem, et quibus sit colendus moribus dixit. Quibus praeceptis prophetici Libri pleni sunt Hebraeorum, quando sanctorum vita sive vituperatur, sive laudatur. Sed in Christianis tantum errat, aut tantum calumniatur, quantum volunt daemones, quos opinatur deos, quasi cuiquam difficile sit recolere, quae turpia, quae dedecora erga deorum obsequium in theatris agebantur et templis; et attendere quae legantur, dicantur, audiantur in ecclesiis, vel Deo vero quid offeratur; et hinc intelligere ubi aedificium, et ubi ruina sit morum. Quis autem huic dixit vel inspiravit, nisi diabolicus spiritus, tam vanum apertumque mendacium, quod daemones ab Hebraeis coli prohibitos revereantur potius, quam oderint Christiani? Sed Deus ille quem coluerunt sapientes Hebraeorum, etiam coelestibus sanctis Angelis et Virtutibus Dei, quos beatissimos tanquam cives in hac nostra peregrinatione mortali veneramur et amamus, sacrificari vetat, intonans in lege sua, quam dedit populo suo Hebraeo, et valde minaciter dicens, Sacrificans diis eradicabitur. Et ne quisquam putaret daemonibus pessimis terrenisque spiritibus, quos iste dicit minimos vel minores, ne sacrificetur esse praeceptum; quia et ipsi in Scripturis sanctis dicti sunt dii, non Hebraeorum, sed gentium; quod evidenter in Psalmo Septuaginta interpretes posuerunt, dicentes, Quoniam omnes dii gentium daemonia (Psal. XCV, 5): ne quis ergo putaret istis quidem daemoniis prohibitum, coelestibus autem vel omnibus, vel aliquibus sacrificari esse permissum, mox addidit, nisi Domino soli, id est, nisi Domino tantum: ne forte in eo quod ait, nisi Domino soli, Dominum solem credat esse quispiam, cui sacrificandum putat : quod non ita esse intelligendum, in Scripturis graecis facillime reperitur.

5. Deus igitur Hebraeorum, cui tam magnum tantus etiam iste philosophus perhibet testimonium, legem dedit Hebraeo populo suo, hebraeo sermone conscriptam, non obscuram et incognitam, sed omnibus jam gentibus diffamatam, in qua lege scriptum est, Sacrificans diis eradicabitur, nisi Domino tantum. Quid opus est in hac ejus lege, ejusque Prophetis de hac re multa perquirere? Imo non perquirere, non enim abstrusa vel rara sunt; sed aperta et crebra colligere, et in hac disputatione mea ponere: quibus luce clarius apparet, nulli omnino nisi tantum sibi Deum verum et summum voluisse sacrificari.

Pues la investigación purga —dice—: la imitación deifica el afecto obrando hacia Él'. Bien ha predicado ciertamente a Dios Padre, y ha dicho con qué costumbres debe ser honrado. De cuyos preceptos están llenos los libros proféticos de los hebreos, cuando la vida de los santos es o vituperada o alabada. Pero en los cristianos tanto yerra, o tanto calumnia, cuanto quieren los demonios a quienes opina que son dioses; como si a cualquiera le fuera difícil recordar qué cosas torpes, qué cosas decorosas se hacían en los teatros y templos hacia el obsequio de los dioses; y atender a lo que se lee, se dice, se oye en las iglesias, o lo que se ofrece al Dios verdadero; y de aquí entender dónde está el edificio y dónde la ruina de las costumbres. ¿Pero quién dijo o inspiró a este una mentira tan vana y abierta, sino un espíritu diabólico, de que los cristianos reverencian más bien que odian a los demonios cuya adoración fue prohibida por los hebreos? Pero aquel Dios a quien honraron los sabios de los hebreos, también prohíbe que se sacrifique incluso a los celestiales santos ángeles y virtudes de Dios, a quienes veneramos y amamos como bienaventuradísimos ciudadanos en esta nuestra peregrinación mortal, tronando en su ley que dio a su pueblo hebreo, y diciendo con gran amenaza: 'El que sacrifique a los dioses será exterminado'. Y para que nadie pensara que se había mandado que no se sacrificara solo a los demonios pésimos y espíritus terrenales, a los que aquel llama mínimos o menores; porque también ellos mismos en las Sagradas Escrituras son llamados dioses, no de los hebreos, sino de las gentes; lo cual pusieron evidentemente los setenta intérpretes en el Salmo, diciendo: 'Porque todos los dioses de las gentes son demonios' (Salmo 95, 5): para que nadie, por tanto, pensara que a estos demonios ciertamente se prohibía, pero que a los celestiales o a todos o a algunos se permitía sacrificar, pronto añadió: 'sino al Señor solo', esto es, sino al Señor únicamente: no sea que por ventura en aquello que dice, 'sino al Señor solo' (nisi Domino soli), crea alguien que el Señor es el Sol (solem), al cual piensa que se debe sacrificar: lo cual se halla muy fácilmente en las Escrituras griegas que no ha de entenderse así.

5. El Dios de los hebreos, por tanto, a quien incluso este filósofo tan grande da un testimonio tan notable, dio una ley a su pueblo hebreo, escrita en lengua hebrea, no oscura e incógnita, sino ya divulgada entre todas las gentes, en la cual ley está escrito: 'El que sacrifique a los dioses será exterminado, sino al Señor solo'. ¿Qué necesidad hay de buscar muchas cosas en esta su ley y en sus profetas sobre esta materia? Antes bien, no de buscar, pues no son abstrusas ni raras, sino de recoger las abiertas y frecuentes, y ponerlas en esta mi disputa: por las cuales aparece más claro que la luz que el Dios verdadero y sumo no quiso que se sacrificara a nadie en absoluto sino solo a Él mismo.

Ecce hoc unum breviter, imo granditer, minaciter, sed veraciter dictum ab illo Deo, quem tam excellenter eorum doctissimi praedicant, audiatur, timeatur, impleatur, ne inobedientes eradicatio consequatur. Sacrificans, inquit, diis eradicabitur, nisi Domino tantum: non quo rei egeat alicujus, sed quia nobis expedit ut res ejus simus. Hinc enim canitur in sacris Litteris Hebraeorum: Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges (Psal. XV, 2). Hujus autem praeclarissimum atque optimum sacrificium nos ipsi sumus, hoc est civitas ejus, cujus rei mysterium celebramus oblationibus nostris, quae fidelibus notae sunt, sicut in libris praecedentibus disputavimus (Lib. 10, cap. 6, et alibi). Cessaturas enim victimas, quas in umbra futuri offerebant Judaei, et unum sacrificium gentes a solis ortu usque ad occasum, sicut jam fieri cernimus oblaturas, per Prophetas Hebraeos oracula increpuere divina: ex quibus quantum satis visum est, nonnulla protulimus, et huic jam operi aspersimus. Quapropter ubi non est ista justitia, ut secundum suam gratiam civitati obedienti Deus imperet unus et summus, ne cuiquam sacrificet, nisi tantum sibi; et per hoc in omnibus hominibus ad eamdem civitatem pertinentibus atque obedientibus Deo, animus etiam corpori, atque ratio vitiis, ordine legitimo fideliter imperet; ut quemadmodum justus unus, ita coetus populusque justorum vivat ex fide, quae operatur per dilectionem, qua homo diligit Deum, sicut diligendus est Deus, et proximum sicut semetipsum: ubi ergo non est ista justitia, profecto non est coetus hominum juris consensu et utilitatis communione sociatus. Quod si non est, utique populus non est, si vera est haec populi definitio. Ergo nec respublica est: quia res populi non est, ubi ipse populus non est.

Caput XXIV.

Qua definitione constet populi et reipublicae nuncupationem recte sibi non solum Romanos, sed etiam regna alia vindicare.

Si autem populus non isto, sed alio definiatur modo, velut si dicatur, Populus est coetus multitudinis rationalis, rerum quas diligit concordi communione sociatus: profecto ut videatur qualis quisque populus sit, illa sunt intuenda quae diligit. Quaecumque tamen diligat, si coetus est multitudinis, non pecorum, sed rationalium creaturarum, et eorum quae diligit concordi communione sociatus est, non absurde populus nuncupatur; tanto utique melior, quanto in melioribus; tantoque deterior, quanto est in deterioribus concors.

He aquí que esto solo, dicho brevemente, o mejor dicho grandiosamente, con amenaza, pero con verdad, por aquel Dios a quien sus más doctos varones tan excelentemente predican, sea oído, temido y cumplido, no sea que a los inobedientes siga el exterminio. 'El que sacrifique —dice— a los dioses será exterminado, sino al Señor solo': no porque necesite de cosa alguna, sino porque nos conviene a nosotros que seamos cosa suya. Pues de aquí se canta en las sagradas letras de los hebreos: 'Dije al Señor: Mi Dios eres Tú, porque no necesitas de mis bienes' (Salmo 15, 2). El sacrificio más preclaro y óptimo de este somos nosotros mismos, esto es, su ciudad, cuyo misterio celebramos con nuestras oblaciones, las cuales son conocidas por los fieles, como hemos disputado en los libros precedentes (Lib. 10, cap. 6, y en otros lugares). Pues que habían de cesar las víctimas que los judíos ofrecían en sombra de lo futuro, y que las gentes habían de ofrecer un solo sacrificio desde la salida del sol hasta su ocaso, como ya vemos que se hace, lo han tronado los oráculos divinos por los profetas hebreos: de los cuales, cuanto ha parecido suficiente, hemos presentado algunos y los hemos esparcido ya en esta obra. Por lo cual, donde no existe esta justicia de que, según su gracia, Dios uno y sumo mande a la ciudad obediente para que no sacrifique a los dioses sino solo a Él; y por esto, en todos los hombres pertenecientes a la misma ciudad y obedientes a Dios, el alma también mande al cuerpo, y la razón a los vicios, con orden legítimo y fielmente; para que, así como el justo individual, así la junta y el pueblo de los justos viva de la fe, que obra por la dilección con la que el hombre ama a Dios como Dios debe ser amado, y al prójimo como a sí mismo: donde, por tanto, no existe esta justicia, ciertamente no hay junta de hombres asociada por el consenso del derecho y la comunión de la utilidad. Lo cual, si no existe, ciertamente no hay pueblo, si es verdadera esta definición de pueblo. Por tanto, tampoco hay república: porque no hay cosa del pueblo donde el pueblo mismo no existe.

Capítulo XXIV.

Por qué definición consta que el nombre de pueblo y de república se lo reivindican rectamente no solo los romanos, sino también otros reinos.

Pero si el pueblo se define no de aquel modo, sino de otro, como si se dijera: «Pueblo es la junta de una multitud racional, asociada por la comunión concordante de las cosas que ama»: ciertamente, para ver qué tal sea cada pueblo, se deben considerar aquellas cosas que ama. Sin embargo, cualesquiera que sean las cosas que ame, si es una junta de una multitud, no de ganados, sino de criaturas racionales, y está asociada por la comunión concordante de las cosas que ama, no absurdamente se denomina pueblo; tanto mejor ciertamente, cuanto sea concorde en cosas mejores; y tanto peor, cuanto sea concorde en cosas peores.

Secundum istam definitionem nostram Romanus populus, populus est; et res ejus sine dubitatione respublica. Quid autem primis temporibus suis, quidve sequentibus populus ille dilexerit, et quibus moribus ad cruentissimas seditiones, atque inde ad socialia atque civilia bella perveniens, ipsam concordiam, quae salus quodammodo est populi, ruperit atque corruperit, testatur historia: de qua in praecedentibus libris multa posuimus. Nec ideo tamen vel ipsum non esse populum, vel ejus rem dixerim non esse rempublicam, quamdiu manet qualiscumque rationalis multitudinis coetus, rerum quas diligit concordi communione sociatus. Quod autem de isto populo et de ista republica dixi, hoc de Atheniensium vel quorumcumque Graecorum, hoc de Aegyptiorum, noc de illa priore Babylone Assyriorum, quando in rebus suis publicis imperia vel parva vel magna tenuerunt, et de alia quacumque aliarum gentium intelligar dixisse atque sensisse. Generaliter quippe civitas impiorum, cui non imperat Deus obedienti sibi, ut sacrificium non offerat, nisi tantummodo sibi, et per hoc in illa et animus corpori, ratioque vitiis recte ac fideliter imperet, caret justitiae veritate.

Caput XXV.

Quod non possint ibi verae esse virtutes, ubi non est vera religio.

Quamlibet enim videatur animus corpori, et ratio vitiis laudabiliter imperare; si Deo animus et ratio ipsa non servit, sicut sibi serviendum esse ipse Deus praecepit, nullo modo corpori vitiisque recte imperat. Nam qualis corporis atque vitiorum potest esse mens domina, veri Dei nescia, nec ejus imperio subjugata, sed vitiosissimis daemonibus corrumpentibus prostituta? Proinde virtutes, quas sibi habere videtur, per quas imperat corpori et vitiis ad quodlibet adipiscendum vel tenendum, nisi ad Deum retulerit, etiam ipsae vitia sunt potius quam virtutes. Nam licet a quibusdam tunc verae et honestae putentur esse virtutes, cum ad se ipsas referuntur, nec propter aliud expetuntur; etiam tunc inflatae ac superbae sunt: et ideo non virtutes, sed vitia judicanda sunt . Sicut enim non est a carne, sed super carnem, quod carnem facit vivere: sic non est ab homine, sed super hominem, quod hominem facit beate vivere; nec solum hominem, sed etiam quamlibet Potestatem Virtutemque coelestem.

Caput XXVI.

De pace populi alienati a Deo, qua utitur ad pietatem populus Dei, dum in hoc peregrinus est mundo.

Según esta nuestra definición, el pueblo romano es pueblo; y su cosa es sin duda una república. Pero qué haya amado aquel pueblo en sus primeros tiempos, o qué en los siguientes, y con qué costumbres —llegando a sediciones sangrientísimas, y de ahí a guerras sociales y civiles— haya roto y corrompido la misma concordia, que es en cierto modo la salud del pueblo, la historia lo atestigua: sobre lo cual hemos puesto muchas cosas en los libros precedentes. Mas no por eso diría yo que el pueblo mismo no existe, o que su cosa no es una república, mientras permanezca cualquier junta de una multitud racional, asociada por la comunión concordante de las cosas que ama. Pero lo que he dicho de este pueblo y de esta república, entiéndase que lo he dicho y sentido de los atenienses o de cualesquiera otros griegos, de los egipcios, de aquella primera Babilonia de los asirios, cuando en sus asuntos públicos tuvieron imperios ya pequeños ya grandes, y de cualquier otra de las demás naciones. Pues, en general, la ciudad de los impíos, a la cual no manda Dios obedeciéndole ella, para que no ofrezca sacrificio sino solo a Él, y por esto en ella tanto el alma mande al cuerpo como la razón a los vicios recta y fielmente, carece de la verdad de la justicia.

Capítulo XXV.

Que no pueden existir allí verdaderas virtudes donde no existe la verdadera religión.

Pues por más que parezca que el alma manda al cuerpo y la razón a los vicios de modo loable; si el alma y la razón misma no sirven a Dios, tal como Dios mismo mandó que se le sirviera, de ningún modo mandan rectamente al cuerpo y a los vicios. Pues, ¿qué clase de señora del cuerpo y de los vicios puede ser una mente ignorante del Dios verdadero, y no subyugada a su imperio, sino prostituida a los viciosísimos demonios corruptores? Por consiguiente, las virtudes que parece tener para sí, por las cuales manda al cuerpo y a los vicios para alcanzar o poseer cualquier cosa, si no las refiere a Dios, también ellas son más bien vicios que virtudes. Pues aunque algunos piensen que son virtudes verdaderas y honestas cuando se refieren a sí mismas y no se buscan por otra cosa, aun entonces están infladas y soberbias; y por tanto, no deben juzgarse como virtudes, sino como vicios. Porque así como lo que hace vivir a la carne no es de la carne, sino superior a ella, así lo que hace vivir al hombre bienaventuradamente no es del hombre, sino superior a él; y no solo al hombre, sino también a cualquier Potestad y Virtud celestial.

Capítulo XXVI.

De la paz del pueblo ajeno a Dios, de la cual usa para la piedad el pueblo de Dios, mientras es peregrino en este mundo.

Quocirca ut vita carnis anima est, ita beata vita hominis Deus est, de quo dicunt sacrae Litterae Hebraeorum, Beatus populus, cujus est Dominus Deus ipsius (Psal. CXLIII, 15). Miser igitur populus ab isto alienatus Deo. Diligit tamen ipse etiam quamdam pacem suam non improbandam, quam quidem non habebit in fine, quia non ea bene utitur ante finem. Hanc autem ut interim habeat in hac vita, nostra etiam interest: quoniam quamdiu permixtae sunt ambae civitates, utimur et nos pace Babylonis: ex qua ita per fidem populus Dei liberatur, ut apud hanc interim peregrinetur. Propter quod et Apostolus admonuit Ecclesiam, ut oraret pro regibus ejus atque sublimibus, addens et dicens, ut quietam et tranquillam vitam agamus cum omni pietate et charitate (I Tim. II, 2). Et propheta Jeremias cum populo Dei veteri venturam praenuntiaret captivitatem, et divinitus imperaret ut obedienter in Babyloniam irent, Deo suo etiam ista patientia servientes, monuit et ipse ut oraretur pro illa, dicens, quia in ejus est pace pax vestra (Jerem. XXIX, 7), utique interim temporalis, quae bonis malisque communis est.

Caput XXVII.

De pace servientium Deo, cujus perfecta tranquillitas in hac temporali vita non potest apprehendi.

Pax autem nostra propria, et hic est cum Deo per fidem, et in aeternum erit cum illo per speciem. Sed hic sive illa communis, sive nostra propria, talis est pax, ut solatium miseriae sit potius quam beatitudinis gaudium. Ipsa quoque nostra justitia, quamvis vera sit propter veri boni finem, ad quem refertur, tamen tanta est in hac vita, ut potius peccatorum remissione constet, quam perfectione virtutum. Testis est oratio totius civitatis Dei, quae peregrinatur in terris. Per omnia quippe membra sua clamat ad Deum, Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris (Matth. VI, 12). Nec pro eis est efficax haec oratio, quorum fides sine operibus mortua est (Jacobi II, 17, 26): sed pro eis quorum fides per dilectionem operatur (Galat. V, 6). Quia enim Deo quidem subdita, in hac tamen conditione mortali, et corpore corruptibili quod aggravat animam (Sap. IX, 15), non perfecte vitiis imperat ratio, ideo necessaria est justis talis oratio. Nam profecto quanquam imperetur, nequaquam sine conflictu vitiis imperatur.

Por lo cual, así como la vida de la carne es el alma, así la vida bienaventurada del hombre es Dios, de quien dicen las sagradas letras de los hebreos: «Bienaventurado el pueblo cuyo Señor es su Dios» (Salmo 143, 15). Miserable es, por tanto, el pueblo ajeno a este Dios. Sin embargo, él mismo ama también una cierta paz suya, no reprobable, la cual ciertamente no tendrá al final, porque no usa bien de ella antes del fin. Pero el que tenga esta paz interinamente en esta vida, también nos interesa a nosotros: puesto que mientras ambas ciudades están mezcladas, también nosotros usamos de la paz de Babilonia; de la cual el pueblo de Dios se libera de tal modo por la fe, que entre tanto peregrina en ella. Por lo cual también el Apóstol amonestó a la Iglesia para que orara por sus reyes y por los que están en eminencia, añadiendo y diciendo: «para que pasemos una vida quieta y tranquila con toda piedad y caridad» (1 Timoteo 2, 2). Y el profeta Jeremías, cuando vaticinaba al antiguo pueblo de Dios la cautividad venidera, y mandaba por inspiración divina que fueran obedientemente a Babilonia, sirviendo a su Dios también con aquella paciencia, él mismo amonestó también que se orara por ella, diciendo: «porque en su paz está vuestra paz» (Jeremías 29, 7), ciertamente la paz temporal interina, que es común a buenos y malos.

Capítulo XXVII.

De la paz de los que sirven a Dios, cuya perfecta tranquilidad no puede alcanzarse en esta vida temporal.

Pero nuestra paz propia es aquí con Dios por la fe, y será eternamente con Él por la visión. Pero aquí, ya sea aquella paz común, ya sea la nuestra propia, tal es la paz que es más bien consuelo de la miseria que gozo de la bienaventuranza. También nuestra misma justicia, aunque sea verdadera por el fin del verdadero bien al que se refiere, es sin embargo tal en esta vida, que consiste más bien en la remisión de los pecados que en la perfección de las virtudes. Testigo es la oración de toda la ciudad de Dios que peregrina en la tierra. Pues por todos sus miembros clama a Dios: «Perdónanos nuestras deudas, así como nosotros perdonamos a nuestros deudores» (Mateo 6, 12). Y esta oración no es eficaz para aquellos cuya fe sin obras está muerta (Santiago 2, 17, 26), sino para aquellos cuya fe obra por el amor (Gálatas 5, 6). Porque como la razón, aunque ciertamente está sujeta a Dios, en esta condición mortal y con el cuerpo corruptible que agrava al alma (Sabiduría 9, 15), no manda perfectamente a los vicios, por eso es necesaria a los justos tal oración. Pues ciertamente, aunque se mande, de ningún modo se manda a los vicios sin conflicto.

Et utique subrepit aliquid in hoc loco infirmitatis etiam bene confligenti, sive hostibus talibus victis subditisque dominanti, unde, si non facili operatione, certe labili locutione aut volatili cogitatione peccetur. Et ideo quamdiu vitiis imperatur, plena pax non est: quia et illa quae resistunt, periculoso debellantur praelio; et illa quae victa sunt, nondum securo triumphantur otio, sed adhuc sollicito premuntur imperio. In his ergo tentationibus, de quibus omnibus in divinis eloquiis breviter dictum est, Numquid non tentatio est vita humana super terram (Job VII, 1, sec. LXX)? quis ita vivere se praesumat, ut dicere Deo, Dimitte nobis debita nostra, non necesse habeat, nisi homo elatus? Nec vero magnus, sed inflatus ac tumidus, cui per justitiam resistit qui gratiam largitur humilibus. Propter quod scriptum est: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam (Jacobi IV, 6; I Petr. V, 5). Hic itaque in unoquoque justitia est, ut obedienti Deus homini, animus corpori, ratio autem vitiis etiam repugnantibus imperet, vel subigendo, vel resistendo; atque ut ab ipso Deo petatur et meritorum gratia, et venia delictorum, ac de acceptis bonis gratiarum actio persolvatur. In illa vero pace finali, quo referenda, et cujus adipiscendae causa habenda est ista justitia, quoniam sanata immortalitate atque incorruptione natura vitia non habebit, nec unicuique nostrum vel ab alio vel a se ipso quidquam repugnabit, non opus erit ut ratio vitiis, quae nulla erunt, imperet: sed imperabit Deus homini, animus corpori; tantaque obediendi ibi erit suavitas et facilitas, quanta vivendi regnandique felicitas. Et hoc illic in omnibus atque in singulis aeternum erit, aeternumque esse certum erit: et ideo pax beatitudinis hujus, vel beatitudo pacis hujus, summum bonum erit.

Caput XXVIII.

In quem finem venturus sit exitus impiorum.

CAPUT XXVIII.---In quem finem venturus sit exitus impiorum. Eorum autem qui non pertinent ad istam civitatem Dei, erit et contrario miseria sempiterna, quae etiam secunda mors dicitur (Apoc. II, 11; XX, 6; XXI, 8): quia nec anima ibi vivere dicenda est, quae a vita Dei alienata erit; nec corpus, quod aeternis doloribus subjacebit. Ac per hoc ideo durior ista secunda mors erit, quia finiri morte non poterit. Sed quoniam sicut miseria beatitudini, et mors vitae, ita bellum paci videtur esse contrarium; merito quaeritur, sicut pax in bonorum finibus praedicata est atque laudata, quod vel quale bellum in finibus malorum e contrario possit intelligi. Verum qui hoc quaerit, attendat quid in bello noxium perniciosumque sit, et videbit nihil aliud esse, quam inter se rerum adversitatem atque conflictum.

Y ciertamente algo de flaqueza se desliza en este punto incluso para el que lucha bien, o para el que domina a tales enemigos vencidos y sometidos, de donde, si no por una acción fácil, ciertamente por una palabra resbaladiza o un pensamiento fugaz se peca. Y por tanto, mientras se manda a los vicios, no hay paz plena: porque tanto las cosas que resisten se vencen en peligrosa batalla, como las que han sido vencidas aún no se triunfan en ocio seguro, sino que todavía son oprimidas por un mando solícito. En estas tentaciones, por tanto, sobre todas las cuales se ha dicho brevemente en las divinas palabras: «¿No es una tentación la vida humana sobre la tierra?» (Job 7, 1, sec. LXX); ¿quién presumiría vivir de tal modo que no tenga necesidad de decir a Dios: «Perdónanos nuestras deudas», sino el hombre engreído? Ni en verdad grande, sino inflado y tumefacto, a quien por la justicia resiste aquel que otorga la gracia a los humildes. Por lo cual está escrito: «Dios resiste a los soberbios, pero da la gracia a los humildes» (Santiago 4, 6; 1 Pedro 5, 5). Aquí, pues, la justicia consiste en cada uno en que Dios mande al hombre obediente, el alma al cuerpo, y la razón a los vicios aun cuando se oponen, ya sea sometiéndolos o resistiéndoles; y en que se pida al mismo Dios tanto la gracia de los méritos como el perdón de los delitos, y se rinda la acción de gracias por los bienes recibidos. Pero en aquella paz final, a la cual debe referirse y por cuya consecución debe tenerse esta justicia, puesto que la naturaleza, sanada por la inmortalidad e incorrupción, no tendrá vicios, ni nada resistirá a cada uno de nosotros ni por parte de otro ni de sí mismo, no habrá necesidad de que la razón mande a los vicios, que no existirán; sino que Dios mandará al hombre, y el alma al cuerpo; y habrá allí tanta suavidad y facilidad de obedecer, cuanta felicidad de vivir y de reinar. Y esto será allí eterno en todos y en cada uno, y será cierto que es eterno; y por tanto, la paz de esta bienaventuranza, o la bienaventuranza de esta paz, será el sumo bien.

Capítulo XXVIII.

A qué fin ha de llegar la salida de los impíos.

Pero de aquellos que no pertenecen a esta ciudad de Dios, habrá por el contrario una miseria sempiterna, que también se llama muerte segunda (Apocalipsis 2, 11; 20, 6; 21, 8): porque ni se ha de decir que allí vive el alma, que estará ajena a la vida de Dios; ni el cuerpo, que estará sujeto a dolores eternos. Y por esto, tanto más dura será esta muerte segunda cuanto que no podrá terminarse con la muerte. Pero como así como la miseria es contraria a la bienaventuranza y la muerte a la vida, así la guerra parece ser contraria a la paz; con razón se pregunta, así como la paz en los fines de los buenos ha sido predicada y alabada, qué o cuál guerra puede entenderse, por el contrario, en los fines de los malos. Pero quien esto pregunta, atienda a lo que hay de nocivo y pernicioso en la guerra, y verá que no es otra cosa que la adversidad y el conflicto de las cosas entre sí.

Quod igitur bellum gravius et amarius cogitari potest, quam ubi voluntas sic adversa est passioni, et passio voluntati, ut nullius earum victoria tales inimicitiae finiantur; et ubi sic confligit cum ipsa natura corporis vis doloris, ut neutrum alteri cedat? Hic enim quando contingit iste conflictus, aut dolor vincit, et sensum mors adimit; aut natura vincit , et dolorem sanitas tollit. Ibi autem et dolor permanet, ut affligat; et natura perdurat, ut sentiat: quia utrumque ideo non deficit, ne poena deficiat. Ad hos autem fines bonorum et malorum, illos expetendos, istos cavendos, quoniam per judicium transibunt ad illos boni, ad istos mali; de hoc judicio, quantum Deus donaverit, in consequenti volumine disputabo.

De judicio novissimo, deque testimoniis cum Novi, tum Veteris Instrumenti, quibus denuntiatur futurum.

Caput Primum.

Quod quamvis omni tempore Deus judicet, in hoc tamen libro de novissimo ejus judicio sit proprie disputandum.

1. De die ultimi judicii Dei, quod ipse donaverit, locuturi, eumque asserturi adversus impios et incredulos, tanquam in aedificii fundamento prius ponere testimonia divina debemus. Quibus qui nolunt credere, humanis ratiunculis falsis atque fallacibus contravenire conantur, ad hoc ut aut aliud significare contendant quod adhibetur testimonium de Litteris sacris, aut omnino divinitus esse dictum negent. Nam nullum existimo esse mortalium, qui cum ea, sicut dicta sunt, intellexerit, et a summo ac vero Deo per animas sanctas dicta esse crediderit, non eis cedat atque consentiat: sive id etiam ore fateatur, sive aliquo vitio fateri erubescat, aut metuat; vel etiam pervicacia simillima insaniae, id quod falsum esse novit aut credit, contra id quod verum esse novit aut credit, etiam contentiosissime defendere moliatur.

2. Quod ergo in confessione ac professione tenet omnis Ecclesia Dei veri, Christum de coelo esse venturum ad vivos ac mortuos judicandos, hunc divini judicii ultimum diem dicimus, id est, novissimum tempus. Nam per quot dies hoc judicium tendatur, incertum est: sed Scripturarum more sanctarum diem poni solere pro tempore, nemo qui illas litteras quamlibet negligenter legerit, nescit.

¿Qué guerra, pues, puede pensarse más grave y amarga que aquella donde la voluntad es tan adversa a la pasión, y la pasión a la voluntad, que con la victoria de ninguna de ellas se terminen tales enemistades; y donde de tal modo lucha con la misma naturaleza del cuerpo la fuerza del dolor, que ninguno de los dos ceda al otro? Pues aquí, cuando sucede este conflicto, o el dolor vence y la muerte quita el sentido, o la naturaleza vence y la salud quita el dolor. Pero allí tanto el dolor permanece para afligir, como la naturaleza perdura para sentir; porque ambos no faltan para que no falte la pena. Pero hacia estos fines de los buenos y de los malos, aquellos para ser buscados y estos para ser evitados —puesto que por el juicio pasarán los buenos a aquellos y los malos a estos —, sobre este juicio, cuanto Dios me concediere, disputaré en el volumen siguiente.

LIBRO VIGÉSIMO. Del juicio novísimo, y de los testimonios tanto del Nuevo como del Viejo Testamento, por los cuales se anuncia para el futuro.

Capítulo Primero.

Que aunque Dios juzga en todo tiempo, sin embargo en este libro se ha de disputar propiamente sobre su juicio novísimo.

1. Habiendo de hablar del día del último juicio de Dios —el cual Él mismo me concediere— y habiéndolo de defender contra los impíos e incrédulos, debemos poner primero los testimonios divinos como en el fundamento de un edificio. Aquellos que no quieren creer en ellos, intentan contravenirlos con raciocinios humanos falsos y falaces, con el fin de pretender o bien que el testimonio que se aduce de las Sagradas Letras significa otra cosa, o bien negar del todo que haya sido dicho por inspiración divina. Pues no estimo que haya mortal alguno que, cuando haya entendido estas cosas tal como han sido dichas, y haya creído que han sido dichas por el sumo y verdadero Dios por medio de almas santas, no ceda y consienta a ellas: ya sea que lo confiese también de palabra, o ya sea que por algún vicio se avergüence o tema confesarlo; o incluso por una pertinacia semejante a la locura, se esfuerce en defender muy contenciosamente lo que sabe o cree ser falso contra lo que sabe o cree ser verdadero.

2. Aquello, pues, que toda la Iglesia del Dios verdadero mantiene en su confesión y profesión, a saber, que Cristo ha de venir del cielo para juzgar a los vivos y a los muertos, lo llamamos el último día del juicio divino, esto es, el tiempo novísimo. Pues por cuántos días se extienda este juicio es incierto; pero que por la costumbre de las Sagradas Escrituras suele ponerse el día por el tiempo, nadie que haya leído aquellas letras, por descuidadamente que sea, lo ignora.

Ideo autem cum diem judicii Dei dicimus, addimus ultimum vel novissimum; quia et nunc judicat, et ab humani generis initio judicavit, dimittens de paradiso, et a ligno vitae separans primos homines peccati magni perpetratores: imo etiam quando angelis peccantibus non pepercit (II Petr. II, 4), quorum princeps homines a se ipso subversus invidendo subvertit, procul dubio judicavit. Nec sine illius alto justoque judicio, et in hoc aerio coelo, et in terris, et daemonum et hominum miserrima est vita, erroribus aerumnisque plenissima. Verum etsi nemo peccasset, non sine bono rectoque judicio universam rationalem creaturam perseverantissime sibi Domino suo cohaerentem in aeterna beatitudine retineret. Judicat etiam, non solum universaliter de genere daemonum atque hominum, ut miseri sint propter primorum meritum peccatorum; sed etiam de singulorum operibus propriis, quae gerunt arbitrio voluntatis. Nam et daemones ne torqueantur, precantur (Matth. VIII, 29): nec utique injuste vel parcitur eis, vel pro sua quique improbitate torquentur. Et homines plerumque aperte, semper occulte, luunt pro suis factis divinitus poenas, sive in hac vita, sive post mortem: quamvis nullus hominum agat recte, nisi divino adjuvetur auxilio; nullus daemonum aut hominum agat inique, nisi divino eodemque justissimo judicio permittatur. Sicut enim ait Apostolus, Non est iniquitas apud Deum (Rom. IX, 14); et, sicut ipse alibi dicit, Inscrutabilia sunt judicia Dei, et investigabiles viae ejus (Id. XI, 33). Non igitur in hoc libro de illis primis, nec de istis mediis Dei judiciis, sed de ipso novissimo judicio, quantum ipse tribuerit, disputabo, quando Christus de coelo venturus est vivos judicaturus et mortuos. Iste quippe dies judicii proprie jam vocatur, eo quod nullus ibi erit imperitae querelae locus, cur injustus ille sit felix, et cur ille justus infelix. Omnium namque tunc nonnisi bonorum vera et plena felicitas, et omnium nonnisi malorum digna et summa infelicitas apparebit.

Caput II.

De varietate rerum humanarum, cui non potest dici deesse judicium Dei, quamvis nequeat vestigari.

Y por eso, cuando decimos el día del juicio de Dios, añadimos el último o el novísimo; porque también juzga ahora, y juzgó desde el principio del género humano, echando del paraíso y separando del árbol de la vida a los primeros hombres perpetradores de un gran pecado; e incluso cuando no perdonó a los ángeles pecadores (2 Pedro 2, 4), cuyo príncipe, subvertido él mismo, subvirtió a los hombres por envidia, juzgó sin duda alguna. Ni sin su alto y justo juicio es misérrima la vida tanto en este cielo aéreo como en la tierra, tanto de los demonios como de los hombres, llenísima de errores y de trabajos. Pero aunque nadie hubiera pecado, no sin un buen y recto juicio retendría en la bienaventuranza eterna a toda la criatura racional que perseverara muy constantemente unida a Él, su Señor. Juzga también, no solo universalmente sobre el género de los demonios y de los hombres, para que sean miserables por el mérito de los primeros pecados; sino también sobre las obras propias de cada uno, que realizan por el albedrío de la voluntad. Pues también los demonios ruegan para no ser atormentados (Mateo 8, 29); ni ciertamente de modo injusto se les perdona o se les atormenta a cada uno según su maldad. Y los hombres frecuentemente de modo abierto, siempre de modo oculto, pagan divinamente las penas por sus hechos, ya sea en esta vida, ya después de la muerte; aunque ningún hombre actúe rectamente si no es ayudado por el auxilio divino, y ningún demonio o hombre actúe inicuamente si no es por el mismo y justísimo juicio divino que lo permite. Pues como dice el Apóstol: «No hay iniquidad en Dios» (Romanos 9, 14); y como él mismo dice en otro lugar: «Inescrutables son los juicios de Dios, e investigables sus caminos» (Romanos 11, 33). No disputaré, pues, en este libro sobre aquellos primeros ni sobre estos medios juicios de Dios, sino sobre el mismo juicio novísimo, cuanto Él me concediere, cuando Cristo ha de venir del cielo para juzgar a vivos y muertos. Aquel día ciertamente se llama ya propiamente «día del juicio», por el hecho de que no habrá allí lugar alguno para la queja ignorante de por qué aquel injusto es feliz, y por qué aquel justo es infeliz. Pues entonces aparecerá la verdadera y plena felicidad de todos los que no sean sino buenos, y la digna y suma infelicidad de todos los que no sean sino malos.

Capítulo II.

De la variedad de las cosas humanas, de la cual no puede decirse que falte el juicio de Dios, aunque no pueda rastrearse.

Nunc autem et mala aequo animo ferre discimus, quae patiuntur et boni; et bona non magnipendere, quae adipiscuntur et mali. Ac per hoc etiam in his rebus, in quibus non apparet divina justitia, salutaris est divina doctrina. Nescimus enim quo judicio Dei bonus ille sit pauper, malus ille sit dives: iste gaudeat, quem pro suis perditis moribus cruciari debuisse moeroribus arbitramur; contristetur ille, quem vita laudabilis gaudere debuisse persuadet: exeat de judicio non solum inultus, verum etiam damnatus innocens, aut iniquitate judicis pressus, aut falsis obrutus testimoniis; e contrario scelestus adversarius ejus non solum impunitus, verum etiam vindicatus insultet: impius optime valeat, pius languore tabescat: latrocinentur sanissimi juvenes; et qui nec verbo quemquam laedere potuerunt, diversa morborum atrocitate affligantur infantes: utilis rebus humanis immatura morte rapiatur; et qui videntur nec nasci debuisse, diutissime insuper vivant: plenus criminibus sublimetur honoribus, et hominem sine querela tenebrae ignobilitatis abscondant: et caetera hujusmodi, quae quis colligit, quis enumerat? Quae si haberent in ipsa velut absurditate constantiam, ut in hac vita, in qua homo, sicut sacer Psalmus eloquitur, vanitati similis factus est, et dies ejus velut umbra praetereunt (Psal. CXLIII, 4), nonnisi mali adipiscerentur transitoria bona ista atque terrena, nec nisi boni talia paterentur mala, posset hoc referri ad judicium justum Dei, vel etiam benignum; ut qui non erant assecuturi bona aeterna, quae faciunt beatos, temporalibus vel deciperentur pro malitia sua, vel pro Dei misericordia consolarentur bonis; et qui non erant passuri aeterna tormenta, temporalibus vel pro suis quibuscumque et quantuliscumque peccatis affligerentur, vel propter implendas virtutes exercerentur malis. Nunc vero quando non solum in malo sunt boni, et in bono mali, quod videtur injustum; verum etiam plerumque et malis mala eveniunt, et bonis bona proveniunt: magis inscrutabilia fiunt judicia Dei (Rom. XI, 33), et investigabiles viae illius. Quamvis ergo nesciamus quo judicio Deus ista vel faciat, vel fieri sinat, apud quem summa virtus est et summa sapientia, summa justitia, nulla infirmitas, nulla temeritas, nulla iniquitas: salubriter tamen discimus non magnipendere seu bona, seu mala, quae videmus esse bonis malisque communia; et illa bona quaerere, quae bonorum, atque illa mala maxime fugere, quae propria sunt malorum.

Pero ahora aprendemos tanto a soportar con ánimo sereno los males que padecen también los buenos, como a no tener en mucho los bienes que alcanzan también los malos. Y por esto, incluso en aquellas cosas en las que no aparece la justicia divina, es saludable la doctrina divina. Pues no sabemos por qué juicio de Dios aquel hombre bueno es pobre y aquel malo es rico; que se alegre este, a quien juzgamos que debió ser atormentado con pesares por sus costumbres perdidas; que se entristezca aquel, a quien su vida laudable nos persuade de que debió alegrarse; que salga del juicio no solo sin venganza, sino incluso condenado un inocente, o bien oprimido por la iniquidad del juez, o bien abrumado por falsos testimonios; por el contrario, que su malvado adversario, no solo impune, sino incluso vindicado, lo insulte; que el impío goce de perfecta salud y el piadoso languidezca en la enfermedad; que cometan latrocinios jóvenes sanísimos, y que niños que ni siquiera con la palabra pudieron dañar a nadie, sean afligidos por la atrocidad de diversas enfermedades; que el que es útil para las cosas humanas sea arrebatado por una muerte prematura, y que aquellos que parecen no haber debido ni nacer, vivan además larguísimamente; que el hombre lleno de crímenes sea elevado con honores, y que las tinieblas de la innobleza oculten al hombre sin queja; y otras cosas de este género, ¿quién las recoge, quién las enumera? Las cuales, si tuvieran una constancia en su misma absurdidad, de modo que en esta vida, en la cual el hombre —como dice el sagrado Salmo— se ha hecho semejante a la vanidad y sus días pasan como una sombra (Salmo 143, 4), no alcanzaran sino los malos estos bienes transitorios y terrenos, ni padecieran sino los buenos tales males, podría esto referirse al juicio justo de Dios, o incluso benigno; de modo que los que no habían de alcanzar los bienes eternos que hacen bienaventurados, o bien fueran engañados por los temporales por su malicia, o bien fueran consolados con bienes por la misericordia de Dios; y los que no habían de padecer tormentos eternos, fueran afligidos por los temporales ya sea por sus pecados cualesquiera y por pequeños que fueran, o bien fueran ejercitados por los males para el cumplimiento de las virtudes. Pero ahora, cuando no solo los buenos están en el mal y los malos en el bien, lo cual parece injusto; sino que también frecuentemente tanto a los malos les suceden males como a los buenos les sobrevienen bienes: más inescrutables se vuelven los juicios de Dios (Romanos 11, 33), e investigables sus caminos. Aunque, por tanto, no sepamos por qué juicio Dios hace estas cosas o permite que se hagan —en quien está la suma virtud y la suma sabiduría, la suma justicia, ninguna flaqueza, ninguna temeridad, ninguna iniquidad—, sin embargo saludablemente aprendemos a no tener en mucho ya sean los bienes o los males que vemos ser comunes a buenos y malos; y a buscar aquellos bienes que son de los buenos, y a huir máximamente de aquellos males que son propios de los malos.

Cum vero ad illud Dei judicium venerimus, cujus tempus jam proprie dies judicii, et aliquando dies Domini nuncupatur; non solum quaecumque tunc judicabuntur, verum etiam quaecumque ab initio judicata, et quaecumque usque ad illud tempus adhuc judicanda sunt, apparebunt esse justissima. Ubi hoc quoque manifestabitur, quam justo judicio Dei fiat, ut nunc tam multa ac pene omnia justa judicia Dei sensus mentesque mortalium lateant; cum tamen in hac re piorum fidem non lateat, justum esse quod latet.

Caput III.

Quid in libro Ecclesiaste Salomon de his quae in hac vita et bonis et malis sunt communia, disputarit.

Nempe Salomon, sapientissimus rex Israel, qui regnavit in Jerusalem, librum qui vocatur Ecclesiastes, et a Judaeis quoque habetur in sacrarum canone Litterarum, sic exorsus est: Vanitas vanitantium, dixit Ecclesiastes; vanitas vanitantium, et omnia vanitas. Quae homini abundantia in omni labore suo, quo laborat sub sole (Eccle. I, 2 et 3)? Et cum ex hac sententia connecteret caetera, commemorans aerumnas erroresque vitae hujus, et vanescentes interea temporum lapsus, ubi nihil solidum, nihil stabile retinetur; in ea rerum vanitate sub sole, illud etiam deplorat quodammodo, quod cum sit abundantia sapientiae super insipientiam, sicut abundantia lucis super tenebras, sapientisque oculi sint in capite ipsius, et stultus in tenebris ambulet; unus tamen incursus incurrat omnibus (Id. II, 13, 14), utique in hac vita quae sub sole agitur: significans videlicet ea mala, quae bonis et malis videmus esse communia. Dicit etiam illud, quod et boni patiantur mala, tanquam mali sint, et mali tanquam boni sint, adipiscantur bona, ita loquens: Est, inquit, vanitas, quae facta est super terram; quia sunt justi, super quos venit sicut factum impiorum; et sunt impii, super quos venit sicut factum justorum. Dixi quoniam hoc quoque vanitas (Id. VIII, 14). In hac vanitate, cui, quantum satis visum est, intimandae totum istum librum vir sapientissimus deputavit, non utique ob aliud, nisi ut eam vitam desideremus, quae vanitatem non habet sub hoc sole, sed veritatem sub illo qui fecit hunc solem: in hac ergo vanitate, numquid nisi justo Dei rectoque judicio similis eidem vanitati factus vanesceret homo?

Pero cuando hayamos llegado a aquel juicio de Dios, cuyo tiempo se llama ya propiamente día del juicio, y a veces día del Señor; no solo cualesquiera cosas que entonces se juzguen, sino incluso cualesquiera que desde el principio se juzgaron y cualesquiera que hasta aquel tiempo aún han de ser juzgadas, aparecerán como justísimas. Donde se manifestará también esto: con qué justo juicio de Dios sucede que ahora tantos y casi todos los justos juicios de Dios estén ocultos a los sentidos y mentes de los mortales; aunque, sin embargo, en este punto no se le oculte a la fe de los piadosos que es justo lo que está oculto.

Capítulo III.

Qué disputó Salomón en el libro del Eclesiastés sobre las cosas que en esta vida son comunes a buenos y malos.

Ciertamente Salomón, sapientísimo rey de Israel, que reinó en Jerusalén, comenzó así el libro que se llama Eclesiastés, y que también los judíos tienen en el canon de las Sagradas Letras: «Vanidad de vanidades, dijo el Eclesiastés; vanidad de vanidades, y todo es vanidad. ¿Qué abundancia tiene el hombre en todo su trabajo con que trabaja bajo el sol?» (Eclesiastés 1, 2 y 3). Y al conectar lo demás con esta sentencia, conmemorando los trabajos y errores de esta vida, y los transcursos de los tiempos que entre tanto se desvanecen, donde nada sólido, nada estable se retiene; en esa vanidad de las cosas bajo el sol, deplora también en cierto modo que, aunque haya abundancia de sabiduría sobre la insapiencia, como abundancia de luz sobre las tinieblas, y los ojos del sabio estén en su cabeza, mientras el necio camina en tinieblas; sin embargo, un mismo suceso les sucede a todos (Eclesiastés 2, 13, 14), ciertamente en esta vida que se pasa bajo el sol: significando, a saber, aquellos males que vemos ser comunes a buenos y malos. Dice también aquello de que tanto los buenos padecen males como si fueran malos, como los malos alcanzan bienes como si fueran buenos, hablando así: «Hay —dice— una vanidad que se hace sobre la tierra; porque hay justos sobre los cuales viene como si fuera el hecho de los impíos; y hay impíos sobre los cuales viene como si fuera el hecho de los justos. Dije que esto también es vanidad» (Eclesiastés 8, 14). En esta vanidad —a cuya manifestación, cuanto pareció suficiente, dedicó aquel varón sapientísimo todo este libro— no ciertamente por otra cosa sino para que deseemos aquella vida que no tiene vanidad bajo este sol, sino verdad bajo aquel que hizo este sol: en esta vanidad, pues, ¿acaso se desvanecería el hombre hecho semejante a la misma vanidad sino por el justo y recto juicio de Dios?

In diebus tamen vanitatis suae interest plurimum, utrum resistat, an obtemperet veritati, et utrum sit expers verae pietatis, an particeps: non propter vitae hujus vel bona acquirenda, vel mala vitanda vanescendo transeuntia; sed propter futurum judicium, per quod erunt et bonis bona, et malis mala, sine fine mansura. Denique iste sapiens hunc librum sic conclusit, ut diceret, Deum time, et mandata ejus custodi; quia hoc est omnis homo: quia omne hoc opus Deus adducet in judicium in omni despecto, sive bonum, sive malum (Id. XII, 13, 14). Quid brevius, verius, salubrius dici potuit? Deum, inquit, time, et mandata ejus custodi; quia hoc est omnis homo. Quicumque enim est, hoc est, custos utique mandatorum Dei: quoniam qui hoc non est, nihil est. Non enim ad veritatis imaginem reformatur, remanens in similitudine vanitatis. Quia omne hoc opus, id est, quod ab homine fit in hac vita, sive bonum, sive malum, Deus adducet in judicium, in omni despecto, id est, in omni etiam qui contemptibilis hic videtur, et ideo nec videtur: quoniam Deus et ipsum videt, nec eum despicit, nec cum judicat praeterit.

Caput IV.

Quod ad disserendum de novissimo judicio Dei, Novi primum Testamenti, ac deinde Veteris testimonia prolaturus sit.

Hujus itaque ultimi judicii Dei testimonia de Scripturis sanctis quae ponere instituí, prius eligenda sunt de libris Instrumenti Novi, postea de Veteris. Quamvis enim vetera priora sint tempore, nova tamen anteponenda sunt dignitate; quoniam illa vetera praeconia sunt novorum. Nova igitur ponentur prius, quae ut firmius probemus, assumentur et vetera. In veteribus habentur Lex et Prophetae, in novis Evangelium et apostolicae Litterae. Ait autem Apostolus, Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege justitia Dei manifestata est, testificata per Legem et Prophetas: justitia autem Dei, per fidem Jesu Christi in omnes qui credunt (Rom. III, 20-22). Haec justitia Dei ad novum pertinet Testamentum, et testimonium habet a veteribus Libris, hoc est, a Lege et Prophetis. Prius ergo ipsa causa ponenda est, et postea testes introducendi. Hunc et ipse Jesus Christus ordinem servandum esse demonstrans, Scriba, inquit, eruditus in regno Dei, similis est viro patrifamilias, proferenti de thesauro suo nova et vetera (Matth. XIII, 52). Non dixit, Vetera et nova: quod utique dixisset, nisi maluisset meritorum ordinem servare quam temporum.

Sin embargo, en los días de su vanidad importa muchísimo si resiste o si obedece a la verdad, y si es ajeno a la verdadera piedad o partícipe: no por causa de adquirir los bienes de esta vida o de evitar los males que pasan desvaneciéndose; sino por causa del juicio futuro, por el cual habrá bienes para los buenos y males para los malos, que han de permanecer sin fin. Finalmente, este sabio concluyó así este libro, diciendo: «Teme a Dios y guarda sus mandamientos; porque esto es todo el hombre: porque toda esta obra la traerá Dios a juicio sobre todo lo despreciado, ya sea bueno, ya sea malo» (Eclesiastés 12, 13, 14). ¿Qué pudo decirse más breve, más verdadero, más saludable? «Teme a Dios —dice— y guarda sus mandamientos; porque esto es todo el hombre». Pues quienquiera que sea, es esto, a saber, guardador ciertamente de los mandamientos de Dios: puesto que el que no es esto, nada es. Pues no se reforma a la imagen de la verdad, permaneciendo en la semejanza de la vanidad. «Porque toda esta obra», esto es, lo que hace el hombre en esta vida, «ya sea bueno, ya sea malo, Dios la traerá a juicio, sobre todo lo despreciado», esto es, sobre todo hombre incluso que aquí parece despreciable, y por eso ni se le ve: puesto que Dios también lo ve a él, ni lo desprecia, ni cuando juzga lo pasa por alto.

Capítulo IV.

Que para tratar del último juicio de Dios, ha de presentar primero los testimonios del Nuevo Testamento, y después los del Viejo.

Así pues, los testimonios de este último juicio de Dios de las Sagradas Escrituras que me he propuesto poner, deben elegirse primero de los libros del Nuevo Testamento, y después de los del Viejo. Pues aunque los antiguos sean anteriores en el tiempo, los nuevos deben sin embargo anteponerse en dignidad; puesto que aquellas cosas antiguas son pregoneras de las nuevas. Por tanto, se pondrán primero las nuevas, para cuya prueba más firme se tomarán también las antiguas. En las antiguas se contienen la Ley y los Profetas; en las nuevas, el Evangelio y las Letras apostólicas. Dice, pues, el Apóstol: «Porque por la ley viene el conocimiento del pecado. Pero ahora, sin la ley, se ha manifestado la justicia de Dios, testificada por la Ley y los Profetas: la justicia de Dios, por la fe de Jesucristo en todos los que creen» (Romanos 3, 20-22). Esta justicia de Dios pertenece al Nuevo Testamento, y tiene testimonio de los libros antiguos, esto es, de la Ley y los Profetas. Primero, pues, debe ponerse la causa misma, y después introducir a los testigos. Demostrando que este orden debe guardarse, el mismo Jesucristo dijo: «El escriba instruido en el reino de Dios es semejante a un hombre padre de familia, que saca de su tesoro cosas nuevas y viejas» (Mateo 13, 52). No dijo: «Viejas y nuevas»; lo cual ciertamente habría dicho si no hubiera preferido guardar el orden de los méritos antes que el de los tiempos.

Caput V.

Quibus sententiis Domini Salvatoris divinum judicium futurum in fine saeculi declaretur.

1. Ergo ipse Salvator cum objurgaret civitates, in quibus virtutes magnas fecerat, neque crediderant, et eis alienigenas anteponeret, Verumtamen, inquit, dico vobis, Tyro et Sidoni remissius erit in die judicii quam vobis. Et paulo post alteri civitati, Amen, inquit, dico vobis, quia terrae Sodomorum remissius erit in die judicii quam tibi (Matth. XI, 22, 24). Hic evidentissime praedicat diem judicii esse venturum. Et alio loco, Viri Ninivitae, inquit, surgent in judicio cum generatione ista, et condemnabunt eam; quia poenitentiam egerunt in praedicatione Jonae, et ecce plus quam Jona hic. Regina Austri surget in judicio cum generatione ista, et condemnabit eam; quia venit a finibus terrae audire sapientiam Salomonis, et ecce plus quam Salomon hic (Id. XII, 41, 42). Duas hoc loco res discimus, et venturum esse judicium, et cum mortuorum resurrectione venturum. De Ninivitis enim et regina Austri quando ista dicebat, de mortuis sine dubio loquebatur, quos tamen in die judicii resurrecturos esse praedixit. Nec ideo dixit, condemnabunt, quia ipsi judicabunt: sed quia ex ipsorum comparatione isti merito damnabuntur.

2. Rursus alio loco, cum de hominum bonorum et malorum nunc permixtione, postea separatione, quae utique die judicii futura est, loqueretur, adhibuit similitudinem de tritico seminato et superseminatis zizaniis, eamque suis exponens discipulis: Qui seminat, inquit, bonum semen, est Filius hominis: ager autem est mundus: bonum vero semen hi sunt filii regni; zizania autem filii sunt nequam: inimicus autem qui seminavit ea, est diabolus: messis autem consummatio saeculi est, messores vero Angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania, et igni comburuntur; sic erit in consummatione saeculi. Mittet Filius hominis Angelos suos, et colligent de regno ejus omnia scandala, et eos qui faciunt iniquitatem, et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus et stridor dentium. Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat (Matth. XIII, 37-43). Hic quidem judicium vel diem judicii non nominavit, sed multo eum clarius ipsis rebus expressit, et in fine saeculi futurum esse praedixit.

Capítulo V.

Por qué sentencias del Señor Salvador se declara que el juicio divino ha de venir al fin del siglo.

1. Así pues, el mismo Salvador, cuando reprendía a las ciudades en las que había hecho grandes milagros y no habían creído, y les anteponía a los extranjeros, dijo: «En verdad os digo que en el día del juicio será más tolerable para Tiro y Sidón que para vosotras». Y poco después a otra ciudad: «Amén os digo que en el día del juicio será más tolerable para la tierra de los sodomitas que para ti» (Mateo 11, 22. 24). Aquí predica evidentísimamente que el día del juicio ha de venir. Y en otro lugar: «Los hombres ninivitas —dice— surgirán en el juicio con esta generación y la condenarán; porque hicieron penitencia por la predicación de Jonás, y he aquí más que Jonás aquí. La reina del Austro surgirá en el juicio con esta generación y la condenará; porque vino de los confines de la tierra para oír la sabiduría de Salomón, y he aquí más que Salomón aquí» (Id. 12, 41-42). Dos cosas aprendemos en este lugar: tanto que el juicio ha de venir, como que vendrá con la resurrección de los muertos. Pues cuando decía estas cosas de los ninivitas y de la reina del Austro, sin duda hablaba de los muertos, de quienes sin embargo predijo que resucitarían en el día del juicio. Ni dijo «condenarán» porque ellos mismos hayan de juzgar, sino porque por la comparación con ellos estos otros serán merecidamente condenados.

2. De nuevo en otro lugar, cuando hablaba de la mezcla actual de hombres buenos y malos y de su posterior separación, que ciertamente ha de ser en el día del juicio, empleó la semejanza del trigo sembrado y la cizaña sobresembrada, y explicándola a sus discípulos: «El que siembra —dice— la buena semilla es el Hijo del hombre; el campo es el mundo; la buena semilla son los hijos del reino; la cizaña son los hijos inicuos; el enemigo que la sembró es el diablo; la mies es la consumación del siglo, y los segadores son los ángeles. Como, pues, se recoge la cizaña y se quema al fuego, así será en la consumación del siglo. El Hijo del hombre enviará a sus ángeles, y recogerán de su reino todos los escándalos y a los que obran la iniquidad, y los arrojarán al horno de fuego; allí será el llanto y el crujir de dientes. Entonces los justos brillarán como el sol en el reino de su Padre. El que tiene oídos para oír, que oiga» (Mateo 13, 37-43). Aquí por cierto no nombró el juicio ni el día del juicio, pero lo expresó mucho más claramente por las mismas cosas y predijo que sería en el fin del siglo.

3. Item discipulis suis: Amen, inquit, dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suae, sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel (Id. XIX, 28). Hic discimus cum suis discipulis judicaturum Jesum. Unde et alibi Judaeis dixit: Si ego in Beelzebub ejicio daemonia, filii vestri in quo ejiciunt? Ideo ipsi judices vestri erunt (Id. XII, 27). Nec quoniam super duodecim sedes sessuros esse ait, duodecim solos homines cum illo judicaturos putare debemus. Duodenario quippe numero, universa quaedam significata est judicantium multitudo, propter duas partes numeri septenarii, quo significatur plerumque universitas: quae duae partes, id est tria et quatuor, altera per alteram multiplicatae duodecim faciunt. Nam et quatuor ter, et tria quater duodecim sunt: et si qua alia hujus duodenarii numeri, quae ad hoc valeat, ratio reperitur. Alioquin quoniam in locum Judae traditoris apostolum Matthiam legimus ordinatum (Act. I, 26); apostolus Paulus, qui plus illis omnibus laboravit (I Cor. XV, 10), ubi ad judicandum sedeat non habebit: qui profecto cum aliis sanctis ad numerum judicum se pertinere demonstrat, cum dicit, Nescitis quia angelos judicabimus (Id. VI, 3)? De ipsis quoque judicandis in hoc numero duodenario similis causa est. Non enim quia dictum est, judicantes duodecim tribus Israel, tribus Levi, quae tertia decima est, ab eis judicanda non erit, aut solum illum populum, non etiam caeteras gentes judicabunt. Quod autem ait, in regeneratione, procul dubio mortuorum resurrectionem nomine voluit regenerationis intelligi. Sic enim caro nostra regenerabitur per incorruptionem, quemadmodum est anima nostra regenerata per fidem.

4. Multa praetereo, quae de ultimo judicio ita dici videntur, ut diligenter considerata reperiantur ambigua, vel magis ad aliud pertinentia; sive scilicet ad eum Salvatoris adventum, quo per totum hoc tempus in Ecclesia sua venit, hoc est, in membris suis, particulatim atque paulatim, quoniam tota corpus est ejus; sive ad excidium terrenae Jerusalem: quia et de illo cum loquitur, plerumque sic loquitur, tanquam de fine saeculi atque de illo die judicii novissimo et magno loquatur; ita ut dignosci non possit omnino, nisi ea quae apud tres evangelistas, Matthaeum, Marcum, et Lucam de hac re similiter dicta sunt, inter se omnia conferantur. Quaedam quippe alter obscurius, alter explicat planius; ut ea quae ad unam rem pertinentia dicuntur, appareat unde dicantur. Quod facere utcumque curavi in quadam epistola, quam rescripsi ad beatae memoriae virum Hesychium, Salonitanae urbis episcopum, cujus epistolae titulus est, de Fine saeculi (Epist. 199).

3. Asimismo a sus discípulos: «Amén —dice— os digo que vosotros que me habéis seguido, en la regeneración, cuando el Hijo del hombre se siente en la sede de su majestad, os sentaréis también vosotros sobre doce sedes, juzgando a las doce tribus de Israel» (Id. 19, 28). Aquí aprendemos que Jesús juzgará con sus discípulos. Por lo cual también dijo en otra parte a los judíos: «Si yo expulso los demonios por Beelzebub, vuestros hijos ¿por quién los expulsan? Por eso ellos mismos serán vuestros jueces» (Id. 12, 27). Ni porque diga que han de sentarse sobre doce sedes debemos pensar que solo doce hombres han de juzgar con él. Pues con el número doce se significó una cierta multitud universal de los que juzgan, por las dos partes del número siete, con el que se significa frecuentemente la universalidad; cuyas dos partes, esto es, tres y cuatro, multiplicada una por la otra hacen doce. Pues tanto cuatro veces tres como tres veces cuatro son doce; y si se encuentra alguna otra razón de este número doce que valga para esto. De lo contrario, puesto que leemos que en lugar del traidor Judas fue ordenado el apóstol Matías (Hechos 1, 26), el apóstol Pablo, que trabajó más que todos ellos (1 Cor. 15, 10), no tendría dónde sentarse para juzgar; el cual ciertamente demuestra que pertenece al número de los jueces con los otros santos cuando dice: «¿No sabéis que juzgaremos a los ángeles?» (Id. 6, 3). Sobre los mismos que han de ser juzgados hay una causa similar en este número doce. Pues no porque se haya dicho «juzgando a las doce tribus de Israel» la tribu de Leví, que es la decimotercera, dejará de ser juzgada por ellos, o juzgarán solo a aquel pueblo y no también a las demás naciones. Pero lo que dice «en la regeneración», sin duda quiso que por el nombre de regeneración se entendiera la resurrección de los muertos. Pues así nuestra carne será regenerada por la incorrupción, del mismo modo que nuestra alma ha sido regenerada por la fe.

4. Paso por alto muchas cosas que parecen decirse del juicio final de tal manera que, consideradas diligentemente, se encuentran ambiguas, o más bien pertenecientes a otra cosa; ya sea, a saber, a aquel advenimiento del Salvador por el cual viene durante todo este tiempo en su Iglesia, esto es, en sus miembros, partícula a partícula y poco a poco, puesto que toda ella es su cuerpo; o bien a la destrucción de la Jerusalén terrenal: porque también cuando habla de aquello, la mayoría de las veces habla así, como si hablara del fin del siglo y de aquel día del juicio novísimo y grande; de modo que no puede distinguirse en absoluto, a menos que todas aquellas cosas que han sido dichas de manera similar entre los tres evangelistas, Mateo, Marcos y Lucas, sobre este asunto, sean cotejadas entre sí. Pues algunas cosas uno las explica más oscuramente, otro más claramente; para que aparezca desde dónde se dicen aquellas cosas que se mencionan como pertenecientes a una sola cosa. Lo cual he procurado hacer de algún modo en una epístola que escribí en respuesta al varón de bendita memoria Hesiquio, obispo de la ciudad de Salona, cuyo título de la epístola es: Sobre el fin del siglo (Epístola 199).

5. Proinde jam illud hic dicam, quod in Evangelio secundum Matthaeum de separatione bonorum et malorum legitur per judicium praesentissimum atque novissimum Christi. Cum autem venerit, inquit, Filius hominis in majestate sua, et omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem majestatis suae, et congregabuntur ante eum omnes gentes, et separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab haedis: et statuet oves quidem a dextris suis, haedos autem a sinistris. Tunc dicet Rex his, qui a dextris ejus erunt, Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere; hospes eram, et collegistis me; nudus, et cooperuistis me; infirmus, et visitastis me; in carcere eram, et venistis ad me. Tunc respondebunt ei justi, dicentes: Domine, quando vidimus te esurientem, et pavimus; sitientem, et dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hospitem, et collegimus te; aut nudum, et cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, et venimus ad te? Et respondens Rex dicet illis, Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet, inquit, et his qui a sinistris erunt: Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus. Deinde similiter etiam his enumerat, quod illa non fecerint, quae dextros fecisse memoravit. Similiterque interrogantibus, quando eum viderint in horum indigentia constitutum: quod minimis suis factum non est, sibi factum non fuisse respondet; sermonemque concludens, Et hi, inquit, in supplicium aeternum ibunt, justi autem in vitam aeternam (Matth. XXV, 31-46). Joannes vero evangelista apertissime narrat eum in resurrectione mortuorum futurum praedixisse judicium. Cum enim dixisset, Neque enim Pater judicat quemquam, sed judicium omne dedit Filio, ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem: qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum: protinus addidit, Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, et credit ei qui me misit, habet vitam aeternam; et in judicium non veniet, sed transiit a morte in vitam (Joan. V, 22-24). Ecce hic dixit fideles suos in judicium non venire. Quomodo ergo per judicium separabuntur a malis, et ad ejus dexteram stabunt, nisi quia hoc loco judicium pro damnatione posuit? In tale quippe judicium non venient, qui audiunt verbum ejus, et credunt ei qui misit illum.

Caput VI.

Quae sit prima resurrectio, quae secunda.

5. Por tanto, diré ya aquí aquello que se lee en el Evangelio según Mateo sobre la separación de los buenos y de los malos por el juicio presentísimo y novísimo de Cristo. «Cuando pues viniere —dice— el Hijo del hombre en su majestad, y todos los ángeles con él, entonces se sentará sobre la sede de su majestad, y se congregarán ante él todas las naciones, y los separará a unos de otros, como el pastor segrega las ovejas de los cabritos; y situará a las ovejas ciertamente a su derecha, y a los cabritos a la izquierda. Entonces dirá el Rey a estos que estarán a su derecha: Venid, benditos de mi Padre, poseed el reino preparado para vosotros desde la constitución del mundo. Porque tuve hambre, y me disteis de comer; tuve sed, y me disteis de beber; era huésped, y me recogisteis; estaba desnudo, y me cubristeis; enfermo, y me visitasteis; estaba en la cárcel, y vinisteis a mí. Entonces le responderán los justos, diciendo: Señor, ¿cuándo te vimos hambriento y te alimentamos, sediento y te dimos de beber? ¿Cuándo pues te vimos huésped y te recogimos, o desnudo y te cubrimos? ¿O cuándo te vimos enfermo o en la cárcel y vinimos a ti? Y respondiendo el Rey les dirá: Amén os digo, que cuanto hicisteis a uno de estos mis hermanos mínimos, a mí me lo hicisteis. Entonces dirá —dice — también a los que estarán a la izquierda: Apartaos de mí, malditos, al fuego eterno, que está preparado para el diablo y sus ángeles». Luego, de igual modo, también a estos les enumera que no hicieron aquellas cosas que recordó que habían hecho los de la derecha. Y de igual modo a los que preguntan cuándo le vieron constituido en la indigencia de estos: responde que lo que no se hizo a sus mínimos, no se le hizo a él; y concluyendo su sermón: «Y estos —dice— irán al suplicio eterno, pero los justos a la vida eterna» (Mateo 25, 31-46). Pero Juan el evangelista narra clarísimamente que él predijo que el juicio sería en la resurrección de los muertos. Pues habiendo dicho: «Porque ni el Padre juzga a nadie, sino que ha dado todo el juicio al Hijo, para que todos honren al Hijo, así como honran al Padre; el que no honra al Hijo, no honra al Padre que le envió»; inmediatamente añadió: «Amén, amén os digo, que el que oye mi palabra y cree al que me envió, tiene vida eterna; y no vendrá a juicio, sino que pasó de la muerte a la vida» (Juan 5, 22-24). He aquí que aquí dijo que sus fieles no vienen a juicio. ¿Cómo, pues, por el juicio serán separados de los malos y estarán a su derecha, sino porque en este lugar puso «juicio» por «condenación»? Pues a tal juicio no vendrán los que oyen su palabra y creen al que le envió.

Capítulo VI.

Cuál sea la primera resurrección, cuál la segunda.

1. Deinde adjungit, et dicit: Amen, amen dico vobis quia venit hora, et nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei; et qui audierint, vivent. Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio habere vitam in semetipso (Joan. V, 25 et 26). Nondum de secunda resurrectione, id est corporum, loquitur, quae in fine futura est; sed de prima, quae nunc est. Hanc quippe ut distingueret, ait, Venit hora, et nunc est. Non autem ista corporum, sed animarum est. Habent enim et animae mortem suam in impietate atque peccatis: secundum quam mortem mortui sunt, de quibus idem Dominus ait, Sine mortuos sepelire mortuos suos (Matth. VIII, 22); ut scilicet in anima mortui, in corpore mortuos sepelirent. Propter istos ergo impietate et iniquitate in anima mortuos, Venit, inquit, hora, et nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei; et qui audierint, vivent. Qui audierint dixit, qui obedierint, qui crediderint, et usque in finem perseveraverint. Nec fecit hic ullam differentiam bonorum et malorum. Omnibus enim bonum est audire vocem ejus, et vivere, ad vitam pietatis ex impietatis morte transeundo. De qua morte ait apostolus Paulus, Ergo omnes mortui sunt, et pro omnibus mortuus est, ut qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, et resurrexit (II Cor. V, 14, 15). Omnes itaque mortui sunt in peccatis, nemine prorsus excepto, sive originalibus, sive etiam voluntate additis, vel ignorando, vel sciendo nec faciendo quod justum est: et pro omnibus mortuis vivus mortuus est unus, id est, nullum habens omnino peccatum: ut qui per remissionem peccatorum vivunt, jam non sibi vivant, sed ei qui pro omnibus mortuus est propter peccata nostra, et resurrexit propter justificationem nostram; ut credentes in eum qui justificat impium, ex impietate justificati, tanquam ex morte vivificati, ad primam resurrectionem, quae nunc est, pertinere possimus. Ad hanc enim primam non pertinent, nisi qui beati erunt in aeternum: ad secundam vero, de qua mox locuturus est, et beatos pertinere docebit, et miseros. Ista est misericordiae, illa judicii. Propter quod in Psalmo scriptum est: Misericordiam et judicium cantabo tibi, Domine (Psal. C, 1).

2. De quo judicio consequenter adjunxit, atque ait: Et potestatem dedit ei judicium facere, quia Filius hominis est. Hic ostendit, quod in ea carne veniet judicaturus, in qua venerat judicandus. Ad hoc enim ait, quoniam Filius hominis est. Ac deinde subjungens unde agimus: Nolite, inquit, mirari hoc, quia veniet hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem ejus; et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitae; qui vero mala egerunt, in resurrectionem judicii (Joan. V, 27-29).

1. Luego añade y dice: «Amén, amén os digo, que viene la hora, y ahora es, cuando los muertos oirán la voz del Hijo de Dios; y los que la oyeren vivirán. Como el Padre tiene vida en sí mismo, así dio también al Hijo tener vida en sí mismo» (Juan 5, 25 y 26). Todavía no habla de la segunda resurrección, esto es, de los cuerpos, que ha de ser al fin; sino de la primera, que es ahora. Pues para distinguir esta, dijo: «Viene la hora, y ahora es». Pero esta no es de los cuerpos, sino de las almas. Pues tienen también las almas su muerte en la impiedad y los pecados: según la cual muerte están muertos aquellos de quienes el mismo Señor dice: «Deja que los muertos sepulten a sus muertos» (Mateo 8, 22); para que, a saber, muertos en el alma, sepultaran a los muertos en el cuerpo. Por causa de estos, pues, muertos en el alma por la impiedad y la iniquidad, dijo: «Viene la hora, y ahora es, cuando los muertos oirán la voz del Hijo de Dios; y los que la oyeren vivirán». Dijo «los que oyeren», los que obedecieren, los que creyeren y perseveraren hasta el fin. Ni hizo aquí ninguna diferencia de buenos y malos. Pues para todos es bueno oír su voz y vivir, pasando a la vida de piedad desde la muerte de la impiedad. De cuya muerte dice el apóstol Pablo: «Luego todos murieron, y por todos murió uno, para que los que viven ya no vivan para sí, sino para aquel que murió por ellos y resucitó» (2 Corintios 5, 14. 15). Todos, pues, murieron en los pecados, sin excepción de nadie en absoluto, ya sea en los originales, o también añadidos por la voluntad, ya ignorando, ya sabiendo y no haciendo lo que es justo; y por todos los muertos murió uno vivo, esto es, no teniendo ningún pecado en absoluto; para que los que viven por la remisión de los pecados ya no vivan para sí, sino para aquel que por todos murió por nuestros pecados y resucitó para nuestra justificación; para que, creyendo en aquel que justifica al impío, justificados de la impiedad, como vivificados de la muerte, podamos pertenecer a la primera resurrección, que es ahora. Pues a esta primera no pertenecen sino los que serán bienaventurados eternamente; pero a la segunda, de la cual pronto ha de hablar, enseñará que pertenecen tanto los bienaventurados como los míseros. Aquella es de misericordia, esta de juicio. Por lo cual está escrito en el Salmo: «Misericordia y juicio te cantaré, Señor» (Salmo 100, 1).

2. De cuyo juicio consecuentemente añadió y dijo: «Y le dio potestad de hacer juicio, porque es el Hijo del hombre». Aquí muestra que en aquella carne vendrá a juzgar en la que había venido a ser juzgado. Para esto, pues, dijo: «porque es el Hijo del hombre». Y luego subyugando aquello de lo que tratamos: «No os maravilléis de esto —dijo—, porque vendrá la hora en que todos los que están en los monumentos oirán su voz; y procederán los que hicieron cosas buenas a la resurrección de la vida; pero los que hicieron cosas malas, a la resurrección del juicio» (Juan 5, 27-29).

Hoc est illud judicium, quod paulo ante, sicut nunc, pro damnatione posuerat, dicens, Qui verbum meum audit, et credit ei qui misit me, habet vitam aeternam, et in judicium non veniet, sed transiit a morte in vitam (Ibid., 24): id est, pertinendo ad primam resurrectionem, qua nunc transitur a morte ad vitam, in damnationem non veniet, quam significavit appellatione judicii, sicut etiam hoc loco, ubi ait, Qui vero mala egerunt, in resurrectionem judicii, id est, damnationis. Resurgat ergo in prima, qui non vult in secunda resurrectione damnari. Venit enim hora, et nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei; et qui audierint, vivent (Ibid., 25), id est, in damnationem non venient, quae secunda mors dicitur: in quam mortem, post secundam, quae corporum futura est, resurrectionem, praecipitabuntur, qui in prima, quae animarum est, non resurgunt. Veniet enim hora (ubi non ait, et nunc est; quia in fine saeculi erit, hoc est in ultimo et maximo judicio Dei), quando omnes qui in monumentis sunt, audient vocem ejus, et procedent (Ibid., 28). Non dixit quemadmodum in prima, et qui audierint, vivent. Non enim omnes vivent, ea scilicet vita, quae quoniam beata est, sola vita dicenda est. Nam utique non sine qualicumque vita possent audire, et de monumentis resurgente carne procedere. Quare autem non omnes vivent, in eo quod sequitur, docet: Qui bona, inquit, fecerunt, in resurrectionem vitae, hi sunt qui vivent: qui vero mala egerunt, in resurrectionem judicii, hi sunt qui non vivent; quia secunda morte morientur. Mala quippe egerunt, quoniam male vixerunt: male autem vixerunt, quia in prima, quae nunc est, animarum resurrectione non revixerunt, aut in eo quod revixerant, non in finem usque manserunt. Sicut ergo duae sunt regenerationes, de quibus jam supra locutus sum, una secundum fidem, quae nunc fit per Baptismum; alia secundum carnem, quae fiet in ejus incorruptione atque immortalitate per judicium magnum atque novissimum: ita sunt et resurrectiones duae, una prima, quae et nunc est, et animarum est, quae venire non permittit in mortem secundam; alia secunda, quae nunc non est, sed in saeculi fine futura est, nec animarum, sed corporum est, quae per ultimum judicium alios mittet in secundam mortem, alios in eam vitam, quae non habet mortem.

Caput VII.

De duabus resurrectionibus et de mille annis quid in Apocalypsi Joannis scriptum sit, et quid de eis rationabiliter sentiatur.

1. De his duabus resurrectionihus idem Joannes evangelista in libro qui dicitur Apocalypsis, eo modo locutus est, ut earum prima a quibusdam nostris non intellecta, insuper etiam in quasdam ridiculas fabulas verteretur.

Este es aquel juicio que poco antes, como ahora, había puesto por condenación, diciendo: «El que oye mi palabra y cree al que me envió, tiene vida eterna y no vendrá a juicio, sino que pasó de la muerte a la vida» (Ibíd., 24): esto es, perteneciendo a la primera resurrección, por la cual se pasa ahora de la muerte a la vida, no vendrá a la condenación, que significó con la apelación de juicio, como también en este lugar, donde dice: «Pero los que hicieron cosas malas, a la resurrección del juicio», esto es, de la condenación. Resurja, pues, en la primera el que no quiere ser condenado en la segunda resurrección. Pues «viene la hora, y ahora es, cuando los muertos oirán la voz del Hijo de Dios; y los que la oyeren vivirán» (Ibíd., 25), esto es, no vendrán a la condenación, que se llama muerte segunda; a la cual muerte, después de la segunda resurrección, que ha de ser de los cuerpos, serán arrojados los que no resucitan en la primera, que es de las almas. Pues «vendrá la hora» (donde no dice «y ahora es», porque será al fin del siglo, esto es, en el último y máximo juicio de Dios), «cuando todos los que están en los monumentos oirán su voz y procederán» (Ibíd., 28). No dijo como en la primera: «y los que oyeren vivirán». Pues no todos vivirán, a saber, con aquella vida que, por ser bienaventurada, sola debe llamarse vida. Pues ciertamente no podrían oír sin alguna clase de vida, y proceder de los monumentos resurgiendo la carne. Por qué, pues, no todos vivirán, lo enseña en lo que sigue: «Los que hicieron cosas buenas —dice— a la resurrección de la vida», estos son los que vivirán; «pero los que hicieron cosas malas, a la resurrección del juicio», estos son los que no vivirán, porque morirán con la muerte segunda. Pues hicieron cosas malas porque vivieron mal; y vivieron mal porque en la primera resurrección de las almas, que es ahora, no revivieron, o en lo que habían revivido no permanecieron hasta el fin. Como, pues, hay dos regeneraciones de las que ya hablé arriba, una según la fe, que se hace ahora por el Bautismo; otra según la carne, que se hará en su incorrupción e inmortalidad por el juicio grande y novísimo: así hay también dos resurrecciones, una la primera, que es también ahora y es de las almas, la cual no permite venir a la muerte segunda; otra la segunda, que ahora no es, sino que ha de ser al fin del siglo, y no es de las almas, sino de los cuerpos, la cual por el último juicio enviará a unos a la muerte segunda, a otros a aquella vida que no tiene muerte.

Capítulo VII.

Qué está escrito en el Apocalipsis de Juan sobre las dos resurrecciones y sobre los mil años, y qué se piensa racionalmente sobre ellos.

1. De estas dos resurrecciones el mismo Juan evangelista habló en el libro que se llama Apocalipsis, de tal modo que la primera de ellas, no entendida por algunos de los nuestros, fue además incluso convertida en algunas fábulas ridículas.

Ait quippe in libro memorato Joannes apostolus: Et vidi angelum descendentem de coelo, habentem clavem abyssi, et catenam in manu sua, et tenuit draconem illum serpentem antiquum, qui cognominatus est diabolus et satanas, et alligavit illum mille annis, et misit illum in abyssum; et clausit, et signavit super eum, ut non seduceret jam gentes, donec finiantur mille anni: post haec oportet eum solvi brevi tempore. Et vidi sedes, et sedentes super eas, et judicium datum est. Et animae occisorum propter testimonium Jesu, et propter verbum Dei, et si qui non adoraverunt bestiam, nec imaginem ejus, neque acceperunt inscriptionem in fronte aut in manu sua, et regnaverunt cum Jesu mille annis: reliqui eorum non vixerunt, donec finiantur mille anni. Haec resurrectio prima est. Beatus et sanctus est, qui habet in hac prima resurrectione partem. In istis secunda mors non habet potestatem; sed erunt sacerdotes Dei et Christi, et regnabunt cum eo mille annis (Apoc. XX, 1-6). Qui propter haec hujus libri verba primam resurrectionem futuram suspicati sunt corporalem, inter caetera maxime numero annorum mille permoti sunt, tanquam oporteret in sanctis eo modo veluti tanti temporis fieri sabbatismum, vacatione scilicet sancta post labores annorum sex millium, ex quo creatus est homo, et magni illius peccati merito in hujus mortalitatis aerumnas de paradisi felicitate dimissus est, ut quoniam scriptum est, Unus dies apud Dominum sicut mille anni, et mille anni sicut dies unus (II Petr. III, 8), sex annorum millibus tanquam sex diebus impletis, sequatur velut sabbati septimus in annis mille postremis, ad hoc scilicet sabbatum celebrandum resurgentibus sanctis. Quae opinio esset utcumque tolerabilis, si aliquae deliciae spirituales in illo sabbato adfuturae sanctis per Domini praesentiam crederentur. Nam etiam nos hoc opinati fuimus aliquando. Sed cum eos qui tunc resurrexerint, dicant immoderatissimis carnalibus epulis vacaturos, in quibus cibus sit tantus ac potus, ut non solum nullam modestiam teneant, sed modum quoque ipsius incredulitatis excedant: nullo modo ista possunt nisi a carnalibus credi. Hi autem qui spirituales sunt, istos ista credentes Χιλιαστάς appellant graeco vocabulo; quos, verbum e verbo exprimentes, nos possumus Milliarios nuncupare. Eos autem longum est refellere ad singula; sed potius, quemadmodum Scriptura haec accipienda sit, jam debemus ostendere.

2. Ait ipse Dominus Jesus Christus, Nemo potest introire in domum fortis, et vasa ejus eripere, nisi prius alligaverit fortem (Marc. III, 27): diabolum volens intelligi fortem, quia ipse genus humanum potuit tenere captivum; vasa vero ejus, quae fuerat erepturus, fideles suos futuros, quos ille in diversis peccatis atque impietatibus possidebat. Ut ergo alligaretur hic fortis, propterea vidit iste apostolus in Apocalypsi angelum descendentem de coelo, habentem clavem abyssi, et catenam in manu sua.

Pues dice en el mencionado libro el apóstol Juan: «Y vi a un ángel descendiendo del cielo, que tenía la llave del abismo y una cadena en su mano, y sujetó a aquel dragón, la serpiente antigua, que es sobrenombrado diablo y satanás, y lo ató por mil años, y lo envió al abismo; y cerró, y selló sobre él, para que ya no sedujera a las naciones hasta que se acaben los mil años; después de esto es necesario que sea soltado por un breve tiempo. Y vi tronos y a los que se sentaban sobre ellos, y les fue dado el juicio. Y las almas de los degollados por el testimonio de Jesús y por la palabra de Dios, y si algunos no adoraron a la bestia ni a su imagen, ni recibieron la inscripción en su frente o en su mano, y reinaron con Jesús mil años; los demás de ellos no vivieron hasta que se acaben los mil años. Esta es la resurrección primera. Bienaventurado y santo es el que tiene parte en esta primera resurrección. En estos la muerte segunda no tiene potestad; sino que serán sacerdotes de Dios y de Cristo, y reinarán con él mil años» (Apocalipsis 20, 1-6). Los que, por estas palabras de este libro, sospecharon que la primera resurrección había de ser corporal, se conmovieron entre otras cosas sobre todo por el número de mil años, como si fuera necesario que se hiciera entre los santos una especie de sabatismo de tanto tiempo, en una vacación santa, a saber, después de los trabajos de seis mil años desde que fue creado el hombre, y por el mérito de aquel gran pecado fue despedido de la felicidad del paraíso a las penurias de esta mortalidad, para que, puesto que está escrito: «Un día ante el Señor es como mil años, y mil años como un día» (2 Pedro 3, 8), cumplidos seis milenios de años como seis días, siga como un séptimo sábado en los mil años postreros, para celebrar, a saber, este sábado por los santos que resurgieran. Cuya opinión sería de algún modo tolerable si se creyera que algunas delicias espirituales han de estar presentes para los santos en aquel sábado por la presencia del Señor. Pues también nosotros opinamos esto alguna vez. Pero como dicen que los que entonces hayan resurgido han de vacar a immoderadísimos banquetes carnales, en los cuales hay tanto de comida y de bebida que no solo no mantienen ninguna modestia, sino que exceden también el modo de la misma incredulidad; de ningún modo pueden ser creídas estas cosas sino por hombres carnales. Pero estos que son espirituales llaman a los que creen estas cosas quiliastas con vocablo griego; a los cuales, expresando palabra por palabra, nosotros podemos llamar milenarios. Pero es largo refutarlos en cada punto; sino que más bien ya debemos mostrar cómo debe aceptarse esta Escritura.

2. Dice el mismo Señor Jesucristo: «Nadie puede entrar en la casa de un fuerte y arrebatar sus vasos, si primero no atare al fuerte» (Marcos 3, 27): queriendo que se entienda por el fuerte al diablo, porque él pudo tener cautivo al género humano; pero sus vasos, que él había de arrebatar, a sus futuros fieles, a los cuales aquel poseía en diversos pecados e impiedades. Para que fuera atado este fuerte, por eso vio este apóstol en el Apocalipsis «un ángel descendiendo del cielo, que tenía la llave del abismo y una cadena en su mano.

Et tenuit, inquit, draconem illum serpentem antiquum, qui cognominatus est diabolus et satanas, et alligavit eum mille annis, hoc est, ejus potestatem ab eis seducendis ac possidendis, qui fuerant liberandi, cohibuit atque frenavit. Mille autem anni duobus modis possunt, quantum mihi occurrit, intelligi: aut quia in ultimis annis mille ista res agitur, id est, sexto annorum milliario tanquam sexto die, cujus nunc spatia posteriora volvuntur; secuturo deinde sabbato, quod non habet vesperam, requie scilicet sanctorum, quae non habet finem: ut hujus milliarii tanquam diei novissimam partem, quae remanebat usque ad terminum saeculi, mille annos appellaverit; eo loquendi modo, quo pars significatur a toto: aut certe mille annos pro annis omnibus hujus saeculi posuit; ut perfecto numero notaretur ipsa temporis plenitudo. Millenarius quippe numerus denarii numeri quadratum solidum reddit. Decem quippe decies ducta, fiunt centum; quae jam figura quadrata, sed plana est. Ut autem in altitudinem surgat, et solida fiat, rursus centum decies multiplicantur, et mille sunt. Porro si centum ipsa pro universitate aliquando ponuntur, quale illud est, quod Dominus omnia sua dimittenti et eum sequenti promisit, dicens, Accipiet in hoc saeculo centuplum (Matth. XIX, 29; Marc. X, 30): quod exponens quodammodo Apostolus, ait, Quasi nihil habentes, et omnia possidentes (II Cor. VI, 10); quia et ante jam dictum erat, Fidelis hominis totus mundus divitiarum est: quanto magis mille pro universitate ponuntur, ubi est soliditas ipsius denariae quadraturae? Unde nec illud melius intelligitur, quod in Psalmo legitur: Memor fuit in saeculum testamenti sui, verbi quod mandavit in mille generationes (Psal. CIV, 8), id est, in omnes.

3. Et misit illum, inquit, in abyssum: utique diabolum misit in abyssum. Quo nomine significata est multitudo innumerabilis impiorum, quorum in malignitate adversus Ecclesiam Dei multum profunda sunt corda: non quia ibi diabolus ante non erat; sed ideo dicitur illuc missus, quia exclusus a credentibus plus coepit impios possidere. Plus namque possidetur a diabolo, qui non solum alienatus est a Deo, verum etiam gratis odit servientes Deo. Et clausit, inquit, et signavit super eum, ut jam non seduceret gentes, donec finiantur mille anni. Clausit super eum, dictum est, interdixit ei ne possit exire, id est, vetitum transgredi. Signavit autem, quod addidit, significasse mihi videtur, quia occultum esse voluit, qui pertineant ad partem diaboli, et qui non pertineant. Hoc quippe in saeculo isto prorsus latet: quia et qui videtur stare, utrum sit casurus; et qui videtur jacere, utrum sit surrecturus, incertum est. Ab eis autem gentibus seducendis hujus interdicti vinculo et claustro diabolus prohibetur atque cohibetur, quas pertinentes ad Christum seducebat antea, vel tenebat.

Y sujetó —dice— al dragón, aquella serpiente antigua, que es sobrenombrado diablo y satanás, y lo ató por mil años», esto es, cohibió y frenó su potestad de seducir y poseer a aquellos que habían de ser liberados. Pero los mil años pueden entenderse, según se me ocurre, de dos modos: o porque en los últimos mil años se hace esta cosa, esto es, en el sexto milenio de años como en el sexto día, cuyos espacios posteriores transcurren ahora; siguiendo luego el sábado, que no tiene tarde, a saber, el descanso de los santos, que no tiene fin: de modo que llamó mil años a la parte novísima de este milenio como de un día, la cual restaba hasta el término del siglo; por aquel modo de hablar por el cual se significa la parte por el todo: o ciertamente puso mil años por todos los años de este siglo; para que con el número perfecto se notara la plenitud misma del tiempo. Pues el número milenario rinde el cuadrado sólido del número diez. Pues diez multiplicados diez veces resultan cien; que ya es figura cuadrada, pero plana. Pero para que surja a la altura y se haga sólida, de nuevo cien se multiplican diez veces y son mil. Además, si cien mismo se pone alguna vez por la universalidad, ¿qué tal es aquello que el Señor prometió al que deja todas sus cosas y le sigue, diciendo: «Recibirá el céntuplo en este siglo» (Mateo 19, 29; Marcos 10, 30): lo cual exponiendo de algún modo el Apóstol, dice: «Como no teniendo nada y poseyéndolo todo» (2 Corintios 6, 10); porque también antes ya se había dicho: «Del hombre fiel es todo el mundo de las riquezas»: ¿cuánto más mil se ponen por la universalidad, donde está la solidez de la misma cuadratura denaria? De donde tampoco se entiende mejor aquello que se lee en el Salmo: «Se acordó para siempre de su testamento, de la palabra que mandó a mil generaciones» (Salmo 104, 8), esto es, a todas.

3. «Y lo envió —dice— al abismo»: ciertamente envió al diablo al abismo. Con cuyo nombre se significa la multitud innumerable de los impíos, cuyos corazones son muy profundos en la maldad contra la Iglesia de Dios; no porque el diablo no estuviera allí antes, sino que por eso se dice que fue enviado allí, porque, excluido de los creyentes, comenzó a poseer más a los impíos. Pues es más poseído por el diablo quien no solo está enajenado de Dios, sino que incluso odia gratuitamente a los que sirven a Dios. «Y cerró —dice— y selló sobre él, para que ya no sedujera a las naciones hasta que se acaben los mil años». Se dijo «cerró sobre él», le prohibió que pueda salir, esto es, transgredir lo prohibido. «Selló», empero, lo que añadió, me parece que significó que quiso que fuera oculto quiénes pertenecen a la parte del diablo y quiénes no pertenecen. Pues en este siglo esto está del todo oculto; porque es incierto tanto de quien parece estar de pie, si ha de caer, como de quien parece estar echado, si ha de levantarse. Pero el diablo es prohibido y cohibido de seducir a aquellas naciones por el vínculo y el encierro de este entredicho, las cuales, pertenecientes a Cristo, seducía antes o poseía.

Has enim Deus elegit ante mundi constitutionem eruere de potestate tenebrarum (Ephes. I, 4), et transferre in regnum Filii charitatis suae (Coloss. I, 13), sicut Apostolus ait. Nam seducere illum gentes etiam nunc, et secum trahere in aeternam poenam, sed non praedestinatas in aeternam vitam, quis fidelis ignorat? Nec moveat, quod saepe diabolus seducit etiam illos, qui jam regenerati in Christo, vias ingrediuntur Dei. Novit enim Dominus qui sunt ejus (II Tim. II, 19): ex his in aeternam damnationem neminem ille seducit. Sic enim novit eos Dominus, ut Deus, quem nihil latet etiam futurorum; non ut homo, qui hominem ad praesens videt (si tamen videt, cujus cor non videt), qualis autem postea sit futurus, nec se ipsum videt. Ad hoc ergo ligatus est diabolus, et inclusus in abysso, ut jam non seducat gentes, ex quibus constat Ecclesia, quas antea seductas tenebat, antequam esset Ecclesia. Nec enim dictum est, ut non seduceret aliquem; sed, ut non seduceret, inquit, jam gentes; in quibus Ecclesiam procul dubio voluit intelligi: donec finiantur, inquit, mille anni, id est, aut quod remanet de sexto die, qui constat ex mille annis; aut omnes anni, quibus deinceps hoc saeculum peragendum est.

4. Nec sic accipiendum est quod ait, ut non seduceret jam gentes, donec finiantur mille anni; quasi postea seducturus sit eas duntaxat gentes, ex quibus praedestinata constat Ecclesia, a quibus seducendis illo est vinculo claustroque prohibitus. Sed aut illa locutione dictum est, quae in Scripturis aliquoties invenitur, qualis est in Psalmo, Sic oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri (Psal. CXXII, 2); neque enim cum misertus fuerit, non erunt oculi servorum ejus ad Dominum Deum suum: aut certe iste est ordo verborum, Et clausit, et signavit super eum, donec finiantur mille anni; quod vero interposuit, ut non seduceret jam gentes, ita se habet, ut ab hujus ordinis connexione sit liberum, et seorsus intelligendum, velut si post adderetur, ut sic se haberet tota sententia, Et clausit, et signavit super eum, donec finiantur mille anni, ut non seduceret jam gentes; id est, ideo clausit, donec finiantur mille anni, ut jam non seduceret gentes.

Caput VIII.

De alligatione et solutione diaboli.

Pues a estas eligió Dios antes de la constitución del mundo para rescatarlas de la potestad de las tinieblas (Efesios 1, 4) y trasladarlas al reino del Hijo de su caridad (Colosenses 1, 13), como dice el Apóstol. Pues ¿qué fiel ignora que él seduce a las naciones incluso ahora, y las arrastra consigo al suplicio eterno, pero a las no predestinadas a la vida eterna? Ni mueva el que a menudo el diablo seduce incluso a aquellos que, ya regenerados en Cristo, entran en los caminos de Dios. Pues «conoce el Señor a los que son suyos» (2 Timoteo 2, 19): de estos a nadie seduce él a la condenación eterna. Pues así los conoce el Señor, como Dios, a quien nada se le oculta incluso de las cosas futuras; no como hombre, que ve al hombre al presente (si es que ve a aquel cuyo corazón no ve), pero qué clase de hombre ha de ser después, ni de sí mismo lo ve. Para esto, pues, fue atado el diablo e incluido en el abismo, para que ya no seduzca a las naciones de las que consta la Iglesia, a las cuales antes tenía seducidas, antes de que fuera la Iglesia. Pues ni se dijo que no sedujera a nadie, sino: «para que ya no sedujera —dice— a las naciones»; en las cuales sin duda quiso que se entendiera la Iglesia: «hasta que se acaben —dice— los mil años», esto es, o lo que resta del sexto día, que consta de mil años, o todos los años en que de ahí en adelante este siglo ha de ser recorrido.

4. Ni ha de entenderse así lo que dice: «para que ya no sedujera a las naciones hasta que se acaben los mil años», como si después fuera a seducir a aquellas naciones al menos de las que consta la Iglesia predestinada, de seducir a las cuales fue prohibido por aquel vínculo y encierro. Sino que o se dijo con aquella locución que se encuentra algunas veces en las Escrituras, cual es en el Salmo: «Así nuestros ojos al Señor Dios nuestro, hasta que se compadezca de nosotros» (Salmo 122, 2); pues ni cuando se haya compadecido no estarán los ojos de sus siervos al Señor Dios su Dios: o ciertamente este es el orden de las palabras: «Y cerró y selló sobre él hasta que se acaben los mil años»; lo que empero interpuso: «para que ya no sedujera a las naciones», así se tiene que es libre de la conexión de este orden, y ha de entenderse por separado, como si después se añadiera, para que así se tuviera toda la sentencia: «Y cerró y selló sobre él hasta que se acaben los mil años, para que ya no sedujera a las naciones»; esto es, por eso cerró hasta que se acaben los mil años, para que ya no sedujera a las naciones.

Capítulo VIII.

De la atadura y la soltura del diablo.

1. Post haec, inquit, oportet eum solvi brevi tempore (Apoc. XX, 3). Si hoc est diabolo ligari et includi, Ecclesiam non posse seducere; haec ergo erit solutio ejus, ut possit? Absit: nunquam enim ab illo Ecclesia seducetur praedestinata et electa ante mundi constitutionem, de qua dictum est, Novit Dominus qui sunt ejus (II Tim. II, 19): et tamen hic erit etiam illo tempore, quo solvendus est diabolus, sicut ex quo est instituta, hic fuit et erit omni tempore, in suis utique qui succedunt nascendo morientibus. Nam paulo post dicit, quod solutus diabolus seductas gentes toto orbe terrarum attrahet in bellum adversus eam, quorum hostium numerus erit ut arena maris. Et ascenderunt, inquit, super terrae latitudinem, et cinxerunt castra sanctorum, et dilectam civitatem: et descendit ignis de coelo a Deo, et comedit eos: et diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis et sulphuris, ubi et bestia et pseudopropheta; et cruciabuntur die ac nocte in saecula saeculorum (Apoc. XX, 8-10). Sed hoc jam ad judicium novissimum pertinet, quod nunc propterea commemorandum putavi, ne quis existimet eo ipso parvo tempore, quo solvetur diabolus, in hac terra Ecclesiam non futuram, illo hic eam vel non inveniente, cum fuerit solutus, vel absumente, cum fuerit modis omnibus persecutus. Non itaque per totum hoc tempus, quod liber iste complectitur, a primo scilicet adventu Christi usque in saeculi finem, quo erit secundus ejus adventus, ita diabolus alligatur, ut ejus haec ipsa sit alligatio, per hoc intervallum, quod mille annorum numero appellat, non seducere Ecclesiam; quandoquidem illam nec solutus utique seducturus est. Nam profecto si ei alligari est, non posse seducere, sive non permitti; quid erit solvi, nisi posse seducere, sive permitti? Quod absit ut fiat: sed alligatio diaboli, est non permitti exercere totam tentationem, quam potest vel vi vel dolo ad seducendos homines, in partem suam cogendo violenter, fraudulenterve fallendo. Quod si permitteretur in tam longo tempore et tanta infirmitate multorum, plurimos tales, quales Deus id perpeti non vult, et fideles dejiceret, et ne crederent impediret: quod ne faceret, alligatus est.

2. Tunc autem solvetur, quando et breve tempus erit. Nam tribus annis et sex mensibus legitur totis suis suorumque viribus saeviturus: et tales erunt, cum quibus ei belligerandum est, ut vinci tanto ejus impetu insidiisque non possint. Si autem nunquam solveretur, minus appareret ejus maligna potentia, minus sanctae civitatis fidelissima patientia probaretur; minus denique perspiceretur, quam magno ejus malo tam bene fuerit usus Omnipotens:

1. «Después de esto —dice— es necesario que sea soltado por un breve tiempo» (Apocalipsis 20, 3). Si esto es para el diablo ser atado e incluido, no poder seducir a la Iglesia; ¿esta será pues su soltura, que pueda? Lejos de ello: pues nunca la Iglesia predestinada y elegida antes de la constitución del mundo, de la cual se dijo: «Conoce el Señor a los que son suyos» (2 Timoteo 2, 19), será seducida por él; y sin embargo estará aquí también en aquel tiempo en que el diablo ha de ser soltado, así como desde que fue instituida estuvo aquí y estará en todo tiempo, en los suyos a saber que se suceden naciendo a los que mueren. Pues poco después dice que el diablo soltado atraerá a las naciones seducidas de todo el orbe de la tierra a la guerra contra ella, cuyo número de enemigos será como la arena del mar. «Y subieron —dice— sobre la latitud de la tierra, y rodearon los campamentos de los santos y la ciudad amada; y descendió fuego del cielo de parte de Dios y los devoró; y el diablo que los seducía fue enviado al estanque de fuego y azufre, donde están también la bestia y el pseudoprofeta; y serán atormentados día y noche por los siglos de los siglos» (Apocalipsis 20, 8-10). Pero esto ya pertenece al juicio novísimo, el cual ahora por eso pensé que debía conmemorar, para que nadie piense que en aquel mismo pequeño tiempo en que será soltado el diablo, no habrá de estar la Iglesia en esta tierra, no encontrándola él aquí cuando fuere soltado, o consumiéndola cuando la hubiere perseguido de todos modos. No por tanto por todo este tiempo que este libro comprende, desde el primer advenimiento de Cristo a saber hasta el fin del siglo, en que será su segundo advenimiento, de tal modo es atado el diablo que sea esta misma su atadura, por este intervalo que llama con el número de mil años, no seducir a la Iglesia; puesto que a ella ni soltado ciertamente la ha de seducir. Pues de cierto si para él ser atado es no poder seducir, o no serle permitido; ¿qué será ser soltado sino poder seducir, o serle permitido? Lo cual lejos esté que se haga; sino que la atadura del diablo es no serle permitido ejercer toda la tentación que puede o por la fuerza o por el dolo para seducir a los hombres, obligándolos violentamente a su parte, o engañándolos fraudulentamente. Lo cual si se le permitiera en tan largo tiempo y tanta enfermedad de muchos, a muchísimos tales cuales Dios no quiere que padezcan esto, tanto derribaría a los fieles como impediría que creyeran; para que no hiciera lo cual, fue atado.

2. Entonces empero será soltado, cuando también será el breve tiempo. Pues en tres años y seis meses se lee que ha de sañarse con todas sus fuerzas y las de los suyos; y tales serán aquellos con quienes ha de guerrear, que no puedan ser vencidos por tan gran ímpetu suyo y por sus insidias. Si empero nunca fuera soltado, menos aparecería su maligna potencia, menos sería probada la fidelísima paciencia de la ciudad santa; menos finalmente se percibiría cuán bien usó el Omnipotente de tan gran mal suyo:

qui eum nec omnino abstulit a tentatione sanctorum, quamvis ab eorum interioribus hominibus, ubi in Deum creditur, foras missum, ut forinsecus ejus oppugnatione proficerent; et in eis qui sunt ex parte ipsius, alligavit, ne quantam posset effundendo et exercendo malitiam, innumerabiles infirmos ex quibus Ecclesiam multiplicari et impleri oportebat, alios credituros, alios jam credentes, a fide pietatis hos deterreret, hos frangeret; et solvet in fine, ut quam fortem adversarium Dei civitas superaverit, cum ingenti gloria sui redemptoris, adjutoris, liberatoris, aspiciat. In eorum sane, qui tunc futuri sunt, sanctorum atque fidelium comparatione quid sumus? quandoquidem ad illos probandos tantus solvetur inimicus, cum quo nos ligato tantis periculis dimicamus. Quamvis et hoc temporis intervallo quosdam milites Christi tam prudentes et fortes fuisse atque esse, non dubium est, ut etiam si tunc in ista mortalitate viverent, quando ille solvetur, omnes insidias ejus atque impetus et caverent sapientissime, et patientissime sustinerent.

3. Haec autem alligatio diaboli non solum facta est, ex quo coepit Ecclesia praeter Judaeam terram in nationes alias aliasque dilatari; sed etiam nunc fit, et fiet usque ad terminum saeculi, quo solvendus est. Quia et nunc homines ab infidelitate, in qua ipse eos possidebat, convertuntur ad fidem, et usque in illum finem sine dubio convertentur: et utique unicuique iste fortis tunc alligatur, quando ab illo tanquam vas ejus eripitur: et abyssus ubi inclusus est, non in eis consumpta est, quando sunt mortui, qui tunc erant quando esse coepit inclusus; sed successerunt eis alii nascendo, atque succedunt, donec finiatur hoc saeculum, qui oderint Christianos, in quorum quotidie, velut in abysso, caecis et profundis cordibus includatur. Utrum autem etiam illis ultimis tribus annis et mensibus sex, quando solutus totis viribus saeviturus est, aliquis in qua non fuerat, sit accessurus ad fidem, nonnulla quaestio est. Quomodo enim stabit quod dictum est, Quis intrat in domum fortis, ut vasa ejus eripiat, nisi prius alligaverit fortem (Matth. XII, 29)? si etiam soluto eripiuntur? Ac per hoc ad hoc cogere videtur ista sententia, ut credamus illo, licet exiguo, tempore neminem accessurum esse populo christiano, sed cum eis qui jam Christiani reperti fuerint, diabolum pugnaturum: ex quibus etiamsi aliqui victi secuti eum fuerint, non eos ad praedestinatum filiorum Dei numerum pertinere. Neque enim frustra idem Joannes apostolus, qui et hanc Apocalypsim scripsit, in epistola sua de quibusdam dicit, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum (I Joan. II, 19).

el cual ni lo quitó del todo de la tentación de los santos, aunque expulsado de sus hombres interiores donde se cree en Dios, para que por fuera con su impugnación aprovecharan; y en aquellos que son de parte de él mismo lo ató, para que derramando y ejerciendo cuanta malicia pudiera, no disuadiera de la fe de la piedad a innumerables enfermos de los cuales convenía que la Iglesia se multiplicara y llenara, a unos que habrían de creer, a otros ya creyentes, o a estos los quebrantara; y lo soltará al fin, para que la ciudad de Dios vea con cuán fuerte adversario ha vencido, con la ingente gloria de su redentor, ayudador y liberador. En comparación de aquellos santos y fieles que entonces han de ser, ciertamente ¿qué somos nosotros? puesto que para probar a aquellos será soltado tan gran enemigo, con el cual nosotros atado luchamos con tantos peligros. Aunque también en este intervalo de tiempo no es dudoso que algunos soldados de Cristo han sido y son tan prudentes y fuertes, que incluso si entonces vivieran en esta mortalidad cuando él sea soltado, tanto se guardarían sapientísimamente de todas sus asechanzas e ímpetus como los sostendrían pacientísimamente.

3. Esta atadura empero del diablo no solo se hizo desde que comenzó la Iglesia a dilatarse por otras y otras naciones fuera de la tierra de Judea; sino que también ahora se hace, y se hará hasta el término del siglo, en que ha de ser soltado. Porque también ahora los hombres se convierten de la infidelidad, en la cual él mismo los poseía, a la fe, y hasta aquel fin sin duda se convertirán; y de cierto a cada uno este fuerte es entonces atado cuando de él como vaso suyo es arrebatado; y el abismo donde fue incluido no se consumió en aquellos cuando murieron, los cuales estaban entonces cuando comenzó a ser incluido; sino que les sucedieron otros naciendo, y suceden, hasta que se acabe este siglo, que odien a los cristianos, en cuyos corazones ciegos y profundos sea cada día incluido como en un abismo. Si empero también en aquellos últimos tres años y seis meses, cuando soltado ha de sañarse con todas sus fuerzas, alguno ha de acceder a la fe en la que no había estado, no es pequeña cuestión. ¿Cómo pues estará firme lo que se dijo: «¿Quién entra en la casa del fuerte para arrebatar sus vasos, si primero no atare al fuerte?» (Mateo 12, 29); si también al soltado se le arrebatan? Y por esto parece obligar aquella sentencia a esto, a que creamos que en aquel tiempo, aunque exiguo, nadie ha de acceder al pueblo cristiano, sino que el diablo ha de luchar con aquellos que ya fueren hallados cristianos; de los cuales aunque algunos vencidos le siguieren, no pertenecen ellos al número predestinado de los hijos de Dios. Pues ni en vano el mismo apóstol Juan, que también escribió este Apocalipsis, dice en su epístola de algunos: «De nosotros salieron, pero no eran de nosotros; pues si hubieran sido de nosotros, habrían permanecido de cierto con nosotros» (1 Juan 2, 19).

Sed quid fiet de parvulis? Nimium quippe incredibile est, nullos jam natos et nondum baptizatos praeoccupari Christianorum filios illo tempore infantes, nullos etiam ipsis nasci jam diebus; aut si erunt, non eos a parentibus suis ad lavacrum regenerationis modo quocumque perduci. Quod si fiet, quo pacto soluto jam diabolo vasa ista eripientur, in cujus domum nemo intrat, ut vasa ejus eripiat, nisi prius alligaverit eum? Imo vero id potius est credendum, nec qui cadant de Ecclesia, nec qui accedant Ecclesiae illo tempore defuturos: sed profecto tam fortes erunt et parentes pro baptizandis parvulis suis, et hi qui tunc primitus crediturі sunt, ut illum fortem vincant etiam non ligatum, id est, omnibus, qualibus antea nunquam, vel artibus insidiantem, vel urgentem viribus, et vigilanter intelligant, et toleranter ferant; ac sic illi etiam non ligato eripiantur. Nec ideo falsa erit evangelica illa sententia, Quis intrat in domum fortis, ut vasa ejus eripiat, nisi prius alligaverit fortem? Secundum enim sententiae ejus veritatem, ordo iste servatus est, ut prius alligaretur fortis, ereptisque vasis ejus, longe lateque in omnibus gentibus ex firmis et infirmis ita multiplicaretur Ecclesia, ut ex ipsa rerum divinitus praedictarum et impletarum robustissima fide, etiam soluto vasa possit auferre. Sicut enim fatendum est, multorum refrigescere charitatem, cum abundat iniquitas (Matth. XXIV, 12), et inusitatis maximisque persecutionibus atque fallaciis diaboli jam soluti, eos qui in libro vitae scripti non sunt, multos esse cessuros: ita cogitandum est, non solum quos bonos fideles illud tempus inveniet, sed nonnullos etiam qui foris adhuc erunt, adjuvante Dei gratia per considerationem Scripturarum, in quibus et alia et finis ipse praenuntiatus est, quem venire jam sentiunt, ad credendum quod non credebant, futuros esse firmiores, et ad vincendum etiam non ligatum diabolum fortiores. Quod si ita erit, propterea praecessisse dicenda est ejus alligatio, ut et ligati et soluti exspoliatio sequeretur: quoniam de hac re dictum est, Quis intrabit in domum fortis, ut vasa ejus eripiat, nisi prius alligaverit fortem?

Caput IX.

Quod sit regnum sanctorum cum Christo per mille annos, et in quo discernatur a regno aeterno.

1. Interea dum mille annis ligatus est diabolus, sancti regnant cum Christo etiam ipsis mille annis eisdem sine dubio, et eodem modo intelligendis, id est, isto jam tempore prioris ejus adventus. Excepto quippe illo regno, de quo in fine dicturus est, Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum (Matth. XXV, 34), nisi alio aliquo modo, longe quidem impari, jam nunc regnarent cum illo sancti ejus, quibus ait, Ecce ego vobiscum sum usque in consummationem saeculi (Id. XXVIII, 20); profecto non etiam nunc diceretur Ecclesia regnum ejus, regnumve coelorum.

¿Pero qué se hará de los párvulos? Pues es demasiado increíble que ningunos hijos de cristianos ya nacidos y aún no bautizados sean sorprendidos infantes en aquel tiempo, ningunos también les nazcan en aquellos mismos días; o si los hubiere, que no sean por sus padres conducidos al lavacro de la regeneración de cualquier modo. Lo cual si se hiciere, ¿de qué modo al diablo ya soltado se le arrebatarán estos vasos, en cuya casa nadie entra para arrebatar sus vasos si primero no lo atare? Antes bien eso es más bien de creer, que ni los que caigan de la Iglesia ni los que accedan a la Iglesia han de faltar en aquel tiempo; sino que de cierto tan fuertes serán tanto los padres por bautizar a sus párvulos, como estos que entonces primeramente han de creer, que venzan a aquel fuerte incluso no atado, esto es, que acechando con cualesquiera artes antes nunca vistas, o apremiando con fuerzas, tanto vigilantemente entiendan como tolerantemente sufran; y así de él incluso no atado sean arrebatados. Ni por eso será falsa aquella sentencia evangélica: «¿Quién entra en la casa del fuerte para arrebatar sus vasos si primero no lo atare?». Pues según la verdad de su sentencia, se guardó este orden, que primero se atara al fuerte, y arrebatados sus vasos, se multiplicara la Iglesia a lo largo y a lo ancho en todas las naciones de firmes y enfermos, para que de la misma robustísima fe de las cosas divinamente predichas y cumplidas, pueda quitar vasos incluso al soltado. Como pues ha de confesarse que se enfría la caridad de muchos al abundar la iniquidad (Mateo 24, 12), y que por las inusitadas y máximas persecuciones y falacias del diablo ya soltado, muchos de los que no están escritos en el libro de la vida han de ceder; así ha de pensarse que no solo a los buenos fieles que aquel tiempo hallare, sino que a algunos que todavía estuvieren fuera, ayudando la gracia de Dios por la consideración de las Escrituras, en las cuales tanto otras cosas como el fin mismo se ha prenunciado, el cual ya sienten venir, han de ser más firmes para creer lo que no creían, y más fuertes para vencer al diablo incluso no atado. Lo cual si así fuere, por eso ha de decirse que precedió su atadura, para que siguiera el despojo tanto del atado como del soltado; puesto que de esta cosa se dijo: «¿Quién entrará en la casa del fuerte para arrebatar sus vasos si primero no atare al fuerte?».

Capítulo IX.

Cuál sea el reino de los santos con Cristo por mil años, y en qué se distinga del reino eterno.

1. Entretanto, mientras por mil años está atado el diablo, reinan los santos con Cristo también por esos mismos mismos mil años, sin duda entendidos del mismo modo, esto es, en este tiempo ya de su primer advenimiento. Pues exceptuando aquel reino del cual ha de decir al fin: «Venid, benditos de mi Padre, poseed el reino preparado para vosotros» (Mateo 25, 34), si no de algún otro modo, lejos por cierto desigual, ya ahora no reinaran con él sus santos, a quienes dice: «He aquí que yo estoy con vosotros hasta la consumación del siglo» (Id. 28, 20); por cierto no se llamaría también ahora la Iglesia reino de él, o reino de los cielos.

Nam utique isto tempore in regno Dei eruditur scriba ille, qui profert de thesauro suo nova et vetera (Matth. XIII, 52), de quo supra locuti sumus. Et de Ecclesia collecturi sunt zizania messores illi, quae permisit cum tritico simul crescere usque ad messem: quod exponens ait, Messis est finis saeculi; messores autem Angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania; et igni comburuntur; sic erit in consummatione saeculi: mittet Filius hominis Angelos suos, et colligent de regno ejus omnia scandala (Ibid., 39-41). Numquid de regno illo, ubi nulla sunt scandala? De isto ergo regno ejus, quod est hic Ecclesia, colligentur. Item dicit, Qui solverit unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno coelorum: qui autem fecerit, et sic docuerit, magnus vocabitur in regno coelorum (Matth. V, 19). Utrumque dicit in regno coelorum, et qui non facit mandata quae docet, hoc est enim solvere, non servare, non facere; et illum qui facit, et sic docet: sed istum minimum, illum magnum. Et continuo secutus adjungit, Dico enim vobis, quia nisi abundaverit justitia vestra super Scribarum et Pharisaeorum, id est, super justitiam eorum qui solvunt quod docent. De Scribis enim et Pharisaeis dicit alio loco, Quoniam dicunt, et non faciunt (Matth. XXIII, 3). Nisi ergo super eos abundaverit justitia vestra, id est, ut vos non solvatis, sed faciatis potius quod docetis, non intrabitis, inquit, in regnum coelorum (Id. V, 20). Alio modo igitur intelligendum est regnum coelorum, ubi ambo sunt, et ille scilicet qui solvit quod docet, et ille qui facit; sed ille minimus, iste magnus: alio modo autem regnum coelorum dicitur, quo non intrat nisi ille qui facit. Ac per hoc ubi utrumque genus est, Ecclesia est qualis nunc est: ubi autem illud solum erit, Ecclesia est qualis tunc erit, quando malus in ea non erit. Ergo Ecclesia et nunc est regnum Christi, regnumque coelorum. Regnant itaque cum illo etiam nunc sancti ejus, aliter quidem, quam tunc regnabunt: nec tamen cum illo regnant zizania, quamvis in Ecclesia cum tritico crescant. Regnant enim cum illo qui faciunt quod Apostolus ait, Si resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt sapite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quae sursum quaerite, non quae super terram (Coloss. III, 1 et 2). De qualibus item dicit, quod eorum conversatio sit in coelis (Philipp. III 20). Postremo regnant cum illo, qui eo modo sunt in regno ejus, ut sint etiam ipsi regnum ejus. Quomodo autem sunt regnum Christi, qui, ut alia taceam, quamvis ibi sint donec colligantur in fine saeculi de regno ejus omnia scandala, tamen illic sua quaerunt, non quae Jesu Christi (Id. II, 21)?

Pues ciertamente en este tiempo es instruido en el reino de Dios aquel escriba que saca de su tesoro cosas nuevas y viejas (Mateo 13, 52), de quien arriba hablamos. And de la Iglesia han de recoger la cizaña aquellos segadores, la cual permitió crecer junto con el trigo hasta la mies: lo cual exponiendo dice: «La mies es el fin del siglo; los segadores empero son los ángeles. Como pues se recoge la cizaña y se quema al fuego, así será en la consumación del siglo: enviará el Hijo del hombre a sus ángeles, y recogerán de su reino todos los escándalos» (Ibíd., 39-41). ¿Acaso de aquel reino donde no hay ningunos escándalos? De este reino suyo, pues, que es aquí la Iglesia, serán recogidos. Asimismo dice: «El que soltare uno de estos mandamientos mínimos y enseñare así a los hombres, mínimo será llamado en el reino de los cielos; el que empero hiciere y así enseñare, grande será llamado en el reino de los cielos» (Mateo 5, 19). A ambos los dice en el reino de los cielos, tanto al que no hace los mandamientos que enseña —esto es pues soltar: no guardar, no hacer— como a aquel que hace y así enseña; pero a aquel mínimo, a este grande. Y de continuo siguiendo añade: «Digo pues a vosotros, que si no abundare vuestra justicia sobre la de los escribas y fariseos», esto es, sobre la justicia de aquellos que sueltan lo que enseñan. Pues de los escribas y fariseos dice en otro lugar: «Puesto que dicen y no hacen» (Mateo 23, 3). Si no pues sobre ellos abundare vuestra justicia, esto es, para que vosotros no soltéis, sino que hagáis más bien lo que enseñáis, «no entraréis —dice— en el reino de los cielos» (Id. 5, 20). De otro modo por tanto ha de entenderse el reino de los cielos donde están ambos, a saber tanto el que suelta lo que enseña como el que hace; pero aquel mínimo, este grande: de otro modo empero se dice el reino de los cielos al que no entra sino el que hace. Y por esto donde está uno y otro género, es la Iglesia cual es ahora; donde empero aquel solo estuviere, es la Iglesia cual será entonces, cuando el malo no esté en ella. Luego la Iglesia también ahora es el reino de Cristo y el reino de los cielos. Reinan por tanto con él también ahora sus santos, de otro modo por cierto que como entonces reinarán; ni sin embargo reina con él la cizaña, aunque en la Iglesia con el trigo crezca. Reinan pues con él los que hacen lo que dice el Apóstol: «Si habéis resucitado con Cristo, saboread las cosas que están arriba, donde Cristo está a la diestra de Dios sentado; buscad las cosas que están arriba, no las que están sobre la tierra» (Colosenses 3, 1 y 2). De tales cuales asimismo dice que su conversación está en los cielos (Filipenses 3, 20). Finalmente reinan con él los que de tal modo están en su reino que sean ellos mismos también su reino. ¿Cómo empero son reino de Cristo los que, por callar otras cosas, aunque allí estén hasta que se recojan al fin del siglo de su reino todos los escándalos, sin embargo allí buscan sus propias cosas, no las que son de Jesucristo (Id. 2, 21)?

2. De hoc ergo regno militiae, in quo adhuc cum hoste confligitur, et aliquando repugnatur repugnantibus vitiis, aliquando cedentibus imperatur, donec veniatur ad illud pacatissimum regnum, ubi sine hoste regnabitur, et de hac prima resurrectione quae nunc est, liber iste sic loquitur. Cum enim dixisset, alligari diabolum mille annis, et postea solvi brevi tempore; mox recapitulando quid in istis mille annis agat Ecclesia vel agatur in ea, Et vidi, inquit, sedes et sedentes super eas, et judicium datum est. Non hoc putandum est de ultimo judicio dici: sed sedes praepositorum, et ipsi praepositi intelligendi sunt, per quos Ecclesia nunc gubernatur. Judicium autem datum nullum melius accipiendum videtur, quam id quod dictum est, Quae ligaveritis in terra, ligata erunt et in coelo; et quae solveritis in terra, soluta erunt et in coelo (Matth. XVIII, 18). Unde Apostolus, Quid enim mihi est, inquit, de his qui foris sunt judicare? nonne de his qui intus sunt vos judicatis (I Cor. V, 12)? Et animae, inquit, occisorum propter testimonium Jesu, et propter verbum Dei: subauditur quod postea dicturus est, regnaverunt cum Jesu mille annis (Apoc. XX, 4), animae scilicet martyrum nondum sibi corporibus suis redditis. Neque enim piorum animae mortuorum separantur ab Ecclesia, quae nunc etiam est regnum Christi. Alioquin nec ad altare Dei fieret eorum memoria in communicatione corporis Christi; nec aliquid prodesset ad ejus in periculis Baptismum currere, ne sine illo finiatur haec vita; nec ad reconciliationem, si forte per poenitentiam malamve conscientiam quisque ab eodem corpore separatus est. Cur enim fiunt ista, nisi quia fideles, etiam defuncti, membra ejus sunt? Quamvis ergo cum suis corporibus nondum, jam tamen eorum animae regnant cum illo, dum isti mille anni decurrunt. Unde in hoc eodem libro et alibi legitur: Beati mortui, qui in Domino moriuntur, amodo et jam dicit Spiritus, ut requiescant a laboribus suis; nam opera eorum sequuntur illos (Id. XIV, 13). Regnat itaque cum Christo nunc primum Ecclesia in vivis et mortuis. Praeterea enim, sicut dicit Apostolus, mortuus est Christus, ut et vivorum et mortuorum dominetur (Rom. XIV, 9). Sed ideo tantummodo martyrum animas commemoravit, quia ipsi praecipue regnant mortui, qui usque ad mortem pro veritate certaverunt. Sed a parte totum etiam caeteros mortuos intelligimus pertinentes ad Ecclesiam, quod est regnum Christi.

2. De este reino pues de milicia, en el cual todavía se lucha con el enemigo, y a veces se resiste a los vicios que resisten, a veces se manda a los que ceden, hasta que se venga a aquel pacatísimo reino donde se reinará sin enemigo; y de esta primera resurrección que es ahora, así habla este libro. Pues habiendo dicho que el diablo es atado por mil años y después soltado por un breve tiempo; luego recapitulando qué haga la Iglesia o qué se haga en ella en estos mil años: «Y vi —dice— tronos y a los que se sentaban sobre ellos, y les fue dado el juicio». No ha de pensarse que esto se diga del juicio final; sino que han de entenderse los tronos de los prelados y los mismos prelados, por los cuales ahora es gobernada la Iglesia. El juicio empero dado no parece que se acepte mejor que aquello que se dijo: «Lo que ligareis en la tierra, será ligado también en el cielo; y lo que soltareis en la tierra, será soltado también en el cielo» (Mateo 18, 18). De donde el Apóstol: «¿Qué pues me importa a mí —dice— juzgar de los que están fuera? ¿no juzgáis vosotros de los que están dentro?» (1 Corintios 5, 12). «Y las almas —dice— de los degollados por el testimonio de Jesús y por la palabra de Dios»: se sobrentiende lo que después ha de decir: «reinaron con Jesús mil años» (Apocalipsis 20, 4), las almas a saber de los mártires no habiéndoles sido restituidos todavía sus cuerpos. Pues ni las almas de los piadosos muertos se separan de la Iglesia, la cual también ahora es el reino de Cristo. De otro modo ni se haría en el altar de Dios memoria de ellos en la comunicación del cuerpo de Cristo; ni aprovecharía nada correr en los peligros a su Bautismo para que no se acabe esta vida sin él; ni a la reconciliación, si por caso por la penitencia o la mala conciencia alguien está separado del mismo cuerpo. ¿Por qué pues se hacen estas cosas sino porque los fieles, incluso difuntos, son miembros de él? Aunque por tanto todavía no con sus cuerpos, ya sin embargo sus almas reinan con él mientras estos mil años transcurren. De donde en este mismo libro y en otra parte se lee: «Bienaventurados los muertos que mueren en el Señor; desde ahora ya dice el Espíritu que descansen de sus trabajos, pues sus obras los siguen» (Id. 14, 13). Reina por tanto con Cristo ahora primeramente la Iglesia en los vivos y los muertos. «Pues además —como dice el Apóstol— murió Cristo para dominar tanto a los vivos como a los muertos» (Romanos 14, 9). Pero por eso conmemoró solo las almas de los mártires, porque ellos principalmente reinan muertos, los cuales lucharon por la verdad hasta la muerte. Pero por la parte el todo también entendemos a los demás muertos pertenecientes a la Iglesia, que es el reino de Cristo.

3. Quod vero sequitur, Et si qui non adoraverunt bestiam, nec imaginem ejus, nec acceperunt inscriptionem in fronte, aut in manu sua: simul de vivis ac mortuis debemus accipere. Quae sit porro ista bestia, quamvis sit diligentius inquirendum non tamen abhorret a fide recta, ut ipsa impia civitas intelligatur, et populus infidelium contrarius populo fideli et civitati Dei. Imago vero ejus simulatio ejus mihi videtur, in eis videlicet hominibus, qui velut fidem profitentur, et infideliter vivunt. Fingunt enim se esse quod non sunt, vocanturque non veraci effigie, sed fallaci imagine Christiani. Ad eamdem namque bestiam pertinent non solum aperte inimici nominis Christi et ejus gloriosissimae civitatis, sed etiam zizania, quae de regno ejus, quod est Ecclesia, in fine saeculi colligenda sunt. Et qui sunt qui non adorant bestiam nec imaginem ejus, nisi qui faciunt quod ait Apostolus, Ne sitis jugum ducentes cum infidelibus (II Cor. VI, 14)? Non adorant enim, id est, non consentiunt, non subjiciuntur: neque accipiunt inscriptionem, notam scilicet criminis, in fronte, propter professionem; in manu, propter operationem. Ab his igitur malis alieni, sive adhuc in ista mortali carne viventes, sive defuncti, regnant cum Christo jam nunc, quodam modo huic tempori congruo, per totum hoc intervallum, quod numero mille significatur annorum.

4. Reliqui eorum, inquit, non vixerunt. Hora enim nunc est, cum mortui audient vocem Filii Dei; et qui audierint, vivent: reliqui vero eorum non vivent (Joan. V, 25). Quod vero subdidit, donec finiantur mille anni; intelligendum est, quod eo tempore non vixerunt, quo vivere debuerunt, ad vitam scilicet de morte transeundo. Et ideo cum dies venerit, quo fiat et corporum resurrectio, non ad vitam de monumentis procedent, sed ad judicium; ad damnationem scilicet, quae secunda mors dicitur. Donec enim finiantur mille anni, quicumque non vixerit, id est, isto toto tempore quo agitur prima resurrectio, non audierit vocem Filii Dei, et ad vitam de morte transierit; profecto in secunda resurrectione, quae carnis est, in mortem secundam cum ipsa carne transibit. Sequitur enim, et dicit, Haec resurrectio prima est. Beatus et sanctus qui habet in hac prima resurrectione partem (Apoc. XX, 5-6), id est, particeps ejus est. Ipse est autem particeps ejus, qui non solum a morte, quae in peccatis est, reviviscit, verum etiam in eo quod revixerit, permanebit. In istis, inquit, secunda mors non habet potestatem. Habet ergo in reliquis, de quibus superius ait, Reliqui eorum non vixerunt, donec finiantur mille anni: quoniam isto toto temporis intervallo, quod mille annos vocat, quantumcumque in eo quisque eorum vixit in corpore, non revixit a morte, in qua eum tenebat impietas, ut sic reviviscendo primae resurrectionis particeps fieret, atque in eo potestatem secunda mors non haberet.

3. Lo que empero sigue: «Y si algunos no adoraron a la base ni a su imagen, ni recibieron la inscripción en la frente o en su mano»; debemos aceptarlo simultáneamente de vivos y muertos. Además, qué sea por cierto esta bestia, aunque ha de ser más diligentemente inquirido, sin embargo no aborrece de la recta fe que se entienda la misma ciudad impía, y el pueblo de los infieles contrario al pueblo fiel y a la ciudad de Dios. Su imagen empero me parece que es su simulación, en aquellos hombres a saber que profesan como si fuera la fe y viven infielmente. Pues fingen ser lo que no son, y se llaman cristianos no por una verdadera efigie, sino por una falaz imagen. Pues a la misma bestia pertenecen no solo abiertamente los enemigos del nombre de Cristo y de su gloriosísima ciudad, sino también la cizaña que de su reino, que es la Iglesia, ha de ser recogida al fin del siglo. ¿Y quiénes son los que no adoran a la bestia ni a su imagen sino los que hacen lo que dice el Apóstol: «No seáis yugo que arrastra con los infieles» (2 Corintios 6, 14)? Pues no adoran, esto es, no consienten, no se sujetan; ni reciben la inscripción, la nota a saber del crimen, en la frente por la profesión, en la mano por la operación. Ajenos por tanto de estos males, ya sea todavía viviendo en esta carne mortal, ya sea difuntos, reinan con Cristo ya ahora, de algún modo congruo a este tiempo, por todo este intervalo que se significa con el número de mil años.

4. «Los demás de ellos —dice— no vivieron». Pues la hora es ahora, cuando los muertos oirán la voz del Hijo de Dios; y los que la oyeren, vivirán: pero los demás de ellos no vivirán (Juan 5, 25). Lo que empero añadió, «hasta que se acaben los mil años», ha de entenderse que en aquel tiempo no vivieron cuando debieron vivir, a saber, pasando de la muerte a la vida. Y por tanto, cuando venga el día en que se haga también la resurrección de los cuerpos, no saldrán de los monumentos a la vida, sino al juicio; a la condenación a saber, que se llama muerte segunda. Pues hasta que se acaben los mil años, quienquiera que no hubiere vivido, esto es, en todo este tiempo en que se actúa la primera resurrección, no hubiere oído la voz del Hijo de Dios y pasado de la muerte a la vida; ciertamente en la segunda resurrección, que es de la carne, pasará a la muerte segunda con la misma carne. Sigue pues y dice: «Esta es la resurrección primera. Bienaventurado y santo el que tiene parte en esta primera resurrección» (Apocalipsis 20, 5-6), esto es, es partícipe de ella. Es empero partícipe de ella aquel que no solo revive de la muerte que está en los pecados, sino que además permanecerá en aquello en que revivió. «En estos —dice— la muerte segunda no tiene potestad». La tiene por tanto en los demás, de los cuales arriba dijo: «Los demás de ellos no vivieron hasta que se acaben los mil años»; porque en todo este intervalo de tiempo que llama mil años, por más que cada uno de ellos vivió en el cuerpo, no revivió de la muerte en la que lo tenía la impiedad, para que así reviviendo se hiciera partícipe de la primera resurrección y no tuviera en él potestad la muerte segunda.

Caput X.

Quid respondendum sit eis, qui putant resurrectionem ad sola corpora, non etiam ad animas pertinere.

Sunt qui putant resurrectionem dici non posse nisi corporum: ideoque istam quoque in corporibus primam futuram esse contendunt. Quorum enim est, inquiunt, cadere, corum est resurgere: cadunt autem corpora moriendo: nam et a cadendo cadavera nuncupantur. Non ergo animarum, inquiunt, resurrectio potest esse, sed corporum. Sed quid contra Apostolum dicunt, qui eam resurrectionem appellat? Nam secundum interiorem, non secundum exteriorem hominem utique resurrexerant, quibus ait, Si resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt sapite (Coloss. III, 1). Quem sensum verbis aliis alibi posuit, dicens, Ut quemadmodum Christus a mortuis resurrexit per gloriam Patris, sic et nos in novitate vitae ambulemus (Rom. VI, 4). Hinc est et illud, Surge, qui dormis, et exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus (Ephes. V, 14). Quod autem dicunt, non posse resurgere, nisi qui cadunt; et ideo putant resurrectionem ad corpora, non ad animas pertinere, quia corporum est cadere: cur non audiunt, Non recedatis ab illo, ne cadatis (Eccli. II, 7); et, Suo domino stat aut cadit (Rom. XIV, 4); et, Qui putat se stare, videat ne cadat (I Cor. X, 12)? Puto enim quod in anima, non in corpore casus iste cavendus est. Si igitur cadentium est resurrectio, cadunt autem et animae; profecto et animas resurgere confitendum est. Quod autem cum dixisset, In istis secunda mors non habet potestatem; adjunxit atque ait, Sed erunt sacerdotes Dei et Christi, et regnaount cum eo mille annis: non utique de solis episcopis et presbyteris dictum est, qui proprie jam vocantur in Ecclesia sacerdotes: sed sicut omnes Christianos dicimus propter mysticum chrisma, sic omnes sacerdotes, quoniam membra sunt unius sacerdotis. De quibus apostolus Petrus, Plebs, inquit, sancta, regale sacerdotium (I Petr. II, 9). Sane, licet breviter atque transeunter, insinuavit Deum esse Christum, dicendo, Sacerdotes Dei et Christi, hoc est, Patris et Filii; quamvis propter formam servi, sicut filius hominis, ita etiam sacerdos Christus effectus sit in aeternum, secundum ordinem Melchisedech (Psal. CIX, 4). De qua re in hoc opere non semel diximus.

Caput XI.

De Gog et Magog, quos ad persequendam Ecclesiam Dei, solutus prope finem saeculi diabolus incitabit.

Capítulo X.

Qué se debe responder a los que piensan que la resurrección pertenece solo a los cuerpos, no también a las almas.

Hay quienes piensan que la resurrección no puede decirse sino de los cuerpos; y por eso sostienen que esta primera también ha de ser en los cuerpos. Pues de aquellos —dicen— cuya es el caer, de ellos es el resurgir: caen empero los cuerpos al morir, pues aun del caer (cadendo) se llaman cadáveres (cadavera). No puede pues —dicen— haber resurrección de las almas, sino de los cuerpos. Pero ¿qué dicen contra el Apóstol, que la llama resurrección? Pues ciertamente según el hombre interior, no según el exterior, habían resurgido aquellos a quienes dice: «Si habéis resurgido con Cristo, saboread las cosas que son de arriba» (Colosenses 3, 1). Sentido que puso en otras palabras en otra parte, diciendo: «Para que así como Cristo resurgió de los muertos por la gloria del Padre, así también nosotros caminemos en novedad de vida» (Romanos 6, 4). De aquí es también aquello: «Levántate, tú que duermes, y surge de entre los muertos, y te iluminará Cristo» (Efesios 5, 14). Lo que empero dicen, que no pueden resurgir sino los que caen, y por eso piensan que la resurrección pertenece a los cuerpos, no a las almas, porque de los cuerpos es el caer: ¿por qué no oyen: «No os apartéis de él, para que no caigáis» (Eclesiástico 2, 7); y: «Para su señor está en pie o cae» (Romanos 14, 4); y: «El que piensa que está en pie, mire que no caiga» (1 Corintios 10, 12)? Pues pienso que en el alma, no en el cuerpo, ha de evitarse esta caída. Si por tanto de los que caen es la resurrección, y caen también las almas; ciertamente ha de confesarse que las almas también resurgen. Lo que empero habiendo dicho: «En estos la muerte segunda no tiene potestad», adjuntó y dijo: «Sino que serán sacerdotes de Dios y de Cristo, y reinarán con él mil años»; no ciertamente se dijo solo de los obispos y presbíteros, que propiamente ya son llamados en la Iglesia sacerdotes; sino que así como llamamos a todos cristianos por el místico crisma (mysticum chrisma), así a todos sacerdotes, puesto que son miembros de un solo Sacerdote. De los cuales el apóstol Pedro: «Pueblo santo —dice—, sacerdocio real» (1 Pedro 2, 9). Ciertamente, aunque brevemente y de paso, insinuó que Cristo es Dios al decir: «Sacerdotes de Dios y de Cristo», esto es, del Padre y del Hijo; aunque por la forma de siervo, como hijo del hombre, así también Cristo fue hecho sacerdote para siempre según el orden de Melquisedec (Salmo 109, 4). De cuya cosa en esta obra no una sola vez hemos hablado.

Capítulo XI.

De Gog y Magog, a quienes el diablo, soltado cerca del fin del siglo, incitará para perseguir a la Iglesia de Dios.

Et cum finiti fuerint, inquit, mille anni, solvetur satanas de custodia sua, et exibit ad seducendas nationes, quae sunt in quatuor angulis terrae, Gog et Magog, et trahet eos in bellum, quorum numerus est ut arena maris. Ad hoc ergo tunc seducet, ut in hoc bellum trahat. Nam et antea modis quibus poterat, per mala multa et varia seducebat. Exibit autem dictum est, in apertam persecutionem de latebris erumpet odiorum. Haec enim erit novissima persecutionis, novissimo imminente judicio, quam sancta Ecclesia toto terrarum orbe patietur, universa scilicet civitas Christi ab universa diaboli civitate, quantacumque erit utraque super terram. Gentes quippe istae, quas appellat Gog et Magog, non sic sunt accipiendae, tanquam sint aliqui in aliqua parte terrarum barbari constituti, sive quos quidam suspicantur Getas et Massagetas, propter litteras horum nominum primas, sive aliquos alios alienigenas, et a Romano jure sejunctos. Toto namque orbe terrarum significati sunt isti esse, cum dictum est, Nationes quae sunt in quatuor angulis terrae: easque subjecit esse Gog et Magog. Quorum interpretationem nominum esse comperimus Gog tectum, Magog de tecto : tanquam domus, et ipse qui procedit de domo. Gentes igitur sunt, in quibus diabolum velut in abysso superius intelligebamus inclusum; et ipse de illis quodammodo sese efferens et procedens: ut illae sint tectum, ipse de tecto. Si autem utrumque referamus ad gentes, non unum horum ad illas, alterum ad diabolum; et tectum ipsae sunt, quia in eis nunc includitur et quodammodo tegitur inimicus antiquus; et de tecto ipsae erunt, quando in apertum odium de operto erupturae sunt. Quod vero ait, Et ascenderunt super terrae latitudinem, eo cinxerunt castra sanctorum et dilectam civitatem (Apoc. XX, 7, 8): non utique ad unum locum venisse, vel venturi esse significati sunt, quasi aliquo uno loco futura sint castra sanctorum et dilecta civitas; cum haec non sit nisi Christi Ecclesia toto terrarum orbe diffusa: ac per hoc ubicumque tunc erit, quae in omnibus gentibus erit, quod significatum est nomine latitudinis terrae, ibi erunt castra sanctorum, ibi erit dilecta Deo civitas ejus; ibi ab omnibus inimicis suis, quia et ipsi in omnibus gentibus cum illa erunt, persecutionis illius immanitate cingetur, hoc est, in angustias tribulationis arctabitur, urgebitur, concludetur; nec militiam suam deseret, quae vocabulo est appellata castrorum.

Caput XII.

An ad ultimum supplicium pertineat impiorum, quod descendisse ignis de coelo, et eosdem comedisse memoratur.

«Y cuando se hubieren acabado los mil años —dice—, será soltado Satanás de su custodia, y saldrá a seducir a las naciones que están en los cuatro ángulos de la tierra, Gog y Magog, y los arrastrará a la guerra, cuyo número es como el arena del mar». Para esto pues entonces seducirá, para arrastrarlos a esta guerra. Pues también antes seducía por los modos que podía, por muchos y variados males. Pero «saldrá» se ha dicho porque de los escondrijos de los odios irrumpirá en abierta persecución. Pues esta será la novísima persecución, estando inminente el novísimo juicio, la cual padecerá la santa Iglesia en todo el orbe de la tierra, a saber, la ciudad universal de Cristo por la ciudad universal del diablo, por grande que sea cada una sobre la tierra. Ciertamente estas gentes que llama Gog y Magog no han de aceptarse así como si fueran algunos bárbaros constituidos en alguna parte de las tierras, ya sea los que algunos sospechan que son los Getas y Massagetas por las primeras letras de estos nombres, ya sea algunos otros extranjeros y separados del derecho romano. Pues en todo el orbe de la tierra se significó que están estos cuando se dijo: «Las naciones que están en los cuatro ángulos de la tierra»; y a ellas las sujetó a ser Gog y Magog. Cuya interpretación de los nombres hemos hallado que es Gog «techo» (tectum), Magog «del techo» (de tecto): como si fuera la casa, y el mismo que procede de la casa. Son por tanto las gentes en las cuales entendíamos arriba que el diablo estaba incluido como en el abismo; y él mismo de ellas de algún modo elevándose y procediendo: para que ellas sean el techo, él del techo. Si empero referimos ambos a las gentes, no uno de estos a ellas y el otro al diablo; entonces ellas mismas son el techo, porque en ellas ahora es incluido y de algún modo cubierto el enemigo antiguo; y ellas mismas serán del techo cuando han de irrumpir de lo cubierto en el odio abierto. Lo que empero dice: «Y subieron sobre la latitud de la tierra, y cercaron el campamento de los santos y la ciudad amada» (Apocalipsis 20, 7-8): no ciertamente se significó que han venido o han de venir a un solo lugar, como si en algún solo lugar hubieran de estar el campamento de los santos y la ciudad amada; no siendo esta sino la Iglesia de Cristo difundida por todo el orbe de la tierra: y por esto dondequiera que entonces estuviere, la cual estará en todas las naciones (lo que se significó con el nombre de latitud de la tierra), allí estará el campamento de los santos, allí estará su ciudad amada de Dios; allí será cercada por la inmanidad de aquella persecución por todos sus enemigos, porque también ellos mismos estarán con ella en todas las naciones, esto es, será estrechada en las angustias de la tribulación, urgida, encerrada; ni desertará su milicia, la cual fue llamada con el vocablo de campamento (castrorum).

Capítulo XII.

Si pertenece al último suplicio de los impíos lo que se menciona de que descendió fuego del cielo y los consumió.

Quod vero ait, Et descendit ignis de coelos et comedit eos (Apoc. XX, 9): non extremum putandum est id esse supplicium, quod erit, cum dicetur, Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum (Matth. XXV, 41). Tunc quippe in ignem mittentur ipsi, non ignis de coelo veniet super ipsos. Hic autem bene intelligitur ignis de coelo, de ipsa firmitate sanctorum, qua non cessuri sunt saevientibus, ut eorum faciant voluntatem. Firmamentum est enim coelum, cujus firmitate illi cruciabuntur ardentissimo zelo; quoniam non poterunt attrahere in partes Antichristi sanctos Christi. Et ipse erit ignis qui comedet eos, et hoc a Deo: quia Dei munere insuperabiles fiunt sancti, unde excruciantur inimici. Sicut enim in bono positum est, Zelus domus tuae comedit me (Psal. LXVIII, 10); ita e contrario, Zelus occupavit plebem ineruditam, et nunc ignis contrarios comedet (Isai. XXVI, 11, sec. LXX). Et nunc utique, excepto scilicet ultimi illius igne judicii. Aut si eam plagam, qua percutiendi sunt Ecclesiae persecutores, veniente jam Christo, quos viventes inveniet super terram, quando interficiet Antichristum spiritu oris sui (II Thess. II, 8), ignem appellavit descendentem de coelo, eosque comedentem, neque hoc ultimum supplicium erit impiorum, sed illud quod facta corporum resurrectione passuri sunt.

Caput XIII.

An tempus persecutionis Antichristi mille annis annumerandum sit.

Haec persecutio novissima, quae futura est ab Antichristo (sicut jam diximus, quia et in hoc libro superius [Apoc. X, et XI], et apud Danielem prophetam [Dan. XII] positum est), tribus annis et sex mensibus erit. Quod tempus, quamvis exiguum, utrum ad mille annos pertineat, quibus et diabolum ligatum dicit, et sanctos regnare cum Christo; an eisdem annis hoc parvum spatium superaddatur, atque sit extra, merito ambigitur. Quia si dixerimus ad eosdem annos hoc pertinere, non tanto tempore, sed prolixiore cum Christo regnum sanctorum reperietur extendi, quam diabolum alligari. Profecto enim sancti cum suo Rege etiam in ipsa praecipue persecutione regnabunt mala tanta vincentes, quando jam diabolus non erit alligatus, ut eos persequi omnibus viribus possit. Quomodo ergo ista Scriptura eisdem mille annis utrumque determinat, diaboli scilicet alligationem, regnumque sanctorum; cum trium annorum et sex mensium intervallo prius desinat alligatio diaboli, quam regnum sanctorum in his mille annis cum Christo? Si autem dixerimus parvum persecutionis hujus hoc spatium non computandum in mille annis, sed eis impletis potius adjiciendum;

Lo que empero dice: «Y descendió fuego del cielo y los consumió» (Apocalipsis 20, 9): no ha de pensarse que sea aquel extremo suplicio que será cuando se diga: «Apartaos de mí, malditos, al fuego eterno» (Mateo 25, 41). Entonces ciertamente ellos mismos serán arrojados al fuego, no el fuego del cielo vendrá sobre ellos. Aquí empero bien se entiende el «fuego del cielo» de la misma firmeza de los santos, por la cual no han de ceder a los que se enfurecen para hacer su voluntad. Pues el firmamento es el cielo, por cuya firmeza ellos serán atormentados con un ardentísimo celo; puesto que no podrán atraer a las partes del Anticristo a los santos de Cristo. Y él mismo será el fuego que los consumirá, y esto «de Dios»: porque por don de Dios los santos se hacen insuperables, de donde son atormentados los enemigos. Pues así como en buen sentido se ha puesto: «El celo de tu casa me consumió» (Salmo 68, 10); así por el contrario: «El celo ocupó al pueblo ignorante, y ahora el fuego consumirá a los contrarios» (Isaías 26, 11, según la Septuaginta). Y «ahora» ciertamente, exceptuando a saber el fuego de aquel último juicio. O si llamó fuego descendente del cielo y consumiéndolos a aquella plaga con la cual han de ser heridos los perseguidores de la Iglesia, viniendo ya Cristo, a los cuales hallará viviendo sobre la tierra cuando mate al Anticristo con el espíritu de su boca (2 Tesalonicenses 2, 8), tampoco este será el último suplicio de los impíos, sino aquel que han de padecer hecha la resurrección de los cuerpos.

Capítulo XIII.

Si el tiempo de la persecución del Anticristo ha de ser contado en los mil años.

Esta novísima persecución, que ha de ser por el Anticristo (como ya hemos dicho, porque se ha puesto tanto en este libro arriba [Apocalipsis 10 y 11], como en el profeta Daniel [Daniel 12]), será por tres años y seis meses. Tiempo el cual, aunque exiguo, se duda merecidamente si pertenece a los mil años en los cuales dice que tanto el diablo es atado como que los santos reinan con Cristo; o si a los mismos años se superañade este pequeño espacio y está fuera. Porque si dijéramos que esto pertenece a los mismos años, se hallará que el reino de los santos con Cristo se extiende no por tanto tiempo, sino por uno más prolongado que el que el diablo es atado. Pues ciertamente los santos con su Rey reinarán aun en aquella misma persecución principalmente venciendo males tan grandes, cuando ya el diablo no estará atado para que pueda perseguirlos con todas sus fuerzas. ¿Cómo pues esta Escritura determina ambos por los mismos mil años, a saber la atadura del diablo y el reino de los santos; cuando por el intervalo de tres años y seis meses cesa antes la atadura del diablo que el reino de los santos en estos mil años con Cristo? Si empero dijéramos que este pequeño espacio de esta persecución no ha de ser computado en los mil años, sino más bien que ha de añadirse cumplidos estos;

ut proprie possit intelligi, quod cum dixisset, Sacerdotes Dei et Christi regnabunt cum eo mille annis, adjecit, Et cum finiti fuerint mille anni, solvetur satanas de custodia sua; isto enim modo et regnum sanctorum et vinculum diaboli simul cessatura esse significat, ut deinde persecutionis illius tempus nec ad sanctorum regnum, nec ad custodiam satanae, quorum utrumque in mille annis est, pertinere, sed superadditum et extra computandum esse credatur: cogemur fateri sanctos in illa persecutione regnaturos non esse cum Christo. Sed quis audeat dicere, tunc cum illo non regnatura sua membra, quando ei maxime atque fortissime cohaerebunt, et quo tempore quanto erit acrior impetus belli, tanto major gloria non cedendi, tanto densior corona martyrii? Aut si propter tribulationes, quas passuri sunt, non dicendi sunt regnaturi; consequens erit, ut etiam superioribus diebus in eisdem mille annis quicumque tribulabantur sanctorum, eo ipso tempore tribulationis suae cum Christo non regnasse dicantur: ac per hoc et illi, quorum animas auctor libri hujus vidisse se scribit occisorum propter testimonium Jesu et propter verbum Dei, non regnabant cum Christo quando patiebantur persecutionem; et ipsi regnum Christi non erant, quos Christus excellentius possidebat. Absurdissimum id quidem et omni modo aversandum. Sed certe animae victrices gloriosissimorum martyrum, omnibus doloribus ac laboribus superatis atque finitis, posteaquam mortalia membra posuerunt, cum Christo utique regnaverunt et regnant, donec finiantur mille anni, ut postea receptis etiam corporibus jam immortalibus regnent. Proinde tribus illis annis atque dimidio, animae occisorum pro ejus martyrio, et quae antea de corporibus exierunt, et quae ipsa novissima persecutione sunt exiturae, regnabunt cum illo, donec finiatur mortale saeculum, et ad illud regnum, ubi mors non erit, transeatur. Quocirca cum Christo regnantium sanctorum plures anni erunt, quam vinculi diaboli et custodiae: quia illi cum suo rege Dei Filio, jam diabolo non ligato etiam per tres illos annos ac semissem, regnabunt. Remanet igitur, ut cum audimus, Sacerdotes Dei et Christi regnabunt cum illo mille annis, et cum finiti fuerint mille anni, solvetur satanas de custodia sua; aut non regni hujus sanctorum intelligamus annos mille finiri, sed vinculi diaboli atque custodiae;

para que propiamente pueda entenderse que habiendo dicho: «Los sacerdotes de Dios y de Cristo reinarán con él mil años», añadió: «Y cuando se hubieren acabado los mil años, será soltado Satanás de su custodia»; pues de este modo significa que tanto el reino de los santos como el vínculo del diablo han de cesar a la vez, para que de ahí se crea que el tiempo de aquella persecución ni pertenece al reino de los santos ni a la custodia de Satanás (ambos los cuales están en los mil años), sino que es superañadido y ha de ser computado fuera: nos veremos compelidos a confesar que los santos en aquella persecución no han de reinar con Cristo. Pero ¿quién osaría decir que entonces no han de reinar con él sus miembros, cuando a él máxima y fuertísimamente han de estar unidos, y en cuyo tiempo cuanto más acre sea el ímpetu de la guerra, tanto mayor será la gloria de no ceder, tanto más densa la corona del martirio? O si por las tribulaciones que han de padecer no se ha de decir que han de reinar; será consecuente que también en los días anteriores en los mismos mil años quienesquiera de los santos que eran atribulados, se diga que en aquel mismo tiempo de su tribulación no reinaron con Cristo: y por esto también aquellos cuyas almas escribe el autor de este libro que vio de los degollados por el testimonio de Jesús y por la palabra de Dios, no reinaban con Cristo cuando padecían la persecución; y ellos mismos no eran el reino de Cristo, a los cuales Cristo poseía más excelentemente. Absurdo por cierto es eso y de todo punto ha de ser rechazado. Pero ciertamente las almas vencedoras de los gloriosísimos mártires, superados y terminados todos los dolores y trabajos, después que depusieron los miembros mortales, con Cristo ciertamente reinaron y reinan hasta que se acaben los mil años, para que después recibidos también los cuerpos ya inmortales reinen. Por tanto, en aquellos tres años y medio, las almas de los degollados por su martirio, tanto las que antes salieron de los cuerpos como las que en esa misma novísima persecución han de salir, reinarán con él hasta que se acabe el siglo mortal y se pase a aquel reino donde no habrá muerte. Por lo cual los años de los santos que reinan con Cristo serán más que los del vínculo y custodia del diablo: porque ellos con su rey el Hijo de Dios, ya no estando atado el diablo, reinarán incluso por aquellos tres años y medio. Queda por tanto que cuando oímos: «Los sacerdotes de Dios y de Cristo reinarán con él mil años, y cuando se hubieren acabado los mil años, será soltado Satanás de su custodia»; o no entendamos que se acaban los mil años de este reino de los santos, sino los del vínculo y custodia del diablo;

ut annos mille, id est, annos omnes suos, quaeque pars habeat diversis ac propriis prolixitatibus finiendos, ampliore sanctorum regno, breviore diaboli vinculo: aut certe, quoniam trium annorum et sex mensium brevissimum spatium est, computari noluisse credatur, sive quod minus satanae vinculum, sive quod amplius videtur regnum habere sanctorum: sicut de quadringentis annis in sexto decimo hujus operis volumine disputavi (cap. 24); quoniam plus aliquid erant , et tamen quadringenti sunt nuncupati: et talia saepe reperiuntur in Litteris sacris, si quis advertat.

Caput XIV.

De damnatione diaboli cum suis, et per recapitulationem de resurrectione corporea omnium mortuorum, et de judicio ultimae retributionis.

Post hanc autem commemorationem novissimae persecutionis, breviter complectitur totum, quod ultimo jam judicio diabolus, et cum suo principe civitas inimica passura est. Dicit enim: Et diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis et sulphuris, quo bestia et pseudopropheta; et cruciabuntur die ac nocte in saecula saeculorum (Apoc. XX, 9 et 10). Bestiam bene intelligi ipsam impiam civitatem, supra jam diximus. Pseudo vero propheta ejus aut Antichristus est, aut imago illa, id est figmentum, de quo ibi locuti sumus. Post haec ipsum novissimum judicium, quod erit in secunda resurrectione mortuorum, quae corporum est, recapitulando narrans, quomodo fuerit sibi revelatum, Et vidi, inquit, thronum magnum et candidum, et sedentem super eum, cujus a facie fugit coelum et terra, et locus eorum inventus non est (Ibid., 11). Non ait, Vidi thronum magnum et candidum et sedentem super eum, et ab ejus facie fugit coelum et terra; quoniam non tunc factum est, id est, antequam esset de vivis et mortuis judicatum: sed eum se vidisse dixit in throno sedentem, a cujus facie fugit coelum et terra; sed postea. Peracto quippe judicio tunc esse desinet hoc coelum et haec terra, quando incipiet esse coelum novum et terra nova. Mutatione namque rerum, non omni modo interitu transibit hic mundus. Unde et Apostolus ait, Praeterit enim figura hujus mundi, volo vos sine sollicitudine esse (I Cor. VII, 31 et 32). Figura ergo praeterit, non natura. Cum ergo se Joannes vidisse dixisset sedentem super thronum, a cujus facie, quod postea futurum est, fugit coelum et terra: Et vidi, inquit, mortuos magnos et pusillos; et aperti sunt libri; et alius liber apertus est, qui est vitae uniuscujusque ; et judicati sunt mortui ex ipsis scripturis librorum secundum facta sua (Apoc. XX, 12). Libros dixit esse apertos, et librum: sed librum cujusmodi non tacuit; qui est, inquit, vitae uniuscujusque.

para que los mil años, esto es, todos sus años, cada parte los tenga que acabar con diversas y propias prolixidades, con un reino más amplio de los santos y un vínculo más breve del diablo: o ciertamente, puesto que tres años y seis meses es un espacio brevísimo, se crea que no se quiso que fuera computado, ya sea porque el vínculo de Satanás parece tener menos o el reino de los santos tener más: como disputé de los cuatrocientos años en el decimosexto volumen de esta obra (cap. 24); puesto que eran algo más, y sin embargo fueron llamados cuatrocientos: y tales cosas se hallan a menudo en las Sagradas Letras, si alguien advierte.

Capítulo XIV.

De la condensación del diablo con los suyos, y por recapitulación de la resurrección corpórea de todos los muertos, y del juicio de la última retribución.

Después empero de esta conmemoración de la novísima persecución, brevemente abraza el todo lo que en el último juicio ya el diablo, y con su príncipe la ciudad enemiga, ha de padecer. Dice pues: «Y el diablo que los seducía fue arrojado al estanque de fuego y azufre, donde están la bestia y el falso profeta; y serán atormentados día y noche por los siglos de los siglos» (Apocalipsis 20, 9 y 10). Que la bestia bien se entiende como la misma ciudad impía, ya arriba dijimos. Su falso profeta empero o es el Anticristo o aquella imagen, esto es, la ficción de que allí hablamos. Después de estas cosas, narrando por recapitulación el mismo novísimo juicio, que será en la segunda resurrección de los muertos (que es de los cuerpos), cómo le fue revelado: «Y vi —dice — un trono grande y blanco, y al que se sentaba sobre él, de cuya faz huyó el cielo y la tierra, y no fue hallado lugar de ellos» (Ibíd., 11). No dijo: «Vi un trono grande y blanco y al que se sentaba sobre él, y de su faz huyó el cielo y la tierra»; porque no se hizo entonces, esto es, antes de que se hubiera juzgado de vivos y muertos: sino que dijo que lo vio sentado en el trono, de cuya faz huyó el cielo y la tierra; pero después. Realizado ciertamente el juicio, entonces dejará de ser este cielo y esta tierra cuando empiece a ser el cielo nuevo y la tierra nueva. Pues por mutación de las cosas, no de todo punto por exterminio, pasará este mundo. De donde también dice el Apóstol: «Pasa pues la figura de este mundo, quiero que estéis sin solicitud» (1 Corintios 7, 31 y 32). La figura pues pasa, no la naturaleza. Habiendo pues dicho Juan que vio al que estaba sentado sobre el trono, de cuya faz (lo que ha de ser después) huyó el cielo y la tierra: «Y vi —dice— a los muertos grandes y pequeños; y fueron abiertos los libros; y otro libro fue abierto, que es de la vida de cada uno; y fueron juzgados los muertos por las mismas escrituras de los libros según sus hechos» (Apocalipsis 20, 12). Dijo que los libros fueron abiertos, y el libro: pero qué tipo de libro no calló; «que es —dice— de la vida de cada uno».

Ergo illi libri, quos priore loco posuit, intelligendi sunt sancti et veteres et novi, ut in illis ostenderetur quae Deus fieri sua mandata jussisset: in illo autem qui est vitae uniuscujusque, quid horum quisque non fecisset, sive fecisset. Qui liber si carnaliter cogitetur, quis ejus magnitudinem, aut longitudinem, valeat aestimare? aut quanto tempore legi poterit liber, in quo scriptae sunt universae vitae universorum? An tantus Angelorum numerus aderit, quantus hominum erit, et vitam suam quisque ab Angelo sibi adhibito audiet recitari? Non ergo unus liber erit omnium, sed singuli singulorum. Scriptura vero ista unum volens intelligi, Et alius, inquit, liber apertus est. Quaedam igitur vis est intelligenda divina, qua fiet ut cuique opera sua, vel bona vel mala, cuncta in memoriam revocentur, et mentis intuitu mira celeritate cernantur; ut accuset, vel excuset scientia conscientiam; atque ita simul et omnes et singuli judicentur. Quae nimirum vis divina, libri nomen accepit. In ea quippe quodammodo legitur, quidquid ea faciente recolitur . Ut autem ostendat, qui mortui judicandi sint, pusilli et magni, recapitulando dicit tanquam ad id rediens, quod praeterierat, potiusve distulerat: Et exhibuit mare mortuos qui in eo erant, et mors et infernus reddiderunt mortuos quos in se habebant (Ibid., 13). Hoc procul dubio prius factum est, quam essent mortui judicati: et tamen illud prius dictum est. Hoc est ergo quod dixi, recapitulando eum ad id rediisse quod intermiserat. Nunc autem ordinem tenuit, atque ut explicaretur ipse ordo, commodius etiam de judicatis mortuis, quod jam dixerat, suo repetivit loco. Cum enim dixisset, Et exhibuit mare mortuos qui in eo erant, et mors et infernus reddiderunt mortuos quos in se habebant; mox addidit quod paulo ante posuerat, Et judicati sunt singuli secundum facta sua. Hoc est enim quod supra dixerat, Et judicati sunt mortui secundum facta sua.

Caput XV.

Qui sint mortui, quos ad judicium exhibuit mare, vel quos mors et inferi reddiderunt.

Sed qui sunt mortui, quos exhibuit mare, qui in eo erant? Neque enim qui in mari moriuntur, non sunt in inferno, aut corpora eorum servantur in mari; aut, quod est absurdius, mare habebat bonos mortuos, et infernus malos. Quis hoc putaverit? Sed profecto convenienter quidam hoc loco mare pro isto saeculo positum accipiunt.

Por tanto aquellos libros que puso en primer lugar han de entenderse los santos, tanto antiguos como nuevos, para que en ellos se mostrara qué mandatos suyos Dios hubiera ordenado que se hicieran: en aquel empero que es de la vida de cada uno, qué de estas cosas cada cual no hubiera hecho, o hubiera hecho. Libro el cual, si se piensa carnalmente, ¿quién podrá estimar su magnitud o longitud? ¿o en cuánto tiempo podrá leerse el libro en el cual están escritas las vidas universales de todos? ¿O asistirá tal número de ángeles como será el de los hombres, y cada cual oirá su vida recitada por el ángel que le sea aplicado? No habrá pues un solo libro de todos, sino individuales de cada uno. Esta Escritura empero queriendo que se entienda uno solo: «Y otro —dice— libro fue abierto». Cierta fuerza divina por tanto ha de entenderse, por la cual se hará que a cada uno sus obras, ya sean buenas o malas, todas se le revoquen a la memoria y se vean con una celeridad maravillosa por la intuición de la mente; para que la ciencia acuse o excuse a la conciencia; y así a la vez todos e individuales sean juzgados. Fuerza divina la cual, sin duda, tomó el nombre de libro. Pues en ella de algún modo se lee cuanto por su acción se recuerda. Para mostrar empero qué muertos han de ser juzgados, los pequeños y los grandes, por recapitulación dice como volviendo a aquello que había pasado por alto o más bien diferido: «Y el mar entregó los muertos que en él estaban, y la muerte y el infierno entregaron los muertos que en sí tenían» (Ibíd., 13). Esto sin duda se hizo antes de que fueran juzgados los muertos: y sin embargo aquello se dijo antes. Esto es pues lo que dije, que por recapitulación él volvió a lo que había interrumpido. Ahora empero guardó el orden, y para que se explicara el orden mismo, más cómodamente también sobre los muertos juzgados, lo que ya había dicho, lo repitió en su lugar. Pues habiendo dicho: «Y el mar entregó los muertos que en él estaban, y la muerte y el infierno entregaron los muertos que en sí tenían»; luego añadió lo que poco antes había puesto: «Y fueron juzgados cada uno según sus hechos». Pues esto es lo que arriba había dicho: «Y fueron juzgados los muertos según sus hechos».

Capítulo XV.

Quiénes son los muertos que el mar entregó para el juicio, o los que la muerte y los infiernos restituyeron.

Pero ¿quiénes son los muertos que el mar entregó, los que en él estaban? Pues ni los que mueren en el mar no están en el infierno, o sus cuerpos se conservan en el mar; o lo que es más absurdo, el mar tenía a los muertos buenos y el infierno a los malos. ¿Quién pensara esto? Pero ciertamente convenientemente algunos en este lugar aceptan el mar por este siglo.

Cum ergo et quos hic inveniet Christus in corpore constitutos, simul significaret cum iis qui resurrecturi sunt judicandos, etiam ipsos mortuos appellavit, et bonos quibus dicitur, Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo (Coloss. III, 3); et malos de quibus dicitur, Sine mortuos sepelire mortuos suos (Matth. VIII, 22). Possunt mortui etiam propter hoc dici, quod mortalia gerunt corpora: unde Apostolus, Corpus quidem, inquit, mortuum est propter peccatum; spiritus autem vita est propter justitiam (Rom. VIII, 10): utrumque in homine vivente, atque in hoc corpore constituto esse demonstrans, et corpus mortuum, et spiritum vitam. Nec tamen dixit corpus mortale, sed mortuum: quamvis eadem paulo post etiam mortalia corpora (Ibid. 11), sicut usitatius vocantur, appellet. Hos ergo mortuos exhibuit mare, qui in eo erant, id est, exhibuit homines hoc saeculum, quicumque in eo erant, quia nondum obierant. Et mors et infernus, inquit, reddiderunt mortuos, quos in se habebant. Mare exhibuit, quia sicut inventi sunt, adfuerunt: mors vero et infernus reddiderunt, quoniam vitae, de qua jam exierant, revocarunt. Nec frustra fortasse non satis fuit ut diceret mors, aut infernus; sed utrumque dictum est: mors, propter bonos, qui tantummodo mortem perpeti potuerunt, non et infernum; infernus autem propter malos, qui etiam poenas apud inferos pendunt. Si enim non absurde credi videtur, antiquos etiam sanctos, qui venturi Christi tenuerunt fidem, locis quidem a tormentis impiorum remotissimis, sed apud inferos fuisse, donec eos inde sanguis Christi et ad ea loca descensus erueret, profecto deinceps boni fideles effuso illo pretio jam redempti, prorsus inferos nesciunt, donec etiam receptis corporibus, bona recipiant quae merentur. Cum autem dixisset, Et judicati sunt singuli secundum facta sua; breviter subjecit, quemadmodum fuerint judicati: Et mors et infernus, inquit, missi sunt in stagnum ignis: his nominibus significans diabolum, quoniam mortis est auctor et infernarum poenarum, universamque simul daemonum societatem. Hoc est enim quod supra evidentius praeoccupando jam dixerat, et diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis et sulphuris. Quod ibi vero obscurius adjunxerat, dicens, Quo et bestia, et pseudopropheta; hic apertius, Et qui non sunt, inquit, inventi in libro vitae scripti, missi sunt in stagnum ignis (Apoc. XX, 14, 15). Non Deum liber iste commemorat, ne oblivione fallatur: sed praedestinationem significat eorum, quibus aeterna dabitur vita. Neque enim nescit eos Deus, et in hoc libro legit, ut sciat: sed potius ipsa ejus praescientia de illis, quae falli non potest, liber est vitae, in quo sunt scripti, id est, ante praecogniti.

Habiendo pues significado que también aquellos que Cristo hallará constituidos en el cuerpo aquí han de ser juzgados a la vez con los que han de resurgir, también a ellos mismos los llamó muertos, tanto a los buenos a quienes se dice: «Pues muertos estáis, y vuestra vida está escondida con Cristo en Dios» (Colosenses 3, 3); como a los malos de quienes se dice: «Deja que los muertos entierren a sus muertos» (Mateo 8, 22). Pueden llamarse muertos también por esto, porque llevan cuerpos mortales; de donde el Apóstol: «El cuerpo ciertamente —dice— está muerto por el pecado; el espíritu empero es vida por la justicia» (Romanos 8, 10): demostrando que ambos están en el hombre que vive y que está constituido en este cuerpo, tanto el cuerpo muerto como el espíritu vida. Y sin embargo no dijo cuerpo mortal, sino muerto; aunque a los mismos poco después también los llame cuerpos mortales (Ibíd. 11), como más usualmente se llaman. A estos muertos pues entregó el mar que en él estaban, esto es, entregó este siglo a los hombres, quienesquiera que en él estaban, porque todavía no habían muerto. «Y la muerte y el infierno —dice— entregaron los muertos que en sí tenían». El mar entregó porque según fueron hallados asistieron; la muerte empero y el infierno entregaron porque los revocaron a la vida de la cual ya habían salido. Y no en vano tal vez no bastó que dijera muerte o infierno, sino que ambos se dijeron: la muerte por los buenos, que solo pudieron padecer la muerte, no también el infierno; el infierno empero por los malos, que también pagan penas entre los ínferos. Pues si no absurdamente parece creerse que también los antiguos santos, que tuvieron la fe del Cristo venidero, estuvieron en lugares ciertamente remotísimos de los tormentos de los impíos pero entre los ínferos, hasta que la sangre de Cristo y su descenso a aquellos lugares los rescatara, ciertamente de ahí en adelante los buenos fieles ya redimidos derramado aquel precio, ignoran por completo los infiernos hasta que, recibidos también los cuerpos, reciban los bienes que merecen. Habiendo empero dicho: «Y fueron juzgados cada uno según sus hechos», brevemente sujetó de qué modo fueron juzgados: «Y la muerte y el infierno —dice— fueron arrojados al estanque de fuego»: significando con estos nombres al diablo, puesto que es autor de la muerte y de las penas infernales, y a la sociedad universal de los demonios a la vez. Pues esto es lo que arriba más evidentemente preocupando ya había dicho: «y el diablo que los seducía fue arrojado al estanque de fuego y azufre». Lo que allí empero más oscuramente había adjuntado diciendo: «Donde tanto la bestia como el falso profeta»; aquí más abiertamente: «Y los que no fueron —dice— hallados escritos en el libro de la vida, fueron arrojados al estanque de fuego» (Apocalipsis 20, 14, 15). No conmemora a Dios este libro para que no sea engañado por el olvido; sino que significa la predestinación de aquellos a quienes se dará la vida eterna. Pues ni los ignora Dios y lee en este libro para saber; sino más bien su misma presciencia sobre ellos, la cual no puede ser engañada, es el libro de la vida en el cual están escritos, esto es, preconocidos antes.

Caput XVI.

De coelo novo, et terra nova.

Finito autem judicio, quo praenuntiavit judicandos malos, restat ut etiam de bonis dicat. Jam enim explicavit quod breviter a Domino dictum est, Ibunt isti in supplicium aeternum; sequitur, ut explicet quod etiam ibi connectitur, Justi autem in vitam aeternam (Matth. XXV, 46). Et vidi, inquit, coelum novum, et terram novam. Nam primum coelum et terra prima recesserunt, et mare jam non est (Apoc. XXI, 1). Isto fiet ordine, quod superius praeoccupando jam dixit, vidisse se super thronum sedentem, a cujus facie fugit coelum et terra. Judicatis quippe his, qui scripti non sunt in libro vitae, et in aeternum ignem missis (qui ignis cujusmodi, et in qua mundi vel rerum parte futurus sit, hominem scire arbitror neminem, nisi forte cui Spiritus divinus ostendit), tunc figura hujus mundi mundanorum ignium conflagratione praeteribit, sicut factum est mundanarum aquarum inundatione diluvium. Illa itaque, ut dixi, conflagratione mundana elementorum corruptibilium qualitates, quae corporibus nostris corruptibilibus congruebant, ardendo penitus interibunt; atque ipsa substantia eas qualitates habebit, quae corporibus immortalibus mirabili mutatione conveniant: ut scilicet mundus in melius innovatus, apte accommodetur hominibus etiam carne in melius innovatis. Quod autem ait, Et mare jam non est: utrum maximo illo ardore siccetur, an et ipsum vertatur in melius, non facile dixerim. Coelum quippe novum et terram novam futuram legimus: de mari autem novo aliquid me uspiam legisse, non recolo; nisi quod in hoc eodem libro reperitur, tanquam mare vitreum simile crystallo (Apoc. IV, 6; XV, 2), Sed tunc non de isto fine saeculi loquebatur: nec proprie dixisse videtur mare, sed tanquam mare. Quamvis et nunc, sicut amat prophetica locutio propriis verbis translata miscere, ac sic quodammodo velare quod dicitur, potuit de illo mari dicere, Et mare jam non est; de quo supra dixerat, Et exhibuit mare mortuos, qui in eo erant. Jam enim tunc non erit hoc saeculum vita mortalium turbulentum et procellosum, quod maris nomine figuravit.

Caput XVII.

De Ecclesiae glorificatione sine fine post finem.

Capítulo XVI.

Del cielo nuevo y la tierra nueva.

Terminado empero el juicio por el cual preanunció que han de ser juzgados los malos, resta que también hable de los buenos. Pues ya explicó lo que brevemente fue dicho por el Señor: «Irán estos al suplicio eterno»; sigue que explique lo que también allí se conecta: «Los justos empero a la vida eterna» (Mateo 25, 46). «Y vi —dice— un cielo nuevo y una tierra nueva. Pues el primer cielo y la primera tierra se retiraron, y el mar ya no es» (Apocalipsis 21, 1). Por aquel orden se hará lo que arriba preocupando ya dijo, que había visto sentado sobre el trono a aquel de cuya faz huyó el cielo y la tierra. Juzgados ciertamente estos que no están escritos en el libro de la vida y arrojados al fuego eterno (fuego el cual de qué tipo y en qué parte del mundo o de las cosas haya de ser, pienso que hombre ninguno lo sabe, sino tal vez aquel a quien el Espíritu divino se lo mostrare), entonces la figura de este mundo pasará por la conflagración de los fuegos mundanos, así como se hizo el diluvio por la inundación de las aguas mundanas. Aquella por tanto, como dije, conflagración mundana, las cualidades de los elementos corruptibles que eran con nuestros cuerpos corruptibles, ardiendo perecerán del todo; y la misma sustancia tendrá aquellas cualidades que convengan a los cuerpos inmortales por una maravillosa mutación: para que a saber el mundo innovado para mejor, aptamente se acomode a los hombres también en la carne innovados para mejor. Lo que empero dice: «Y el mar ya no es», si por aquel máximo ardor se seque, o si también él mismo se vierta para mejor, no fácilmente lo diría. Pues leemos que ha de haber cielo nuevo y tierra nueva; sobre el mar nuevo empero no recuerdo haber leído yo algo en parte alguna, sino lo que en este mismo libro se halla: «como un mar de vidrio semejante al cristal» (Apocalipsis 4, 6; 15, 2). Pero entonces no hablaba de este fin del siglo; ni parece haber dicho mar propiamente, sino «como mar». Aunque también ahora, así como ama la locución profética mezclar lo trasladado con las palabras propias, y así de algún modo velar lo que se dice, pudo decir de aquel mar: «Y el mar ya no es»; de aquel sobre el cual arriba había dicho: «Y el mar entregó los muertos que en él estaban». Pues ya entonces no será este siglo turbulento y proceloso por la vida de los mortales, lo cual figuró con el nombre del mar.

Capítulo XVII.

De la glorificación de la Iglesia sin fin después del fin.

Et civitatem, inquit, magnam Jerusalem novam vidi descendentem de coelo a Deo, aptatam, quasi novam nuptam ornatam marito suo. Et audivi vocem magnam de throno dicentem, Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum eis, et ipsi erunt populus ejus, et ipse Deus erit cum eis. Et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum; et mors jam non erit, neque luctus, neque clamor, sed nec dolor ullus, quia priora abierunt. Et dixit sedens in throno, Ecce nova facio omnia (Id. XXI, 2-5).

De coelo descendere ista civitas dicitur, quoniam coelestis est gratia, qua Deus eam fecit. Propter quod ei dicit etiam per Isaiam, Ego sum Dominus faciens te (Isai. XLV, 8). Et de coelo quidem ab initio sui descendit, ex quo per hujus saeculi tempus, gratia Dei desuper veniente per lavacrum regenerationis in Spiritu sancto misso de coelo subinde cives ejus accrescunt. Sed per judicium Dei, quod erit novissimum per ejus Filium Jesum Christum, tanta ejus et tam nova de Dei munere claritas apparebit, ut nulla remaneant vetustatis vestigia: quandoquidem et corpora ad incorruptionem atque immortalitatem novam ex vetere corruptione atque mortalitate transibunt. Nam hoc de isto tempore accipere, quo regnat cum Rege suo mille annis, impudentiae nimiae mihi videtur: cum apertissime dicat, Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum; et mors jam non erit, neque luctus, neque clamor, sed nec dolor ullus. Quis vero tam sit absurdus, et obstinatissima contentione vesanus, qui audeat affirmare in hujus mortalitatis aerumnis, non dico populum sanctum, sed unumquemque sanctorum, qui hanc vel ducat, vel ducturus sit, vel duxerit vitam, nullas habentem lacrymas et dolores; cum potius quanto quisque est sanctior et desiderii sancti plenior, tanto sit ejus in orando fletus uberior? Annon est vox civis supernae Jerusalem, Factae sunt mihi lacrymae meae panis die ac nocte (Psal. XLI, 4)? et, Lavabo per singulas noctes lectum meum, in lacrymis meis stratum meum rigabo (Psal. VI, 7)? et, Gemitus meus non est absconditus a te (Psal. XXXVII, 10)? et, Dolor meus renovatus est (Psal. XXXVIII, 3)? Aut vero non ejus filii sunt, qui ingemiscunt gravati, in quo nolunt exspoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur mortale a vita (II Cor. V, 4)? Nonne ipsi sunt, qui primitias habentes Spiritus, in semetipsis ingemiscunt, adoptionem exspectantes, redemptionem corporis sui (Rom. VIII, 23)? An ipse apostolus Paulus non erat supernus Jerosolymitanus, vel non multo magis hoc erat, quando pro Israelitis fratribus carnalibus suis tristitia illi erat magna, et continuus dolor cordi ejus (Rom. IX, 2)? Quando autem mors non erit in ista civitate, nisi quando dicetur, Ubi est, mors, contentio tua ? ubi est, mors, aculeus tuus? Aculeus autem mortis est peccatum (I Cor. XV, 55 et 56)?

«Y a la ciudad grande —dice—, la nueva Jerusalén vi descendiendo del cielo de Dios, preparada como una nueva novia adornada para su marido. Y oí una gran voz del trono diciendo: He aquí el tabernáculo de Dios con los hombres, y habitará con ellos, y ellos serán su pueblo, y el mismo Dios estará con ellos. Y enjugará Dios toda lágrima de los ojos de ellos; y la muerte ya no será, ni luto, ni clamor, pero ni dolor alguno, porque las cosas anteriores pasaron. Y dijo el que se sentaba en el trono: He aquí que hago nuevas todas las cosas» (Id. 21, 2-5).

Del cielo se dice que desciende esta ciudad puesto que es celestial la gracia por la cual Dios la hizo. Por lo cual le dice también por Isaías: «Yo soy el Señor que te hace» (Isaías 45, 8). Y del cielo ciertamente desde su inicio descendió, desde el cual por el tiempo de este siglo, viniendo la gracia de Dios de lo alto por el lavacro de la regeneración en el Espíritu Santo enviado del cielo, sucesivamente sus ciudadanos se acrecientan. Pero por el juicio de Dios, que será el novísimo por su Hijo Jesucristo, tanta y tan nueva claridad por don de Dios aparecerá, que no queden vestigios de antigüedad: puesto que también los cuerpos a la incorrupción y a la inmortalidad nueva de la vieja corrupción y mortalidad pasarán. Pues aceptar esto de este tiempo en que reina con su Rey mil años, me parece de excesiva impudencia; cuando abiertísimamente dice: «Enjugará Dios toda lágrima de los ojos de ellos; y la muerte ya no será, ni luto, ni clamor, pero ni dolor alguno». ¿Quién empero sea tan absurdo, y por una obstinadísima contienda vesánico, que ose afirmar en las miserias de esta mortalidad, no digo al pueblo santo, sino a cada uno de los santos que o lleve, o haya de llevar, o haya llevado esta vida, no teniendo lágrima ninguna ni dolores; cuando más bien cuanto cada uno es más santo y más lleno de santo deseo, tanto sea su llanto en el orar más abundante? ¿Acaso no es voz de un ciudadano de la Jerusalén superna: «Se han hecho para mí mis lágrimas pan día y noche» (Salmo 41, 4)? y: «Lavaré por cada noche mi lecho, con mis lágrimas mi estrado regaré» (Salmo 6, 7)? y: «Mi gemido no está escondido de ti» (Salmo 37, 10)? y: «Mi dolor se ha renovado» (Salmo 38, 3)? ¿O es que no son hijos de ella los que gimen gravados, en lo que no quieren ser despojados sino sobrevestidos, para que sea absorbido lo mortal por la vida (2 Corintios 5, 4)? ¿No son ellos mismos los que teniendo las primicias del Espíritu, en sí mismos gimen, esperando la adopción, la redención de su cuerpo (Romanos 8, 23)? ¿Acaso el mismo apóstol Pablo no era jerosolimitano superno, o no mucho más era esto cuando por los israelitas sus hermanos carnales tenía una tristeza grande y continuo dolor en su corazón (Romanos 9, 2)? ¿Cuándo empero no será la muerte en aquella ciudad sino cuando se diga: «¿Dónde está, muerte, tu contienda? ¿donde está, muerte, tu aguijón? El aguijón de la muerte empero es el pecado» (1 Corintios 15, 55 y 56)?

Quod tunc utique non erit, quando dicetur, Ubi est? Nunc vero non quilibet infimus civis illius civitatis, sed idem ipse Joannes in Epistola sua clamat, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est (I Joan. I, 8). Et in hoc quidem libro, cujus nomen est Apocalypsis, obscure multa dicuntur, ut mentem legentis exerceant, et pauca in eo sunt, ex quorum manifestatione indagentur caetera cum labore: maxime quia sic eadem multis modis repetit, ut alia atque alia dicere videatur; cum aliter atque aliter haec ipsa dicere vestigetur. Verum in his verbis, ubi ait, Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum; et mors jam non erit, neque luctus, neque clamor, sed nec dolor ullus: tanta luce dicta sunt de saeculo futuro et immortalitate atque aeternitate sanctorum (tunc enim solum, atque ibi solum ista non erunt), ut nulla debeamus in Litteris sacris quaerere vel legere manifesta, si haec putaverimus obscura.

Caput XVIII.

Quid apostolus Petrus de novissimo Dei judicio praedicarit.

Nunc jam videamus, quid etiam apostolus Petrus de hoc judicio scripserit: Venient, inquit, in novissimo dierum illusione illudentes, secundum proprias concupiscentias suas euntes, et dicentes, Ubi est promissum praesentiae ipsius? Ex quo enim patres dormierunt, sic omnia perseverant ab initio creaturae. Latet enim illos hoc volentes, quia coeli erant olim et terra de aqua, et per aquam constituta Dei verbo; per quae, qui tunc erat mundus, aqua inundatus deperiit. Qui autem nunc sunt coeli et terra, eodem verbo repositi sunt, igni reservandi in diem judicii et perditionis hominum impiorum. Hoc unum vero non lateat vos, charissimi, quia unus dies apud Dominum, sicut mille anni; et mille anni, sicut dies unus. Non tardat Dominus promissum, sicut quidam tarditatem existimant: sed patienter fert propter vos, nolens aliquem perire, sed omnes in poenitentiam converti. Veniet autem dies Domini ut fur, in quo coeli magno impetu transcurrent: elementa autem ardentia resolventur; et terra, et quae in ipsa sunt opera exurentur. His ergo omnibus pereuntibus, quales oportet esse vos in sanctis conversationibus exspectantes, et properantes ad praesentiam diei Domini, per quam coeli ardentes solventur, et elementa ignis ardore decoquentur? Novos vero coelos, et terram novam, secundum promissa ipsius, exspectamus, in quibus justitia inhabitat (II Petr. III, 3-13).

Lo cual entonces ciertamente no será cuando se diga: «¿Dónde está?». Ahora empero no cualquier ínfimo ciudadano de aquella ciudad, sino el mismo Juan en su Epístola clama: «Si dijéramos que pecado no tenemos, nos seducimos a nosotros mismos, y la verdad no está en nosotros» (1 Juan 1, 8). Y en este libro ciertamente, cuyo nombre es Apocalipsis, oscuramente muchas cosas se dicen para que ejerciten la mente del que lee, y pocas hay en él por cuya manifestación se indaguen las demás con trabajo: máxime porque así repite las mismas cosas de muchos modos que parece decir unas y otras cosas; cuando de otros y otros modos se rastrea que dice estas mismas cosas. Pero en estas palabras, donde dice: «Enjugará Dios toda lágrima de los ojos de ellos; y la muerte ya no será, ni luto, ni clamor, pero ni dolor alguno»: con tanta luz han sido dichas del siglo futuro y de la inmortalidad y eternidad de los santos (pues entonces solo, y allí solo estas cosas no serán), que ninguna cosa manifiesta debemos en las Sagradas Letras buscar o leer, si estas las pensáramos oscuras.

Capítulo XVIII.

Lo que el apóstol Pedro predicó sobre el juicio novísimo de Dios.

Ahora ya veamos qué escribió también el apóstol Pedro sobre este juicio: «Vendrán —dice— en el último de los días, burladores con burla, andando según sus propias concupiscencias y diciendo: ¿Dónde está la promesa de su presencia? Pues desde que los padres durmieron, así todas las cosas perseveran desde el principio de la criatura. Pues se les oculta esto queriendo ellos, que los cielos eran antiguamente y la tierra de agua, y por el agua constituida por el verbo de Dios; por las cuales cosas el mundo que entonces era, inundado por el agua, pereció. Pero los cielos y la tierra que ahora son, por el mismo verbo han sido repuestos, reservados para el fuego en el día del juicio y de la perdición de los hombres impíos. Pero una cosa no se les oculte, carísimos, que un día ante el Señor es como mil años, y mil años como un día. No tarda el Señor la promesa, como algunos consideran la tardanza: sino que trata pacientemente por causa de ustedes, no queriendo que alguno perezca, sino que todos se conviertan a la penitencia. Vendrá empero el día del Señor como ladrón, en el cual los cielos con gran ímpetu pasarán: los elementos empero ardientes se disolverán; y la tierra y las obras que en ella hay se quemarán. Pereciendo pues todas estas cosas, ¿cuáles conviene que sean ustedes en santas conversaciones, esperando y apresurándose a la presencia del día del Señor, por la cual los cielos ardientes se disolverán y los elementos con el ardor del fuego se derretirán? Pero nuevos cielos y tierra nueva, según sus promesas, esperamos, en los cuales la justicia habita» (2 Pedro 3, 3-13).

Nihil hic dixit de resurrectione mortuorum: sed sane de perditione mundi hujus satis. Ubi etiam commemorans factum ante diluvium, videtur admonuisse quodammodo, quatenus in fine hujus saeculi mundum istum periturum esse credamus. Nam et illo tempore perisse dixit, qui tunc erat, mundum: nec solum orbem terrae, verum etiam coelos, quos utique istos aerios intelligimus, quorum locum ac spatium tunc aqua crescendo superaverat. Ergo totus, aut pene totus aer iste ventosus (quod coelum vel potius coelos vocat, sed istos utique imos, non illos supremos, ubi sol, et luna, et sidera constituta sunt), conversus fuerat in humidam qualitatem ; atque hoc modo cum terra perierat, cujus terrae utique prior facies fuerat deleta diluvio. Qui autem nunc sunt, inquit, coeli et terra, eodem verbo repositi sunt, igni reservandi in diem judicii et perditionis hominum impiorum. Proinde qui coeli, et quae terra, id est, qui mundus, pro eo mundo qui diluvio periit, ex eadem aqua repositus est, ipse igni novissimo reservatur in diem judicii et perditionis hominum impiorum. Nam et hominum, propter magnam quamdam commutationem, non dubitat dicere perditionem futuram; cum tamen eorum, quamvis in aeternis poenis, sit mansura natura. Quaerat forsitan aliquis, si post factum judicium mundus iste ardebit, antequam pro illo coelum novum, et terra nova reponatur, eo ipso tempore conflagrationis ejus ubi erunt sancti, quum eos habentes corpora in aliquo corporali loco esse necesse sit. Possumus respondere, futuros eos esse in superioribus partibus, quo ita non ascendet flamma illius incendii, quemadmodum nec unda diluvii. Talia quippe illis inerunt corpora, ut illic sint, ubi esse voluerint. Sed nec ignem conflagrationis illius pertimescent immortales atque incorruptibiles facti: sicut virorum trium corruptibilia corpora atque mortalia, in camino ardenti vivere illaesa potuerunt (Dan. III, 24).

CAPUT XIX.---Quid apostolus Paulus Thessalonicensibus scripserit de manifestatione Antichristi, cujus tempus dies Domini subsequetur. 1. Multas evangelicas apostolicasque sententias de divino isto judicio novissimo video mihi esse praetercundas, ne hoc volumen in nimiam longitudinem provolvatur : sed nullo modo est praetereundus apostolus Paulus, qui scribens ad Thessalonicenses, Rogamus, inquit, vos, fratres, per adventum Domini nostri Jesu Christi, et nostrae congregationis in ipsum, ut non cito moveamini mente, neque terreamini, neque per spiritum, neque per verbum, neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi instet dies Domini: ne quis vos seducat ullo modo.

Nada dijo aquí sobre la resurrección de los muertos: pero ciertamente bastante sobre la perdición de este mundo. Donde también, conmemorando el hecho antes del diluvio, parece haber amonestado de algún modo hasta qué punto debemos creer que este mundo ha de perecer al fin de este siglo. Pues también en aquel tiempo dijo que había perecido el mundo que entonces era: y no solo el orbe de la tierra, sino también los cielos, los cuales ciertamente entendemos que son estos aéreos, cuyo lugar y espacio entonces el agua creciendo había superado. Por tanto, todo o casi todo este aire ventoso (que llama cielo o más bien cielos, pero estos ciertamente ínfimos, no aquellos supremos donde el sol y la luna y los astros están constituidos), había sido convertido en una cualidad húmeda; y de este modo había perecido con la tierra, de la cual tierra ciertamente la faz anterior había sido borrada por el diluvio. «Pero los cielos y la tierra que ahora son —dice— por el mismo verbo han sido repuestos, reservados para el fuego en el día del juicio y de la perdición de los hombres impíos». Por consiguiente, los cielos y la tierra, esto es, el mundo, que en lugar de aquel mundo que pereció por el diluvio fue repuesto de la misma agua, él mismo se reserva para el fuego novísimo en el día del juicio y de la perdición de los hombres impíos. Pues también de los hombres, por causa de una cierta gran conmutación, no duda decir que habrá una perdición futura; aunque su naturaleza, aunque en penas eternas, ha de permanecer. Pregunte quizá alguno, si después de hecho el juicio arderá este mundo antes de que por él se reponga el cielo nuevo y la tierra nueva, en aquel mismo tiempo de su conflagración dónde estarán los santos, siendo así que teniéndolos cuerpos en algún lugar corporal es necesario que estén. Podemos responder que han de estar ellos en las partes superiores, a donde no ascenderá la llama de aquel incendio, del mismo modo que tampoco la onda del dilvuvio. Tales por cierto habrán en ellos cuerpos, que estén allí donde hubieren querido estar. Pero ni temerán el fuego de aquella conflagración hechos inmortales e incorruptibles: como los cuerpos corruptibles y mortales de los tres varones pudieron vivir ilesos en el camino ardiente (Daniel 3, 24).

CAPÍTULO XIX.---Lo que el apóstol Pablo escribió a los tesalonicenses sobre la manifestación del Anticristo, a cuyo tiempo seguirá el día del Señor. 1. Veo que debo pasar por alto muchas sentencias evangélicas y apostólicas sobre este divino juicio novísimo, para que este volumen no se extienda a una longitud excesiva: pero de ningún modo debe ser pasado por alto el apóstol Pablo, quien escribiendo a los tesalonicenses dice: «Rogamos —dice— a ustedes, hermanos, por la venida de nuestro Señor Jesucristo y de nuestra congregación en él, que no se muevan pronto de su sentir, ni se aterroricen, ni por espíritu, ni por palabra, ni por epístola como enviada por nosotros, como si instara el día del Señor: que nadie los seduzca de ningún modo.

Quoniam nisi venerit refuga primum, ut revelatus fuerit homo peccati, filius interitus, qui adversatur et superextollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur; ita ut in templo Dei sedeat, ostentans se tanquam sit Deus. Non retinetis in memoria, quod adhuc cum essem apud vos, haec dicebam vobis? Et nunc quid detineat scitis, ut reveletur in suo tempore. Jam enim mysterium iniquitatis operatur. Tantum qui modo tenet teneat, donec de medio fiat: et tunc revelabitur iniquus , quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, et evacuabit illuminatione praesentiae suae eum, cujus est praesentia secundum operationem satanae, in omni virtute, et signis, et prodigiis mendacii, et in omni seductione iniquitatis, his qui pereunt; pro eo quod dilectionem veritatis non receperunt, ut salvi fierent. Et ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, et judicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati (II Thess. II, 1-11).

2. Nulli dubium est, eum de Antichristo ista dixisse; diemque judicii (hunc enim appellat diem Domini) non esse venturum, nisi ille prior venerit, quem refugam vocat, utique a Domino Deo. Quod si de omnibus impiis merito dici potest, quanto magis de isto? Sed in quo templo Dei sit sessurus , incertum est: utrum in illa ruina templi, quod a Salomone rege constructum est, an vero in Ecclesia. Non enim templum alicujus idoli aut daemonis, templum Dei Apostolus diceret. Unde nonnulli, non ipsum principem, sed universum quadammodo corpus ejus, id est, ad eum pertinentem hominum multitudinem, simul cum ipso suo principe hoc loco intelligi Antichristum volunt: rectiusque putant etiam latine dici, sicut in graeco est, non, in templo Dei; sed, in templum Dei sedeat , tanquam ipse sit templum Dei, quod est Ecclesia: sicut dicimus, Sedet in amicum, id est, velut amicus; vel si quid aliud isto locutionis genere dici solet. Quod autem ait, Et nunc quid detineat scitis, id est, quid sit in mora, quae causa sit dilationis ejus, ut reveletur in suo tempore, scitis: quoniam scire illos dixit, aperte hoc dicere noluit. Et ideo nos qui nescimus quod illi sciebant, pervenire cum labore ad id quod sensit Apostolus, cupimus, nec valemus: praesertim quia et illa quae addidit, hunc sensum faciunt obscuriorem. Nam quid est, Jam enim mysterium iniquitatis operatur. Tantum qui modo tenet teneat, donec de medio fiat; et tunc revelabitur iniquus? Ego prorsus quid dixerit, me fateor ignorare. Suspiciones tamen hominum, quas vel audire, vel legere potui, non tacebo.

Porque si no viniere primero el apóstata, para que sea revelado el hombre de pecado, el hijo de perdición, que se opone y se ensalza sobre todo lo que se dice Dios o que es adorado; de modo que en el templo de Dios se siente, mostrándose como si fuera Dios. ¿No retienen en la memoria que, estando yo todavía con ustedes, les decía estas cosas? Y ahora saben lo que detiene, para que sea revelado en su tiempo. Pues ya el misterio de la iniquidad opera. Solo que el que ahora tiene, tenga, hasta que sea quitado de en medio: y entonces será revelado el inicuo, a quien el Señor Jesús matará con el espíritu de su boca, y evacuará con la iluminación de su presencia a aquel cuya presencia es según la operación de Satanás, en toda virtud y signos y prodigios de mentira, y en toda seducción de iniquidad para aquellos que perecen; por cuanto no recibieron el amor de la verdad para que se hicieran salvos. Y por eso enviará Dios a ellos operación de error para que crean a la mentira, y sean juzgados todos los que no creyeron a la verdad, sino que consintieron en la iniquidad» (2 Tesalonicenses 2, 1-11).

2. Nadie duda que él dijo estas cosas sobre el Anticristo; y que el día del juicio (pues a este llama día del Señor) no ha de venir a menos que aquel venga primero, a quien llama apóstata, ciertamente del Señor Dios. Lo cual, si de todos los impíos merecidamente puede decirse, ¿cuánto más de aquel? Pero en qué templo de Dios ha de sentarse es incierto: si en aquella ruina del templo que fue construido por el rey Salomón, o bien en la Iglesia. Pues el Apóstol no diría templo de Dios al templo de algún ídolo o demonio. Por lo cual algunos quieren que en este lugar se entienda por Anticristo no al príncipe mismo, sino a todo su cuerpo en cierto modo, esto es, a la multitud de hombres perteneciente a él, junto con su príncipe mismo: y piensan que más rectamente se dice incluso en latín, como está en el griego, no «en el templo de Dios», sino «hacia el templo de Dios se siente», como si él mismo fuera el templo de Dios, que es la Iglesia: como decimos, «se sienta como amigo», esto es, como si fuera amigo; o si alguna otra cosa suele decirse en este género de locución. Lo que empero dice: «Y ahora saben lo que detiene», esto es, qué está en demora, cuál sea la causa de su dilación, «para que sea revelado en su tiempo, saben»: puesto que dijo que ellos lo sabían, no quiso decir esto abiertamente. Y por eso nosotros, que no sabemos lo que ellos sabían, deseamos con trabajo llegar a lo que sintió el Apóstol, y no podemos: especialmente porque también aquellas cosas que añadió hacen este sentido más oscuro. Pues ¿qué es «Ya pues el misterio de la iniquidad opera. Solo que el que ahora tiene, tenga, hasta que sea quitado de en medio; y entonces será revelado el inicuo»? Yo confieso que ignoro totalmente lo que dijo. Sin embargo, las sospechas de los hombres, que pude oír o leer, no las callaré.

3. Quidam putant hoc de imperio dictum fuisse Romano; et propterea Paulum apostolum non id aperte scribere voluisse, ne calumniam videlicet incurreret, quod Romano imperio male optaverit, cum speraretur aeternum: ut hoc quod dixit, Jam enim mysterium iniquitatis operatur, Neronem voluerit intelligi, cujus jam facta velut Antichristi videbantur. Unde nonnulli ipsum resurrecturum, et futurum Antichristum suspicantur . Alii vero nec occisum putant, sed subtractum potius, ut putaretur occisus; et vivum occultari in vigore ipsius aetatis, in qua fuit, cum crederetur exstinctus, donec suo tempore reveletur, et restituatur in regnum . Sed multum mihi mira est haec opinantium tanta praesumptio. Illud tamen quod ait Apostolus, Tantum qui modo tenet teneat, donec de medio fiat: non absurde de ipso Romano imperio creditur dictum, tanquam dictum sit, Tantum qui modo imperat imperet, donec de medio fiat, id est, de medio tollatur. Et tunc revelabitur iniquus: quem significari Antichristum, nullus ambigit. Alii vero et quod ait, Quid detineat scitis; et, mysterium operari iniquitatis, non putant dictum, nisi de malis et fictis, qui sunt in Ecclesia, donec perveniant ad tantum numerum, qui Antichristo magnum populum faciat; et hoc esse mysterium iniquitatis, quia videtur occultum. Hortari autem Apostolum fideles, ut in fide quam tenent tenaciter perseverent, dicendo, Tantum qui modo tenet teneat, donec de medio fiat: hoc est, donec exeat de medio Ecclesiae mysterium iniquitatis, quod nunc occultum est. Ad ipsum enim mysterium pertinere arbitrantur, quod ait in Epistola sua Joannes evangelista, Pueri, novissima hora est: et sicut audistis, quod Antichristus sit venturus; nunc autem antichristi multi facti sunt: unde cognoscimus quod novissima sit hora. Ex nobis exierunt: sed non erant ex nobis. Quod si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum (I Joan. II, 18 et 19). Sicut ergo ante finem in hac hora, inquiunt, quam Joannes novissimam dicit, exierunt multi haeretici de medio Ecclesiae, quos multos dicit antichristos: ita omnes tunc inde exibunt, qui non ad Christum, sed ad illum novissimum Antichristum pertinebunt, et tunc revelabitur.

4. Alius ergo sic, alius autem sic Apostoli obscura verba conjectant: quod tamen eum dixisse non dubium est, Non veniet ad vivos et mortuos judicandos Christus, nisi prius venerit ad seducendos in anima mortuos adversarius ejus Antichristus; quamvis ad occultum jam judicium Dei pertineat, quod ab illo seducentur. Praesentia quippe ejus erit, sicut dictum est, secundum operationem satanae, in omni virtute, et signis, et prodigiis mendacii, et in omni seductione iniquitatis, his qui pereunt.

3. Algunos piensan que esto fue dicho sobre el imperio romano; y que por eso el apóstol Pablo no quiso escribirlo abiertamente, para no incurrir, a saber, en calumnia por haber deseado mal al imperio romano, cuando se esperaba que fuera eterno: de modo que en esto que dijo: «Pues ya el misterio de la iniquidad opera», quiso que se entendiera Nerón, cuyas obras ya parecían como las del Anticristo. Por lo cual algunos sospechan que él mismo ha de resucitar y será el futuro Anticristo. Otros empero ni siquiera piensan que fue muerto, sino más bien sustraído para que se pensara que fue muerto; y que vive oculto en el vigor de aquella misma edad en la que estuvo cuando se creyó extinguido, hasta que en su tiempo sea revelado y restituido a su reino. Pero me es muy admirable tanta presunción de los que opinan estas cosas. Aquello empero que dice el Apóstol: «Solo que el que ahora tiene, tenga, hasta que sea quitado de en medio», no absurdamente se cree dicho sobre el mismo imperio romano, como si se hubiera dicho: «Solo que el que ahora manda, mande, hasta que sea quitado de en medio», esto es, sea removido de en medio. «Y entonces será revelado el inicuo»: a quien nadie duda que se significa el Anticristo. Otros empero piensan que lo que dice: «Saben lo que detiene»; y «opera el misterio de la iniquidad», no se dice sino sobre los malos y fingidos que están en la Iglesia, hasta que lleguen a tanto número que formen un gran pueblo para el Anticristo; y que este es el misterio de la iniquidad, porque parece oculto. Que el Apóstol empero exhorta a los fieles a que en la fe que tienen tenazmente perseveren, diciendo: «Solo que el que ahora tiene, tenga, hasta que sea quitado de en medio»: esto es, hasta que salga de en medio de la Iglesia el misterio de la iniquidad que ahora está oculto. Pues consideran que al mismo misterio pertenece lo que dice en su Epístola Juan el evangelista: «Hijitos, es la última hora: y como oyeron que el Anticristo ha de venir, ahora empero muchos anticristos se han hecho: de donde conocemos que es la última hora. De nosotros salieron, pero no eran de nosotros. Que si hubieran sido de nosotros, hubieran permanecido ciertamente con nosotros» (1 Juan 2, 18 y 19). Como pues antes del fin, en esta hora que Juan llama última, salieron muchos herejes de en medio de la Iglesia, a los cuales llama muchos anticristos: así todos saldrán de allí entonces los que no pertenecerán a Cristo, sino a aquel novísimo Anticristo, y entonces será revelado.

4. Uno pues así, y otro de otro modo conjeturan las oscuras palabras del Apóstol: pero sin embargo no es dudoso que él dijo esto, que no vendrá Cristo a juzgar a los vivos y a los muertos, a menos que primero haya venido su adversario el Anticristo para seducir a los muertos en el alma; aunque ya pertenece al juicio oculto de Dios el que por él sean seducidos. Pues su presencia será, como se dijo, «según la operación de Satanás, en toda virtud y signos y prodigios de mentira, y en toda seducción de iniquidad para aquellos que perecen».

Tunc enim solvetur satanas, et per illum Antichristum in omni sua virtute mirabiliter quidem, sed mendaciter operabitur. Quae solet ambigi utrum propterea dicta sint signa et prodigia mendacii, quoniam mortales sensus per phantasmata decepturus est; ut quod non facit, facere videatur: an quia illa ipsa, etiamsi erunt vera prodigia, ad mendacium pertrahent crediturus non ea potuisse nisi divinitus fieri, virtutem diaboli nescientes; maxime quando tantam, quantam nunquam habuit, acceperit potestatem . Non enim quando de coelo ignis cecidit, et tantam familiam cum tantis gregibus pecorum sancti Job uno impetu absumpsit, et turbo irruens et domum dejiciens filios ejus occidit (Job I), phantasmata fuerunt: quae tamen fuerunt opera satanae, cui Deus dederat hanc potestatem. Propter quid horum ergo dicta sint prodigia et signa mendacii, tunc potius apparebit. Sed propter quodlibet horum dictum sit, seducentur eis signis atque prodigiis, qui seduci merebuntur: pro eo quod dilectionem veritatis, inquit, non receperunt, ut salvi fierent. Nec dubitavit Apostolus addere, et dicere: Ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio . Deus enim mittet, quia Deus diabolum facere ista permittet, justo ipse judicio, quamvis faciat ille iniquo malignoque consilio. Ut judicentur, inquit, omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Proinde judicati seducentur, et seducti judicabuntur. Sed judicati seducentur illis judiciis Dei occulte justis, juste occultis, quibus ab initio peccati rationalis creaturae nunquam judicare cessavit: seducti autem judicabuntur novissimo manifestoque judicio per Jesum Christum, justissime judicaturum, injustissime judicatum.

Caput XX.

Quid idem apostolus in prima ad eosdem Epistola de resurrectione mortuorum docuerit.

1. Sed hic Apostolus tacuit de resurrectione mortuorum: ad eosdem autem scribens in Epistola prima, Nolumus, inquit, ignorare vos, fratres, de dormientibus, ut non contristemini, sicut et caeteri, qui spem non habent. Nam si credimus, quod Jesus mortuus est, et resurrexit: ita et Deus eos qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo.

Pues entonces será soltado Satanás, y por aquel Anticristo en toda su virtud obrará maravillosamente por cierto, pero mentirosamente. Lo cual suele dudarse si por esto se llaman signos y prodigios de mentira, porque ha de engañar los sentidos mortales por fantasmas, de modo que parezca hacer lo que no hace; o porque aquellas mismas cosas, aun si fueren verdaderos prodigios, arrastrarán a la mentira a los que creerán que no pudieron hacerse sino divinamente, ignorando la virtud del diablo; máxime cuando hubiere recibido tanta potestad como nunca tuvo. Pues cuando del cielo cayó fuego y consumió a tanta familia con tantos rebaños de ganado del santo Job de un solo ímpetu, y el torbellino irrumpiendo y derribando la casa mató a sus hijos (Job 1), no fueron fantasmas: las cuales cosas sin embargo fueron obras de Satanás, a quien Dios había dado esta potestad. Por cuál de estas razones pues se digan prodigios y signos de mentira, entonces más bien aparecerá. Pero por cualquiera de estas que se haya dicho, serán seducidos por aquellos signos y prodigios los que merezcan ser seducidos: «por cuanto no recibieron el amor de la verdad —dice— para que se hicieran salvos». Ni dudó el Apóstol añadir y decir: «Por eso enviará Dios a ellos operación de error para que crean a la mentira». Pues Dios enviará, porque Dios permitirá al diablo hacer estas cosas por un justo juicio suyo, aunque aquel lo haga con un inicuo y maligno designio. «Para que sean juzgados —dice— todos los que no creyeron a la verdad, sino que consintieron en la iniquidad». Por consiguiente, juzgados serán seducidos, y seducidos serán juzgados. Pero juzgados serán seducidos por aquellos juicios de Dios ocultamente justos, justamente ocultos, con los cuales desde el inicio del pecado de la criatura racional nunca cesó de juzgar: los seducidos empero serán juzgados por el juicio novísimo y manifiesto por Jesucristo, que ha de juzgar justísimamente, habiendo sido injustísimamente juzgado.

Capítulo XX.

Lo que el mismo apóstol enseñó en la primera Epístola a los mismos sobre la resurrección de los muertos.

1. Pero aquí el Apóstol calló sobre la resurrección de los muertos: pero escribiendo a los mismos en la primera Epístola dice: «No queremos que ignoren, hermanos, sobre los que duermen, para que no se entristezcan como los demás que no tienen esperanza. Porque si creemos que Jesús murió y resucitó: así también Dios a los que durmieron por Jesús los traerá con él.

Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos viventes, qui reliqui sumus in adventum Domini, non praeveniemus eos qui ante dormierunt: quoniam ipse Dominus in jussu, et in voce Archangeli, et in tuba Dei descendet de coelo; et mortui in Christo resurgent primo ; deinde nos viventes, qui reliqui sumus, simul cum illis rapiemur in nubibus in obviam Christo in aera; et ita semper cum Domino erimus (I Thess. IV, 12-16). Haec verba apostolica resurrectionem mortuorum futuram, quando veniet Dominus Christus, utique ad vivos et mortuos judicandos, praeclarissime ostendunt.

2. Sed quaeri solet, utrum illi quos hic viventes inventurus est Christus, quorum personam in se atque illos qui tunc secum vivebant, transfigurabat Apostolus, nunquam omnino morituri sunt; an ipso temporis puncto, quo cum resurgentibus rapientur in nubibus in obviam Christo in aera, ad immortalitatem per mortem mira celeritate transibunt . Neque enim dicendum est, fieri non posse, ut dum per aera in sublime portantur, in illo spatio et moriantur, et reviviscant. Quod enim ait, Et ita semper cum Domino erimus: non sic accipiendum est, tanquam in aere nos dixerit semper cum Domino esse mansuros; quia nec ipse utique ibi manebit, quia veniens transiturus est. Venienti quippe ibitur obviam, non manenti: sed ita cum Domino erimus, id est, sic erimus habentes corpora sempiterna, ubicumque cum illo fuerimus. Ad hunc autem sensum, quo existimemus etiam illos, quos hic vivos inventurus est Dominus, in ipso parvo spatio et passuros mortem et accepturos immortalitatem, ipse Apostolus nos videtur urgere, ubi dicit, In Christo omnes vivificabuntur (I Cor. XV, 22): cum alio loco de ipsa loquens resurrectione corporum dicat, Tu quod seminas, non vivificatur, nisi moriatur (Ibid., 36). Quomodo igitur, quos viventes hic Christus inveniet, per immortalitatem in illo vivificabuntur, etsi non moriantur; cum videamus propter hoc esse dictum, Tu quod seminas, non vivificatur, nisi moriatur? Aut si recte non dicimus seminari, nisi ea corpora hominum, quae moriendo quoquo modo revertuntur in terram; sicut sese habet etiam illa in transgressorem patrem generis humani divinitus prolata sententia, Terra es, et in terram ibis (Gen. III, 19): fatendum est istos, quos nondum de corporibus egressos, cum veniet Christus, inveniet, et istis verbis Apostoli, et illis de Genesi non teneri: quoniam sursum in nubibus rapti, non utique seminantur; quia nec eunt in terram, nec redeunt; sive nullam prorsus experiantur mortem, sive paululum in aere moriantur.

Pues esto les decimos en palabra del Señor: que nosotros los que vivimos, los que quedamos para la venida del Señor, no precederemos a los que antes durmieron: porque el mismo Señor con mando, y con voz de arcángel y con trompeta de Dios descenderá del cielo; y los muertos en Cristo resucitarán primero; luego nosotros los que vivimos, los que quedamos, junto con ellos seremos arrebatados en las nubes al encuentro de Cristo en el aire; y así siempre estaremos con el Señor» (1 Tesalonicenses 4, 13-17). Estas palabras apostólicas muestran clarísimamente la resurrección futura de los muertos cuando venga el Señor Cristo, ciertamente para juzgar a los vivos y a los muertos.

Pero suele preguntarse si aquellos que Cristo ha de hallar viviendo aquí, cuya persona transfiguraba en sí el Apóstol y en aquellos que entonces vivían con él, nunca han de morir en absoluto; o si en aquel mismo punto de tiempo en que con los que resucitan serán arrebatados en las nubes al encuentro de Cristo en el aire, pasarán a la inmortalidad por la muerte con maravillosa celeridad. Pues no ha de decirse que no pueda hacerse que, mientras por el aire son llevados a lo alto, en aquel espacio mueran y revivan. Pues lo que dice: «Y así siempre estaremos con el Señor», no ha de recibirse así como si hubiera dicho que hemos de permanecer siempre con el Señor en el aire; porque ni él mismo ciertamente permanecerá allí, pues viniendo ha de pasar. Pues al que viene se le irá al encuentro, no al que permanece: sino «así estaremos con el Señor», esto es, así estaremos teniendo cuerpos sempiternos dondequiera que estuviéremos con él. A este sentido empero por el cual pensemos que también aquellos que el Señor ha de hallar vivos aquí han de padecer la muerte y recibir la inmortalidad en aquel mismo pequeño espacio, el mismo Apóstol parece urgirnos donde dice: «En Cristo todos serán vivificados» (1 Corintios 15, 22): cuando en otro lugar hablando de la misma resurrección de los cuerpos diga: «Tú lo que siembras no se vivifica si no muere» (ibíd., 36). ¿Cómo pues los que viviendo aquí hallará Cristo serán vivificados en él por la inmortalidad, aun si no mueren, cuando vemos que por esto fue dicho: «Tú lo que siembras no se vivifica si no muere»? O si rectamente no decimos que se siembra sino aquellos cuerpos de los hombres que muriendo de cualquier modo vuelven a la tierra, tal como se tiene también aquella sentencia divinamente pronunciada contra el padre trasgresor del género humano: «Tierra eres y a la tierra irás» (Génesis 3, 19): debe confesarse que estos a quienes Cristo, cuando venga, halle no habiendo salido todavía de los cuerpos, no están sujetos ni a estas palabras del Apóstol ni a aquellas del Génesis: puesto que arrebatados arriba en las nubes, no son ciertamente sembrados; porque ni van a la tierra ni vuelven; ya sea que no experimenten muerte alguna en absoluto, ya sea que mueran un poquito en el aire.

3. Sed aliud rursus occurrit, quod idem dixit apostolus, cum de resurrectione corporum ad Corinthios loqueretur: Omnes resurgemus; vel, sicut alii codices habent, Omnes dormiemus (I Cor. XV, 51). Cum ergo nec resurrectio fieri possit, nisi mors praecesserit; nec dormitionem possimus illo loco intelligere, nisi mortem; quomodo omnes vel dormient, vel resurgent, si tam multi, quos in corpore inventurus est Christus, nec dormient, nec resurgent? Si ergo sanctos, qui reperientur Christo veniente viventes, eique in obviam rapientur, crediderimus in eodem raptu de mortalibus corporibus exituros, et ad eadem mox immortalia redituros, nullas in verbis Apostoli patiemur angustias, sive ubi dicit, Tu quod seminas, non vivificatur, nisi moriatur; sive ubi dicit, Omnes resurgemus; aut, Omnes dormiemus: quia nec illi per immortalitatem vivificabuntur, nisi, quamlibet paululum, tamen ante moriantur; ac per hoc et a resurrectione non erunt alieni, quam dormitio praecedit , quamvis brevissima, non tamen nulla. Cur autem nobis incredibile videatur, illam multitudinem corporum in aere quodammodo seminari, atque ibi protinus immortaliter atque incorruptibiliter reviviscere, cum credamus, quod idem ipse Apostolus apertissime dicit , in ictu oculi futuram resurrectionem (I Cor. XV, 52), et in membra sine fine victura tanta facilitate tamque inaestimabili velocitate rediturum antiquissimorum cadaverum pulverem? Nec ab illa sententia, qua homini dictum est, Terra es, et in terram ibis, futuros illos sanctos arbitramur immunes, si eorum morientium in terram non recident corpora, sed sicut in ipso raptu morientur, ita et resurgent, dum ferentur in aera. In terram quippe ibis, est, in hoc ibis amissa vita, quod eras antequam sumeres vitam: id est, Hoc eris exanimatus , quod eras antequam esses animatus. Terrae quippe insufflavit Deus in faciem flatum vitae, cum factus est homo in animam vivam: tanquam diceretur, Terra es animata, quod non eras; terra eris exanimis, sicut eras. Quod sunt et antequam putrescant omnia corpora mortuorum: quod erunt et illa, si morientur, ubicumque moriantur, cum vita carebunt, quam continuo receptura sunt. Sic ergo ibunt in terram, quia ex vivis hominibus terra erunt: quemadmodum it in cinerem, quod fit cinis; it in vetustatem, quod fit vetus; it in testam, quod ex luto fit testa: et alia sexcenta sic loquimur. Quomodo autem sit futurum quod nunc pro nostrae ratiunculae viribus utcumque conjicimus, tunc erit potius, ut nosse possimus.

3. Pero otra cosa de nuevo ocurre, que dijo el mismo Apóstol cuando hablaba a los corintios sobre la resurrección de los cuerpos: «Todos resucitaremos»; o, como otros códices tienen, «Todos dormiremos» (1 Corintios 15, 51). Puesto que pues ni la resurrección puede hacerse a menos que la muerte haya precedido, ni podemos entender la «dormición» en aquel lugar sino como muerte; ¿cómo todos o dormirán o resucitarán, si tantos, a quienes Cristo hallará en el cuerpo, ni dormirán ni resucitarán? Si pues a los santos que se hallaren viviendo al venir Cristo, y sean arrebatados a su encuentro, creyéremos que en el mismo rapto han de salir de los cuerpos mortales y han de volver pronto a los mismos inmortales, no sufriremos estrechez alguna en las palabras del Apóstol, ya sea donde dice: «Tú lo que siembras no se vivifica si no muere»; ya sea donde dice: «Todos resucitaremos», o «Todos dormiremos»: porque ni aquellos serán vivificados por la inmortalidad si no mueren antes, por poco que sea; y por esto tampoco serán ajenos a la resurrección, a la cual precede la dormición, aunque brevísima, pero no nula. ¿Por qué empero nos ha de parecer increíble que aquella multitud de cuerpos sea sembrada en el aire de algún modo, y allí al punto reviva inmortal e incorruptiblemente, cuando creemos lo que el mismo Apóstol dice abiertamente, que en un abrir y cerrar de ojos será la resurrección (1 Corintios 15, 52), y que a miembros que han de vivir sin fin volverá el polvo de antiquísimos cadáveres con tanta facilidad y con tan inestimable velocidad? Ni de aquella sentencia por la cual se dijo al hombre: «Tierra eres y a la tierra irás», juzgamos que han de ser inmunes aquellos futuros santos si sus cuerpos al morir no recaen en la tierra, sino que así como morirán en el mismo rapto, así también resucitarán mientras sean llevados por el aire. Pues «a la tierra irás» es: a esto irás, perdida la vida, que eras antes de que tomaras la vida: esto es, esto serás exánime, lo que eras antes de ser animado. Pues Dios insufló en la faz de la tierra el soplo de vida cuando fue hecho el hombre en alma viviente: como si se dijera: Tierra eres animada, lo que no eras; tierra serás exánime, como eras. Lo que son todos los cuerpos de los muertos aun antes de que se pudran: lo que serán también aquellos si murieren, dondequiera que mueran, cuando carezcan de la vida que continuamente han de recibir. Así pues irán a la tierra, porque de hombres vivos serán tierra: del mismo modo que va a la ceniza lo que se hace ceniza; va a la vejez lo que se hace viejo; va a la teja lo que de lodo se hace teja: y otras seiscientas cosas así hablamos. Cómo empero ha de ser lo que ahora según las fuerzas de nuestro pequeño raciocinio conjeturamos de algún modo, entonces será más bien para que podamos conocerlo.

Resurrectionem quippe mortuorum futuram esse in carne , quando Christus venturus est vivos judicaturus et mortuos, oportet, si christiani esse volumus, ut credamus. Sed non ideo de hac re inanis est fides nostra, si quemadmodum futura sit, perfecte comprehendere non valemus. Verum jam, sicut supra promisimus, de hoc judicio Dei novissimo etiam prophetici veteres libri quid praenuntiaverint, quantum satis esse videbitur, debemus ostendere: quae, sicut arbitror, non tanta mora necesse erit tractari et exponi, si istis, quae praemisimus, lector curaverit adjuvari.

Caput XXI.

Quid Isaias propheta de mortuorum resurrectione et de retributione judicii sit locutus.

1. Propheta Isaias, Resurgent, inquit, mortui, et resurgent qui in sepulcris erant: et laetabuntur omnes qui sunt in terra; ros enim qui abs te est, sanitas illis est: terra vero impiorum cadet (Isai. XXVI, 19, sec. LXX). Totum illud superius ad resurrectionem pertinet beatorum. Quod autem ait, Terra vero impiorum cadet, bene intelligitur dictum, Corpora vero impiorum ruina damnationis excipiet. Jam porro si de bonorum resurrectione quod dictum est, diligentius et distinctius velimus intueri, ad primam referendum est quod dictum est, Resurgent mortui; ad secundam vero quod sequitur, et resurgent qui in sepulcris erant. Jam si et illos inquiramus sanctos, quos hic vivos inventurus est Dominus, eis congrue deputabitur quod adjunxit, Et laetabuntur omnes qui sunt in terra; ros enim qui abs te est, sanitas illis est. Sanitatem loco isto, immortalitatem rectissime accipimus. Ea namque est plenissima sanitas, quae non reficitur alimentis tanquam quotidianis medicamentis. Item de judicii die spem prius dans bonis, deinde terrens malos, idem propheta sic loquitur: Haec dicit Dominus, Ecce ego declino in eos ut flumen pacis, et ut torrens inundans gloriam gentium. Filii eorum super humeros portabuntur, et super genua consolabuntur. Quemadmodum si quem mater consoletur, ita ego vos consolabor; et in Jerusalem consolabimini: et videbitis, et gaudebit cor vestrum, et ossa vestra ut herba exorientur. Et cognoscetur manus Domini colentibus eum: et comminabitur contumacibus. Ecce enim Dominus ut ignis veniet, et ut tempestas currus ejus, reddere in indignatione vindictam, et vastationem in flamna ignis. In igne enim Domini judicabitur omnis terra, et in gladio ejus omnis caro: multi vulnerati erunt a Domino (Id. LXVI, 12-16, sec. LXX). In bonorum promissione flumen pacis profecto abundantiam pacis illius debemus accipere, qua major esse non possit. Hac utique in fine rigabimur: de qua in praecedenti libro abundanter locuti sumus.

Pues la resurrección de los muertos ha de ser en la carne cuando Cristo venga a juzgar a los vivos y a los muertos, conviene que lo creamos si queremos ser cristianos. Pero no por eso es vana nuestra fe sobre esta cosa si no podemos comprender perfectamente de qué modo ha de ser. Pero ya, como arriba prometimos, de este juicio de Dios novísimo también qué prenunciaron los libros proféticos antiguos, cuanto parezca ser bastante, debemos mostrar: las cuales cosas, según juzgo, no será necesario tratarlas y exponerlas con tanta demora si el lector cuidare de ayudarse por estas cosas que hemos premisado.

Capítulo XXI.

Lo que el profeta Isaías habló sobre la resurrección de los muertos y sobre la retribución del juicio.

1. El profeta Isaías dice: «Resucitarán los muertos, y resucitarán los que estaban en los sepulcros: y se alegrarán todos los que están en la tierra; pues el rocío que es de ti, es sanidad para ellos: la tierra empero de los impíos caerá» (Isaías 26, 19, según LXX). Todo aquello superior pertenece a la resurrección de los bienaventurados. Lo que empero dice: «La tierra empero de los impíos caerá», bien se entiende dicho: a los cuerpos empero de los impíos la ruina de la condenación recibirá. Ya por lo demás, si de la resurrección de los buenos lo que se dijo quisiéremos mirar más diligente y distintamente, a la primera ha de referirse lo que se dijo: «Resucitarán los muertos»; a la segunda empero lo que sigue: «y resucitarán los que estaban en los sepulcros». Ya si también inquiriéremos por aquellos santos que el Señor ha de hallar viviendo aquí, a ellos congruentemente se les asignará lo que añadió: «Y se alegrarán todos los que están en la tierra; pues el rocío que es de ti, es sanidad para ellos». Sanidad en este lugar, rectísimamente entendemos la inmortalidad. Pues esa es la sanidad plenísima, que no se repara con alimentos como con medicamentos cotidianos. Asimismo sobre el día del juicio, dando primero esperanza a los buenos, luego aterrando a los malos, el mismo profeta habla así: «Esto dice el Señor: He aquí yo desvío hacia ellos como un río de paz, y como un torrente que inunda la gloria de las gentes. Sus hijos serán llevados sobre los hombros, y sobre las rodillas serán consolados. Del mismo modo que si a alguien una madre consuela, así yo les consolaré; y en Jerusalén serán consolados: y verán, y se alegrará su corazón, y sus huesos como hierba nacerán. Y se conocerá la mano del Señor para los que le dan culto: y amenazará a los contumaces. Pues he aquí el Señor como fuego vendrá, y como tempestad su carro, para devolver en indignación la venganza, y la vastación en llama de fuego. Pues en el fuego del Señor será juzgada toda la tierra, y en su espada toda carne: muchos heridos serán por el Señor» (Is. 66, 12-16, según LXX). En la promesa de los buenos, el río de paz por cierto debemos entenderlo como la abundancia de aquella paz, mayor que la cual no pueda haber alguna. Por esta ciertamente al fin seremos regados: sobre la cual en el libro precedente abundantemente hablamos.

Hoc flumen se in eos declinare dicit, quibus tantam beatitudinem pollicetur, ut intelligamus in illius felicitatis regione, quae in coelis est, hoc flumine omnia satiari. Sed quia et terrenis corporibus pax incorruptionis atque immortalitatis inde influet , ideo declinare se dicit hoc flumen, ut de supernis quodammodo etiam inferiora perfundat, et homines aequales Angelis reddat. Jerusalem quoque, non illam quae servit cum filiis suis, sed liberam matrem nostram intelligamus, secundum Apostolum, aeternam in coelis (Galat. IV, 26). Ibi post labores aerumnarum curarumque mortalium consolabimur, tanquam parvuli ejus in humeris genibusque portati. Rudes enim nos et novos blandissimis adjutoriis insolita nobis illa beatitudo suscipiet. Ibi videbimus, et gaudebit cor nostrum. Nec expressit quid videbimus: sed quid, nisi Deum? ut impleatur in nobis promissum evangelicum, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt (Matth. V, 8); et omnia illa, quae nunc non videmus, credentes autem, pro modulo capacitatis humanae, longe minus quam sunt atque incomparabiliter cogitamus. Et videbitis, inquit, et gaudebit cor vestrum. Hic creditis, ibi videbitis.

2. Sed quoniam dixit, Et gaudebit cor vestrum: ne putaremus illa bona Jerusalem ad nostrum tantummodo spiritum pertinere; Et ossa, inquit, vestra ut herba exorientur: ubi resurrectionem corporum strinxit, velut quod non dixerat reddens: neque enim cum viderimus, fiet; sed cum fuerit facta , videbimus. Nam et de coelo novo ac terra nova jam supra dixerat, dum ea quae sanctis promittuntur in fine, saepe ac multiformiter diceret : Erit, inquit, coelum novum et terra nova, et non erunt memores priorum, nec ascendent in cor ipsorum: sed laetitiam et exsultationem invenient in ea. Ecce ego faciam Jerusalem exsultationem, et populum meum laetitiam; et exsultabo in Jerusalem, et laetabor in populo meo; et ultra non audietur in illa vox fletus (Isai. LXV, 17-19, sec. LXX): et caetera, quae quidam ad carnales illos mille annos referre conantur. Locutiones enim tropicae propriis prophetico more miscentur: ut ad intellectum spiritualem intentio sobria cum quodam utili ac salubri labore perveniat: pigritia vero carnalis, vel ineruditae atque inexercitatae tarditas mentis contenta litterae superficie, nihil putat interius requirendum.

Dice que desvía este río hacia aquellos a quienes promete tanta beatitud, para que entendamos que en la región de aquella felicidad que está en los cielos, con este río todas las cosas se sacian. Pero porque también a los cuerpos terrenales la paz de la incorrupción y de la inmortalidad desde allí fluirá, por eso dice que desvía este río para que de las cosas supernas de algún modo también las inferiores bañe, y haga a los hombres iguales a los ángeles. Jerusalén también, no aquella que sirve con sus hijos, sino la libre madre nuestra entendamos, según el Apóstol, eterna en los cielos (Gálatas 4, 26). Allí después de los trabajos de las miserias y cuidados mortales seremos consolados, como sus párvulos llevados en hombros y rodillas. Pues rudos y nuevos nos recibirá aquella beatitud para nosotros insólita con blandísimos auxilios. Allí veremos, y se alegrará nuestro corazón. Ni expresó qué veremos: pero ¿qué sino a Dios? para que se cumpla en nosotros la promesa evangélica: «Bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios» (Mateo 5, 8); y todas aquellas cosas que ahora no vemos, creyéndolas empero según el módulo de la capacidad humana, mucho menos de lo que son e incomparablemente las pensamos. «Y verán —dice— y se alegrará su corazón». Aquí creen, allí verán.

2. Pero como dijo: «Y se alegrará su corazón», para que no pensáramos que aquellos bienes de Jerusalén pertenecen solo a nuestro espíritu; «Y sus huesos —dice— como hierba nacerán»: donde tocó la resurrección de los cuerpos, como devolviendo lo que no había dicho: pues no se hará cuando lo veamos, sino cuando se haya hecho, lo veremos. Pues también sobre el cielo nuevo y la tierra nueva ya arriba había dicho, mientras decía aquellas cosas que se prometen a los santos al fin, a menudo y multiformemente: «Será —dice— el cielo nuevo y la tierra nueva, y no serán memoriosos de las cosas anteriores, ni subirán al corazón de ellos: sino alegría y exultación hallarán en ella. He aquí yo haré a Jerusalén exultación, y a mi pueblo alegría; y exultaré en Jerusalén, y me alegraré en mi pueblo; y más no se oirá en ella voz de llanto» (Isaías 65, 17-19, según LXX): y lo demás que algunos intentan referir a aquellos carnales mil años. Pues las locuciones trópicas se mezclan con las propias al modo profético: para que al entendimiento espiritual llegue la intención sobria con cierto útil y saludable trabajo: la pereza empero carnal, o la tardanza de la mente inculta e inejercitada contenta con la superficie de la letra, nada piensa que deba requerirse interiormente.

Haec de propheticis verbis, quae ante istum locum scripta sunt, satis dixerim. In hoc autem loco, unde ad illa digressi sumus, cum dixisset, Et ossa vestra ut herba exorientur, ut resurrectionem quidem carnis, sed tamen bonorum , se nunc commemorare monstraret, adjunxit, Et cognoscetur manus Domini colentibus eum. Quid est hoc, nisi manus distinguentis cultores suos a contemptoribus suis? De quibus sequentia contexens, Et comminabitur, inquit, contumacibus, sive, ut ait alius interpres, incredulis. Nec tunc comminabitur: sed quae nunc dicuntur minaciter, tunc efficaciter implebuntur. Ecce enim Dominus, inquit, ut ignis veniet, et ut tempestas currus ejus, reddere in indignatione vindictam, et vastationem in flamma ignis. In igne enim Domini judicabitur omnis terra, et in gladio ejus omnis caro: multi vulnerati erunt a Domino. Sive igne, sive tempestate, sive gladio, poenam judicii significat: quandoquidem ipsum Dominum quasi ignem dicit esse venturum, eis profecto quibus poenalis ejus erit adventus. Currus vero ejus (nam pluraliter dicti sunt) angelica ministeria non inconvenienter accipimus. Quod autem ait, omnem terram et omnem carnem in ejus igne et in gladio judicari, non etiam hic spirituales intelligamus et sanctos, sed terrenos atque carnales, de qualibus dictum est, Qui terrena sapiunt (Philipp. III, 19); et, Sapere secundum carnem, mors est (Rom. VIII, 6): et quales omnino caro appellantur a Domino, ubi dicit, Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quoniam caro sunt (Gen. VI, 3). Quod vero hic positum est, Multi vulnerati erunt a Domino: isto vulnere fiet mors secunda. Potest quidem et ignis, et gladius, et vulnus accipi in bono. Nam et ignem Dominus velle se dixit mittere in mundum (Luc. XII, 49). Et visae sunt illis linguae divisae velut ignis, quando venit Spiritus sanctus (Act. II, 3). Et, Non veni, inquit idem Dominus, pacem mittere in terram, sed gladium (Matth. X, 34). Et sermonem Dei dicit Scriptura gladium bis acutum (Hebr. IV, 12); propter aciem geminam Testamentorum duorum. Et in Cantico canticorum, charitate se dicit sancta Ecclesia vulneratam, velut amoris impetu sagittatam (Cantic. II, 5, sec. LXX). Sed hic cum legimus vel audimus ultorem Dominum esse venturum, quemadmodum haec intelligenda sint, clarum est.

3. Deinde breviter commemoratis eis, qui per hoc judicium consumentur; sub figura ciborum in Lege vetere vetitorum, a quibus se non abstinuerunt, peccatores impiosque significans, recapitulat ab initio gratiam novi Testamenti a primo Salvatoris adventu usque ad ultimum judicium, de quo nunc agimus, perducens finiensque sermonem. Narrat namque Dominum dicere se venire, ut congreget omnes gentes, easque venturas et visuras gloriam ejus (Isai. LXVI, 17, 18). Omnes enim, sicut dicit Apostolus, peccaverunt, et egent gloria Dei (Rom. III, 23).

Sobre estas palabras proféticas que antes de este lugar fueron escritas, ya habré dicho bastante. En este lugar empero de donde a aquellas cosas digredimos, como hubiera dicho: «Y sus huesos como hierba nacerán», para mostrar que conmemoraba por cierto la resurrección de la carne, pero sin embargo de los buenos, añadió: «Y se conocerá la mano del Señor para los que le dan culto». ¿Qué es esto sino la mano del que distingue a sus cultivadores de sus despreciadores? Sobre los cuales entretejiendo lo siguiente: «Y amenazará —dice— a los contumaces», o como dice otro intérprete, «a los incrédulos». Ni entonces amenazará: sino que las cosas que ahora se dicen amenazadoramente, entonces eficazmente se cumplirán. «Pues he aquí el Señor —dice— como fuego vendrá, y como tempestad su carro, para devolver en indignación la venganza, y la vastación en llama de fuego. Pues en el fuego del Señor será juzgada toda la tierra, y en su espada toda carne: muchos heridos serán por el Señor». Ya sea por el fuego, ya por la tempestad, ya por la espada, significa la pena del juicio: puesto que al mismo Señor dice que ha de venir como fuego, ciertamente para aquellos para quienes será penal su advenimiento. Sus carros empero (pues se dijeron en plural) los ministerios angélicos no inconvenientemente entendemos. Lo que empero dice, que toda la tierra y toda la carne en su fuego y en su espada son juzgadas, no aquí también entendamos a los espirituales y santos, sino a los terrenales y carnales, de los cuales se dijo: «Los que de las cosas terrenas sienten» (Filipenses 3, 19); y: «Sentir según la carne es muerte» (Romanos 8, 6): y cuales en absoluto son llamados carne por el Señor donde dice: «No permanecerá mi espíritu en estos hombres, por cuanto son carne» (Génesis 6, 3). Lo que empero aquí se ha puesto: «Muchos heridos serán por el Señor», por esta herida se hará la muerte segunda. Puede por cierto tanto el fuego como la espada y la herida recibirse en bien. Pues también el fuego dijo el Señor que quería enviar al mundo (Lucas 12, 49). Y les fueron vistas lenguas divididas como de fuego cuando vino el Espíritu Santo (Hechos 2, 3). Y: «No vine —dice el mismo Señor — a enviar paz a la tierra, sino la espada» (Mateo 10, 34). Y a la palabra de Dios llama la Escritura espada de dos filos (Hebreos 4, 12); por el doble filo de los dos Testamentos. Y en el Cantar de los Cantares, la santa Iglesia dice que está herida de caridad, como flechada por el ímpetu del amor (Cantar 2, 5, según LXX). Pero aquí cuando leemos u oímos que el Señor vengador ha de venir, de qué modo han de entenderse estas cosas, está claro.

3. Después, habiendo conmemorado brevemente a aquellos que por este juicio serán consumidos; significando bajo la figura de los manjares prohibidos en la Ley antigua, de los cuales no se abstuvieron, a los pecadores e impíos, recapitula desde el inicio la gracia del nuevo Testamento desde el primer advenimiento del Salvador hasta el último juicio del que ahora tratamos, conduciendo y terminando su discurso. Pues narra que el Señor dice que viene para congregar a todas las naciones, y que estas han de venir y verán su gloria (Isaías 66, 17. 18). «Pues todos —como dice el Apóstol— pecaron y necesitan la gloria de Dios» (Romanos 3, 23).

Et relicturum se dicit super eos signa, quae utique mirantes credant in eum: et emissurum ex illis salvatos in gentes diversas, et in longinquas insulas, quae non audierunt nomen ejus, neque viderunt gloriam ejus; et annuntiaturos gloriam ejus in gentibus; et adducturos fratres istorum, quibus loquebatur, id est, in fide sub Deo Patre fratres Israelitarum electorum: adducturos autem ex omnibus gentibus munus Domino in jumentis et vehiculis (quae jumenta et vehicula bene intelliguntur adjutoria esse divina, per cujusque generis ministeria Dei, vel angelica, vel humana), in civitatem sanctam Jerusalem, quae nunc in sanctis fidelibus est diffusa per terras. Ubi enim divinitus adjuvantur, ibi credunt; et ubi credunt, ibi veniunt. Comparavit autem illos Dominus, tanquam per similitudinem, filiis Israel offerentibus ei suas hostias cum psalmis in domo ejus; quod ubique jam facit Ecclesia; et promisit ab ipsis se accepturum sibi Sacerdotes et Levitas; quod nihilominus fieri nunc videmus. Non enim ex genere carnis et sanguinis, sicut erat primum secundum ordinem Aaron; sed sicut oportebat in Testamento novo, ubi secundum ordinem Melchisedech summus sacerdos est Christus (Psal. CIX, 4), pro cujusque merito quod in eum gratia divina contulerit, Sacerdotes et Levitas eligi nunc videmus: qui non isto nomine, quod saepe assequuntur indigni, sed ea quae non est bonis malisque communis, sanctitate pensandi sunt.

4. Haec cum de ista, quae nunc impertitur Ecclesiae, perspicua nobisque notissima Dei miseratione dixisset; promisit et fines ad quos per ultimum judicium facta bonorum malorumque discretione venietur, dicens per Prophetam, vel de Domino dicens ipse Propheta: Quomodo enim coelum novum et terra nova manebit coram me, dixit Dominus, sic stabit semen vestrum et nomen vestrum; et erit mensis ex mense, et sabbatum ex sabbato. Veniet omnis caro in conspectu meo adorare in Jerusalem, dixit Dominus: et egredientur, et videbunt membra hominum qui praevaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur, et erunt visui omni carni (Isai. LXVI, 22-24, sec. LXX). Ad hoc iste propheta terminavit librum, ad quod terminabitur saeculum. Quidam sane non interpretati sunt, membra hominum, sed cadavera virorum , per cadavera significantes evidentem corporum poenam: quamvis cadaver nisi caro exanimis, non soleat nuncupari; illa vero animata erunt corpora, alioquin nulla poterunt sentire tormenta: nisi forte quia mortuorum erunt corpora, id est, eorum qui in secundam mortem cadent, ideo non absurde etiam cadavera dici possunt.

Y dice que ha de dejar sobre ellos signos, los cuales ciertamente admirando crean en él: y que ha de enviar de entre ellos salvados a diversas gentes y a las islas lejanas que no oyeron su nombre ni vieron su gloria; y que han de anunciar su gloria entre las gentes; y que han de traer a los hermanos de aquellos a quienes hablaba, esto es, en la fe bajo Dios Padre a los hermanos de los israelitas elegidos: y que han de traer de todas las naciones un presente al Señor en cabalgaduras y vehículos (las cuales cabalgaduras y vehículos bien se entienden como auxilios divinos por los ministerios de Dios de cualquier género, ya sean angélicos o humanos), a la ciudad santa de Jerusalén, que ahora en los santos fieles está difundida por las tierras. Pues donde son divinamente ayudados, allí creen; y donde creen, allí vienen. Comparó empero el Señor a aquellos, como por semejanza, con los hijos de Israel que le ofrecían sus víctimas con salmos en su casa; lo cual en todas partes hace ya la Iglesia; y prometió que de ellos mismos recibiría para sí Sacerdotes y Levitas; lo cual no menos vemos ahora hacerse. Pues no del género de la carne y de la sangre, como era al principio según el orden de Aarón; sino como convenía en el Testamento nuevo, donde según el orden de Melquisedec el sumo sacerdote es Cristo (Salmo 109, 4), vemos ahora elegirse Sacerdotes y Levitas según el mérito de cada uno que la gracia divina hubiere conferido en él: los cuales no por este nombre, que a menudo alcanzan los indignos, sino por aquella santidad que no es común a los buenos y a los malos, han de ser pesados.

4. Estas cosas habiendo dicho sobre esta misericordia de Dios, clara y para nosotros conocidísima, que ahora se imparte a la Iglesia; prometió también los fines a los que por el último juicio, hecha la discreción de los buenos y de los malos, se vendrá, diciendo por el Profeta, o el mismo Profeta diciendo del Señor: «Pues como el cielo nuevo y la tierra nueva permanecerá ante mí, dijo el Señor, así estará la simiente de ustedes y el nombre de ustedes; y será mes tras mes, y sábado tras sábado. Vendrá toda carne a mi presencia a adorar en Jerusalén, dijo el Señor: y saldrán, y verán los miembros de los hombres que prevaricaron contra mí. El gusano de ellos no morirá, y el fuego de ellos no se extinguirá, y serán para visión a toda carne» (Isaías 66, 22-24, según LXX). En esto terminó este profeta su libro, en lo que terminará el siglo. Algunos ciertamente no interpretaron «miembros de los hombres», sino «cadáveres de varones», significando por los cadáveres la evidente pena de los cuerpos: aunque cadáver no suele llamarse sino a la carne exánime; aquellos empero serán cuerpos animados, de otro modo no podrán sentir tormento alguno: si no es acaso porque serán cuerpos de muertos, esto es, de los que caerán en la muerte segunda, por eso no absurdamente pueden llamarse incluso cadáveres.

Unde est et illud, quod ab eodem propheta dictum jam supra posui: Terra vero impiorum cadet. Quis autem non videat a cadendo esse appellata cadavera ? Virorum autem pro eo posuisse illos interpretes, quod est hominum, manifestum est. Neque enim quisquam dicturus est, praevaricatrices feminas in illo supplicio non futuras: sed ex potiore, praesertim de quo femina facta est, uterque sexus accipitur. Verum quod ad rem maxime pertinet, cum et in bonis dicitur, Veniet omnis caro: quia ex omni genere hominum populus iste constabit; non enim omnes homines ibi erunt, quando in poenis plures erunt: sed, ut dicere coeperam, cum et in bonis caro, et in malis membra vel cadavera nominantur; profecto post resurrectionem carnis, cujus fides his rerum vocabulis omnino firmatur, illud quo boni et mali suis finibus dirimentur, futurum esse judicium declaratur.

Caput XXII.

Qualis futura sit egressio sanctorum ad videndas poenas malorum.

Sed quomodo egredientur boni ad videndas poenas malorum? Numquid corporis motu beatas illas relicturi sunt sedes, et ad loca poenalia perrecturi, ut malorum tormenta conspiciant praesentia corporali? Absit: sed egredientur per scientiam. Hoc enim verbo significatum est, eos qui cruciabuntur extra futuros. Propter quod et Dominus ea loca tenebras exteriores vocat (Matth. XXV, 30): quibus contrarius est ille ingressus de quo dicitur servo bono, Intra in gaudium Domini tui (Ibid. 21): ne illuc mali putentur ingredi, ut sciantur; sed ad illos potius velut egredi scientia, qua eos cognituri sunt, boni; quia id quod extra est cognituri sunt. Qui enim erunt in poenis quid agatur intus in gaudio Domini nescient: qui vero erunt in illo gaudio, quid agatur foris in illis tenebris exterioribus scient. Ideo dictum est, egredientur: quia eos etiam qui foris ab eis erunt, utique non latebunt. Si enim haec Prophetae nondum facta nosse potuerunt, per hoc quod erat Deus, quantulumcumque erat, in eorum mortalium mentibus; quomodo immortales sancti jam facta tunc nescient, cum Deus erit omnia in omnibus (I Cor. XV, 28)? Stabit ergo in illa beatitudine sanctorum semen et nomen; semen, scilicet de quo Joannes ait, Et semen ejus in ipso manet (I Joan. III, 9): nomen vero, de quo per hunc Isaiam dictum est, Nomen aeternum dabo eis (Isai. LVI, 5).

De donde es también aquello que del mismo profeta ya arriba puse: «La tierra empero de los impíos caerá». ¿Quién empero no vea que de caer han sido llamados cadáveres? De los varones empero por lo que es de los hombres, es manifiesto que lo pusieron aquellos intérpretes. Pues ni alguien ha de decir que las mujeres prevaricadoras no han de estar en aquel suplicio: sino que por lo más excelente, máxime de donde la mujer fue hecha, se entiende cada sexo. Pero lo que más pertenece a la cosa, puesto que también en los buenos se dice: «Vendrá toda carne»: porque de todo género de hombres constará este pueblo; pues no todos los hombres estarán allí, cuando en las penas habrá más: sino como había comenzado a decir, puesto que tanto en los buenos se nombra la carne como en los malos los miembros o cadáveres; ciertamente después de la resurrección de la carne, cuya fe por estos nombres de las cosas totalmente se confirma, se declara que ha de ser aquel juicio por el cual los buenos y los malos en sus fines serán separados.

Capítulo XXII.

Cuál ha de ser la salida de los santos para ver las penas de los malos.

Pero ¿cómo saldrán los buenos para ver las penas de los malos? ¿Acaso por movimiento del cuerpo han de dejar aquellas sedes bienaventuradas, y han de dirigirse a los lugares penales para que contemplen los tormentos de los malos con presencia corporal? Lejos de ello: sino que saldrán por la ciencia. Pues por esta palabra se significó que los que han de ser atormentados estarán fuera. Por lo cual también el Señor llama a aquellos lugares tinieblas exteriores (Mateo 25, 30): a las cuales es contrario aquel ingreso del que se dice al siervo bueno: «Entra en el gozo de tu Señor» (ibíd. 21): para que no se piense que los malos entran allí para que sean conocidos; sino que hacia ellos más bien salga como por la ciencia, por la cual han de conocerlos, los buenos; porque lo que está fuera han de conocer. Pues los que han de estar en las penas no sabrán qué se hace dentro en el gozo del Señor: los que empero han de estar en aquel gozo, sabrán qué se hace fuera en aquellas tinieblas exteriores. Por eso se dijo: «saldrán»: porque aquellos que también han de estar fuera de ellos, ciertamente no les estarán ocultos. Pues si los Profetas pudieron conocer estas cosas todavía no hechas por lo que Dios era, por poco que fuera, en las mentes de aquellos mortales; ¿cómo los santos inmortales no sabrán las cosas ya hechas entonces, cuando Dios sea todo en todas las cosas (1 Corintios 15, 28)? Estará pues en aquella beatitud de los santos la simiente y el nombre; la simiente, a saber de la cual Juan dice: «Y su simiente permanece en él» (1 Juan 3, 9): el nombre empero del que por este Isaías se dijo: «Nombre eterno les daré» (Isaías 56, 5).

Et erit eis mensis ex mense et sabbatum ex sabbato, tanquam luna ex luna et requies ex requie: quorum utrumque ipsi erunt, cum ex his umbris veteribus et temporalibus in illa lumina nova ac sempiterna transibunt. In poenis autem malorum et inexstinguibilis ignis et vivacissimus vermis, ab aliis atque aliis aliter atque aliter est expositus. Alii quippe utrumque ad corpus, alii utrumque ad animum retulerunt: alii proprie ad corpus ignem, tropice ad animum vermem, quod credibilius esse videtur. Sed nunc de hac differentia non est temporis disputare. De judicio namque ultimo, quo fiet diremptio bonorum et malorum, hoc volumen implere suscepimus: de ipsis vero praemiis et poenis alias diligentius disserendum est.

Caput XXIII.

Quid prophetaverit Daniel de persecutione Antichristi, et de judicio Dei, regnoque sanctorum.

1. Daniel de hoc ultimo judicio sic prophetat, ut Antichristum prius quoque venturum esse praenuntiet, atque ad aeternum regnum sanctorum perducat narrationem suam. Cum enim visione prophetica quatuor bestias significantes quatuor regna vidisset; ipsumque quartum a quodam rege superatum, qui Antichristus agnoscitur; et post haec aeternum regnum Filii hominis, qui intelligitur Christus: Horruit, inquit, spiritus meus, ego Daniel in habitudine mea, et visus capitis mei conturbabant me. Et accessi, inquit, ad unum de stantibus, et veritatem quaerebam ab eo de his omnibus: et dixit mihi veritatem. Deinde, quid audierit ab illo, a quo de omnibus his quaesivit, tanquam eo sibi exponente, sic loquitur: Hae quatuor bestiae magnae, quatuor regna surgent in terra, quae auferentur, et accipient regnum sancti Altissimi: et obtinebunt illud usque in saeculum et in usque saeculum saeculorum. Et quaerebam, inquit, diligenter de bestia quarta, quae erat differens prae omni bestia, terribilis amplius: dentes ejus ferrei, et ungues ejus aerei, manducans et comminuens, et reliqua pedibus suis conculcans: et de cornibus ejus decem, quae erant in capite ejus, et de altero quod ascendit, et excussit de prioribus tria: cornu illud in quo erant oculi, et os loquens magna; et visus ejus major caeteris. Videbam, et cornu illud faciebat bellum cum sanctis: et praevalebat ad ipsos, donec venit vetustus dierum, et regnum dedit sanctis Altissimi: et tempus pervenit, et regnum obtinuerunt sancti. Haec Daniel quaesisse se dixit. Deinde quid audierit, continuo subjungens, Et dixit, inquit, id est, ille a quo quaesierat, respondit, et dixit,

«Y será para ellos mes tras mes y sábado tras sábado», como si fuera luna tras luna y descanso tras descanso: de los cuales ambos ellos mismos serán cuando de estas sombras viejas y temporales pasen a aquellas luces nuevas y sempiternas. En las penas empero de los malos, tanto el fuego inextinguible como el gusano vivacísimo, por unos y otros de otro y otro modo ha sido expuesto. Pues unos ambos al cuerpo, otros ambos al alma los refirieron: otros propiamente al cuerpo el fuego, trópicamente al alma el gusano, lo cual parece ser más creíble. Pero ahora no es tiempo de disputar sobre esta diferencia. Pues sobre el juicio último, por el cual se hará la separación de los buenos y de los malos, este volumen llenar emprendimos: sobre los premios empero y las penas mismas, en otra parte más diligentemente se ha de disertar.

Capítulo XXIII.

Qué profetizó Daniel sobre la persecución del Anticristo, y sobre el juicio de Dios, y el reino de los santos.

1. Daniel profetiza sobre este último juicio de tal modo que anuncia también que el Anticristo ha de venir primero, y conduce su narración hasta el reino eterno de los santos. Pues habiendo visto por visión profética cuatro bestias que significaban cuatro reinos; y la cuarta misma vencida por un cierto rey, que es reconocido como el Anticristo; y después de estas el reino eterno del Hijo del hombre, que se entiende ser Cristo: «Se horrorizó», dice, «mi espíritu, yo Daniel en mi hábito, y las visiones de mi cabeza me conturbaban. Y me acerqué», dice, «a uno de los que estaban allí, y buscaba la verdad de él sobre todas estas cosas: y me dijo la verdad». Luego, lo que oyó de aquel de quien sobre todas estas cosas preguntó, como si él se las expusiera, así habla: «Estas cuatro bestias grandes, cuatro reinos surgirán en la tierra, los cuales serán quitados, y recibirán el reino los santos del Altísimo: y lo obtendrán hasta el siglo y hasta el siglo de los siglos. Y buscaba», dice, «diligentemente sobre la cuarta bestia, que era diferente de toda bestia, más terrible: sus dientes de hierro, y sus uñas de bronce, comiendo y desmenuzando, y pisoteando lo demás con sus pies: y sobre sus diez cuernos, que estaban en su cabeza, y sobre el otro que ascendió, y sacudió tres de los anteriores: aquel cuerno en el que estaban los ojos, y una boca que hablaba grandes cosas; y su aspecto mayor que los demás. Veía, y aquel cuerno hacía guerra con los santos: y prevalecía contra ellos, hasta que vino el anciano de días, y dio el reino a los santos del Altísimo: y llegó el tiempo, y los santos obtuvieron el reino». Estas cosas dijo Daniel haber buscado. Luego lo que oyó, subyugando continuamente: «Y dijo», dice, es decir, aquel a quien había preguntado, respondió, y dijo:

Bestia quarta, quartum regnum erit in terra, quod praevalebit omnibus regnis; et manducabit omnem terram, et conculcabit eam, et concidet. Et decem cornua ejus, decem reges surgent: et post eos surget alius, qui superabit malis omnes, qui ante eum fuerunt; et tres reges humiliabit, et verba adversus Altissimum loquetur: et sanctos Altissimi conteret. Et suspicabitur mutare tempora et legem: et dabitur in manu ejus usque ad tempus, et tempora, et dimidium temporis. Et judicium sedebit, et principatum removebunt ad exterminandum et perdendum usque in finem; et regnum, et potestas, et magnitudo regum, qui sub omni coelo sunt, data est sanctis Altissimi. Et regnum ejus regnum sempiternum: et omnes principatus ipsi servient, et obaudient. Huc usque, inquit, finis sermonis. Ego Daniel, multum cogitationes meae conturbabant me, et forma mea immutata est super me, et verbum in corde meo conservavi. (Dan. VII, 15-28). Quatuor illa regna exposuerunt quidam Assyriorum, Persarum, Macedonum, et Romanorum. Quam vero convenienter id fecerint, qui nosse desiderant, legant presbyteri Hieronymi librum in Danielem, satis diligenter eruditeque conscriptum. Antichristi tamen adversus Ecclesiam saevissimum regnum, licet exiguo spatio temporis sustinendum, donec Dei ultimo judicio regnum sancti accipiant sempiternum, qui vel dormitans haec legit, dubitare non sinitur. Tempus quippe et tempora et dimidium temporis, annum unum esse et duos et dimidium, ac per hoc tres annos et semissem, etiam numero dierum posterius posito dilucescit, aliquando in Scripturis et mensium numero declaratur. Videntur enim tempora indefinite hic dicta lingua latina: sed per dualem numerum dicta sunt, quem latini non habent. Sicut autem Graeci, ita hunc dicuntur habere et Hebraei. Sic ergo dicta sunt tempora, tanquam dicerentur duo tempora. Vereri me sane fateor, ne in decem regibus, quos tanquam decem homines videtur inventurus Antichristus, forte fallamur, atque ita ille inopinatus adveniat, non existentibus tot regibus in orbe Romano. Quid enim si numero isto denario universitas regum significata est, post quos ille venturus est: sicut millenario, centenario, septenario significatur plerumque universitas, et aliis atque aliis numeris, quos nunc commemorare non est necesse?

2. Alio loco idem Daniel, Et erit, inquit, tempus tribulationis, qualis non fuit ex quo nata est gens super terram usque ad tempus illud. Et in tempore illo salvabitur populus tuus omnis qui inventus fuerit scriptus in libro. Et multi dormientium in terrae aggere exsurgent: hi in vitam aeternam, et hi in opprobrium et in confusionem aeternam. Et intelligentes fulgebunt sicut claritas firmamenti, et ex justis multi sicut stellae in saecula (Dan. XII, 1-3). Et adhuc sententiae illi evangelicae est locus iste simillimus, de resurrectione duntaxat mortuorum corporum.

«La cuarta bestia, el cuarto reino será en la tierra, el cual prevalecerá sobre todos los reinos; y comerá toda la tierra, y la pisoteará, y la despedazará. y sus diez cuernos, diez reyes surgirán: y después de ellos surgirá otro, que superará en males a todos los que fueron antes de él; y a tres reyes humillará, y hablará palabras contra el Altísimo: y a los santos del Altísimo quebrantará. Y sospechará cambiar los tiempos y la ley: y será entregado en su mano hasta un tiempo, y tiempos, y medio tiempo. Y el juicio se sentará, y quitarán el principado para exterminar y perder hasta el fin; y el reino, y la potestad, y la magnitud de los reyes que están bajo todo el cielo, ha sido dada a los santos del Altísimo. Y su reino es reino sempiterno: y todos los principados le servirán, y obedecerán». «Hasta aquí», dice, «el fin del sermón. Yo Daniel, mucho mis pensamientos me conturbaban, y mi forma se mudó sobre mí, y conservé la palabra en mi corazón». (Daniel 7, 15-28). Aquellos cuatro reinos expusieron algunos ser de los asirios, persas, macedonios y romanos. Cuán convenientemente lo hicieron, los que deseen saberlo, lean el libro del presbítero Jerónimo sobre Daniel, escrito con suficiente diligencia y erudición. Sin embargo, sobre el saquísimo reino del Anticristo contra la Iglesia, aunque ha de ser sostenido por un breve espacio de tiempo, hasta que por el último juicio de Dios los santos reciban el reino sempiterno, el que aun durmiendo lee estas cosas, no se le permite dudar. Pues «un tiempo y tiempos y medio tiempo», es un año y dos y medio, y por esto tres años y medio, lo cual también por el número de días puesto después se aclara, y a veces en las Escrituras se declara por el número de meses. Pues parecen ser dichos los tiempos indefinidamente aquí en la lengua latina: pero fueron dichos por el número dual, que los latinos no tienen. Como empero los griegos, así se dice que tienen este los hebreos. Así pues fueron dichos los tiempos, como si se dijeran dos tiempos. Confieso verdaderamente que temo no sea que en los diez reyes, que como diez hombres parece que ha de hallar el Anticristo, por ventura nos engañemos, y así aquel inopinado llegue, no existiendo tantos reyes en el orbe romano. ¿Pues qué si en ese número denario se ha significado la universalidad de los reyes, después de los cuales él ha de venir: como en el milenario, centenario, septenario se significa frecuentemente la universalidad, y en otros y otros números que ahora no es necesario conmemorar?

2. En otro lugar el mismo Daniel dice: «Y habrá un tiempo de tribulación, cual no fue desde que nació la nación sobre la tierra hasta aquel tiempo. Y en aquel tiempo será salvado tu pueblo, todo el que fuere hallado escrito en el libro. Y muchos de los que duermen en el terraplén de la tierra resurgirán: estos para la vida eterna, y estos para el oprobio y para la confusión eterna. Y los inteligentes brillarán como la claridad del firmamento, y de los justos muchos como las estrellas por los siglos» (Daniel 12, 1-3). Y todavía este lugar es muy semejante a aquella sentencia evangélica, al menos sobre la resurrección de los cuerpos muertos.

Nam qui illic dicti sunt esse in monumentis, ipsi hic dormientes in terrae aggere; vel, sicut alii interpretati sunt, in terrae pulvere. Et sicut ibi, procedent, dictum est; ita hic, exsurgent. Sicut ibi, Qui bona fecerunt, in resurrectionem vitae; qui autem mala egerunt, in resurrectionem judicii; ita et isto loco, Hi in vitam aeternam, et hi in opprobrium et in confusionem aeternam (Joan. V, 28, 29). Non autem diversum putetur, quod cum ibi positum sit, Omnes qui sunt in monumentis, hic non ait Propheta, Omnes; sed, Multi dormientium in terrae aggere. Ponit enim aliquando Scriptura pro omnibus multos. Propterea et Abrahae dictum est, Patrem multarum gentium posui te; cui tamen alio loco, In semine, inquit, tuo benedicentur omnes gentes (Gen. XVII, 5; XXII, 18). De tali autem resurrectione huic quoque ipsi prophetae Danieli paulo post dicitur: Et tu veni, et requiesce: adhuc enim dies in completionem consummationis; et requiesces, et resurges in sorte tua in fine dierum (Dan. XII, 43).

Caput XIV.

In Psalmis Davidicis quae de fine saeculi hujus et novissimo Dei judicio prophetentur.

1. Multa de judicio novissimo dicuntur in Psalmis, sed eorum plura transeunter et strictim. Hoc tamen quod de fine hujus saeculi apertissime dictum est ibi, nequaquam silentio praeteribo. Principio terram tu fundasti, Domine, et opera manuum tuarum sunt coeli. Ipsi peribunt, tu autem permanes: et omnes sicut vestimentum veterascent, et sicut opertorium mutabis eos, et mutabuntur; tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient (Psal. CI, 26-28). Quid est quod Porphyrius, cum pietatem laudet Hebraeorum, qua magnus et verus et ipsis numinibus terribilis ab eis colitur Deus, Christianos ob hoc arguit maximae stultitiae, etiam ex oraculis deorum suorum, quod istum mundum dicunt esse periturum ? Ecce in litteris pietatis Hebraeorum dicitur Deo, quem confitente tanto philosopho, etiam ipsa numina perhorrescunt, Opera manuum tuarum sunt coeli, ipsi peribunt. Numquid, quando coeli peribunt, mundus, cujus iidem coeli superior pars est tutior, non peribit?

Pues los que allí se dijeron estar «en los monumentos», estos aquí «duermen en el terraplén de la tierra»; o, como otros interpretaron, «en el polvo de la tierra». Y como allí se dijo «procederán»; así aquí «resurgirán». Como allí: «Los que hicieron el bien, para la resurrección de la vida; los que empero hicieron el mal, para la resurrección del juicio»; así también en este lugar: «Estos para la vida eterna, y estos para el oprobio y para la confusión eterna» (Juan 5, 28. 29). No se piense empero diverso el que, habiéndose puesto allí: «Todos los que están en los monumentos», aquí no diga el Profeta «Todos»; sino: «Muchos de los que duermen en el terraplén de la tierra». Pues pone a veces la Escritura «muchos» por «todos». Por eso también se dijo a Abrahán: «Padre de muchas naciones te puse»; al cual sin embargo en otro lugar dijo: «En tu simiente serán bendecidas todas las naciones» (Génesis 17, 5; 22, 18). Sobre tal resurrección también a este mismo profeta Daniel se le dice poco después: «Y tú ven, y descansa: pues todavía hay días para el cumplimiento de la consumación; y descansarás, y resurgirás en tu suerte al fin de los días» (Daniel 12, 43).

Capítulo XIV.

En los Salmos Davidicos qué cosas se profeticen sobre el fin de este siglo y el juicio novísimo de Dios.

1. Muchas cosas sobre el juicio novísimo se dicen en los Salmos, pero la mayoría de ellas de paso y sucintamente. Sin embargo, esto que sobre el fin de este siglo muy abiertamente se ha dicho allí, de ningún modo lo pasaré en silencio. «Al principio tú fundaste la tierra, Señor, y obras de tus manos son los cielos. Ellos perecerán, tú empero permaneces: y todos como un vestido envejecerán, y como una cobertura los cambiarás, y se cambiarán; tú empero eres el mismo, y tus años no faltarán» (Salmo 101, 26-28). ¿Por qué es que Porfirio, aunque alaba la piedad de los hebreos, por la cual el grande y verdadero y para los mismos numina terrible Dios es cultivado por ellos, arguye a los cristianos por esto de máxima estulticia, aun por los oráculos de sus dioses, porque dicen que este mundo ha de perecer? He aquí en las letras de la piedad de los hebreos se dice a Dios, al cual, confesándolo tan gran filósofo, aun los mismos numina pavor tienen: «Obras de tus manos son los cielos, ellos perecerán». ¿Acaso cuando los cielos perezcan, el mundo, del cual los mismos cielos son la parte superior más segura, no perecerá?

Si haec sententia Jovi displicet, cujus, ut scribit iste philosophus, velut gravioris auctoritatis oraculo in christianorum credulitate culpatur; cur non similiter sapientiam, tanquam stultitiam, culpat Hebraeorum, in quorum libris piissimis invenitur? Porro si in illa sapientia, quae Porphyrio tam multum placet, ut eam deorum quoque suorum vocibus praedicet, legitur coelos esse perituros; cur usque adeo vana est ista fallacia, ut in fide Christianorum, vel inter caetera, vel prae caeteris hoc detestentur, quod in ea periturus creditur mundus, quo utique nisi perunte coeli non possunt perire? Et in Litteris quidem sacris, quae proprie nostrae sunt, non Hebraeis nobisque communes, id est, in evangelicis et apostolicis libris legitur, Praeterit figura hujus mundi (I Cor. VII, 31): legitur, Mundus transit (I Joan. II, 17): legitur, Caelum et terra transibunt, (Matth. XXII, 35). Sed puto quod praeterit, transit, transibunt, aliquando mitius dicta sunt, quam peribunt. In Epistola quoque Petri apostoli, ubi aqua inundatus, qui tunc erat, perisse dictus est mundus (II Petr. III, 6), satis clarum est, et quae pars mundi a toto significata, et quatenus perisse dicta sit, et qui coeli repositi igni reservandi in diem judicii et perditionis hominum impiorum. Et in eo quod paulo post ait, Veniet dies Domini ut fur, in quo coeli magno impetu transcurrent, elementa autem ardentia resolventur, et terra, et quae in ipsa sunt opera exurentur; ac deinde subjecit, His omnibus pereuntibus quales oportet vos esse (Ibid. 10, 11)? possunt illi coeli intelligi perituri, quos dixit repositos igni reservandos; et ea elementa accipi arsura, quae in hac ima mundi parte subsistunt procellosa et turbulenta, in qua eosdem coelos dixit esse repositos, salvis illis superioribus, et in sua integritate manentibus, in quorum firmamento sunt sidera constituta. Nam et illud quod scriptum est, stellas de coelo esse casuras (Matth. XXIV, 29), praeter quod potest multo probabilius et aliter intelligi, magis ostendit mansuros esse illos coelos: si tamen stellae inde casurae sunt; cum vel tropica sit locutio, quod est credibilis, vel in isto imo coelo futurum sit , utique mirabilius quam nunc fit. Unde et illa Virgiliana Stella facem ducens multa cum luce cucurrit, et Idaea se condidit silva (Aeneid. lib. II, v. 694, 696.) Hoc autem quod de Psalmo commemoravi, nullum coelorum videtur relinquere, quod periturum esse non dixerit.

Si esta sentencia desplace a Júpiter, por cuyo oráculo, como escribe ese filósofo, como de más grave autoridad se culpa en la credulidad de los cristianos; ¿por qué no similarmente culpa la sabiduría, como si fuera estulticia, de los hebreos, en cuyos libros piadosísimos se encuentra? Por lo demás, si en aquella sabiduría que a Porfirio tanto place, que la predica aun con las voces de sus dioses, se lee que los cielos han de perecer; ¿por qué hasta tal punto es vana esa falacia que en la fe de los cristianos, o entre lo demás, o antes que lo demás, detesten esto, que en ella se cree que el mundo ha de perecer, el cual ciertamente no pereciendo los cielos no puede perecer? Y en las Letras sacras, que propiamente son nuestras, no comunes a los hebreos y a nosotros, esto es, en los libros evangélicos y apostólicos se lee: «Pasa la figura de este mundo» (1 Corintios 7, 31): se lee: «El mundo transita» (1 Juan 2, 17): se lee: «El cielo y la tierra pasarán» (Mateo 24, 35). Pero pienso que «pasa», «transita», «pasarán», a veces más suavemente han sido dichos que «perecerán». En la Epístola también de Pedro apóstol, donde inundado por el agua el que entonces era se dijo haber perecido el mundo (2 Pedro 3, 6), suficientemente claro está tanto qué parte del mundo por el todo se significó, y en cuánto se dijo haber perecido, y qué cielos reposados se han de reservar para el fuego en el día del juicio y de la perdición de los hombres impíos. Y en lo que poco después dice: «Vendrá el día del Señor como ladrón, en el cual los cielos con gran ímpetu transcurrirán, los elementos empero ardientes se resolverán, y la tierra, y las que en ella están obras se quemarán»; y después añadió: «Pereciendo todas estas cosas, ¿cuáles os conviene ser» (ibíd. 10, 11)? pueden aquellos cielos entenderse que han de perecer, los cuales dijo reposados reservándose para el fuego; y aquellos elementos recibirse que han de arder, los cuales en esta ínfima parte del mundo subsisten procelosos y turbulentos, en la cual los mismos cielos dijo estar reposados, salvos aquellos superiores y permaneciendo en su integridad, en cuyo firmamento están constituidas las estrellas. Pues también aquello que está escrito, que las estrellas del cielo han de caer (Mateo 24, 29), además de que puede mucho más probablemente y de otro modo entenderse, más muestra que han de permanecer aquellos cielos: si sin embargo las estrellas de allí han de caer; puesto que o es trópica la locución, lo cual es más creíble, o en este ínfimo cielo ha de ser, ciertamente más admirablemente de lo que ahora sucede. De donde también aquella Estela virgiliana «llevando una antorcha con mucha luz corrió, y en la selva idea se escondió» (Eneida, lib. II, v. 694, 696). Esto empero que del Salmo conmemoré, ninguno de los cielos parece dejar que no haya dicho que ha de perecer.

Ubi enim dicitur, Opera manuum tuarum sunt coeli, ipsi peribunt; quam nullum eorum ab opere Dei, tam nullum eorum a perditione secernitur. Non enim dignabuntur de Petri apostoli locutione, quem vehementer oderunt, Hebraeorum defendere pietatem, deorum suorum oraculis approbatam; ut saltem ne totus mundus periturus esse credatur, sic a toto pars accipiatur, in eo quod dictum est, Ipsi peribunt, cum soli coeli infimi sint perituri; quemadmodum in apostolica illa Epistola a toto pars accipitur, quod diluvio perisse dictus est mundus, quamvis sola ejus cum suis coelis pars ima perierit. Sed quia hoc, ut dixi, non dignabuntur, ne vel apostoli Petri approbent sensum vel tantum concedant conflagrationi novissimae, quantum dicimus valuisse diluvium, qui nullis aquis, nullis flammis totum genus humanum posse perire contendunt: restat ut dicant, quod propterea dii eorum Hebraeam sapientiam laudaverunt, quia istum Psalmum non legerant.

2. In Psalmo etiam quadragesimo nono de judicio Dei novissimo intelligitur dictum, Deus manifestus veniet, Deus noster, et non silebit. Ignis in conspectu ejus ardebit, et in circumitu ejus tempestas valida. Advocabit coelum sursum, et terram discernere populum suum. Congregate illi justos ejus, qui disponunt testamentum ejus super sacrificia (Psal. XLIX, 3-5). Hoc nos de Domino nostro Jesu Christo intelligimus, quem de coelo speramus esse venturum ad vivos et mortuos judicandos. Manifestus enim veniet inter justos et injustos judicaturus juste, qui prius venit occultus ab injustis judicandus injuste. Ipse, inquam, manifestus veniet, et non silebit, id est, in voce judicis evidens apparebit, qui prius cum venisset occultus, ante judicem siluit, quando sicut ovis ad immolandum ductus est, et sicut agnus coram tondente fuit sine voce, quemadmodum de illo per Isaiam legimus prophetatum (Isai. LIII, 7), et in Evangelio videmus impletum (Matth. XXVI, 63). De igne vero et tempestate, cum in Isaiae prophetia tale aliquid tractaremus, quomodo essent haec intelligenda, jam diximus (cap. 21). Quod vero dictum est, Advocabit coelum sursum: quoniam sancti et justi recte coelum appellantur; nimirum hoc est, quod ait Apostolus, Simul cum illis rapiemur in nubibus in obviam Christo in aera (I Thess. IV, 16). Nam secundum litterae superficiem, quomodo sursum advocatur coelum, quasi possit esse nisi sursum? Quod autem adjunctum est, Et terram discernere populum suum, si tantummodo subaudiatur advocabit, id est, advocabit et terram, nec subaudiatur sursum, hunc videtur habere sensum secundum rectam fidem, ut coelum intelligatur in eis qui cum illo sunt judicaturi, et terra in eis qui judicandi sunt: ut Advocabit coelum sursum, non hic intelligamus, Rapiet in aera; sed, In judiciarias sedes eriget.

Pues donde se dice: «Obras de tus manos son los cielos, ellos perecerán»; cuanto ninguno de ellos de la obra de Dios, tan ninguno de ellos de la perdición se separa. Pues no se dignarán de la locución de Pedro apóstol, al cual vehementemente odiaron, defender la piedad de los hebreos, aprobada por los oráculos de sus dioses; para que al menos no se crea que todo el mundo ha de perecer, así por el todo se reciba la parte en lo que se dijo: «Ellos perecerán», cuando solos los cielos ínfimos han de perecer; del mismo modo que en aquella apostólica Epístola por el todo se recibe la parte, que por el diluvio se dijo haber perecido el mundo, aunque sola su parte ínfima con sus cielos pereciera. Pero porque esto, como dije, no se dignarán, para que ni el sentido del apóstol Pedro aprueben ni tanto concedan a la conflagración novísima cuanto decimos haber valido el diluvio, los que con ningunas aguas, con ningunas llamas pretenden que todo el género humano puede perecer: resta que digan que por eso sus dioses alabaron la sabiduría hebrea, porque este Salmo no habían leído.

2. En el Salmo también cuadragésimo noveno sobre el juicio de Dios novísimo se entiende dicho: «Dios manifiesto vendrá, Dios nuestro, y no callará. El fuego en su conspecto arderá, y en su circuito tempestad válida. Convocará el cielo arriba, y la tierra para discernir a su pueblo. Congregad para él a sus justos, que disponen su testamento sobre los sacrificios» (Salmo 49, 3-5). Esto nosotros lo entendemos de nuestro Señor Jesucristo, al cual del cielo esperamos que ha de venir para juzgar a vivos y muertos. Pues manifiesto vendrá para juzgar justamente entre justos e injustos, el que antes vino oculto para ser juzgado injustamente por los injustos. Él mismo, digo, «manifiesto vendrá, y no callará», esto es, en la voz del juez evidente aparecerá, el que antes habiendo venido oculto, ante el juez calló, cuando como oveja al sacrificio fue llevado, y como cordero ante el que lo trasquila estuvo sin voz, como de él por Isaías leemos profetizado (Isaías 53, 7), y en el Evangelio vemos cumplido (Mateo 26, 63). Sobre el fuego empero y la tempestad, cuando en la profecía de Isaías tal algo tratáramos, cómo habían de entenderse estas cosas ya dijimos (cap. 21). Lo que empero se dijo: «Convocará el cielo arriba»: puesto que los santos y justos rectamente cielo se llaman; sin duda esto es lo que dice el Apóstol: «Simultáneamente con ellos seremos arrebatados en las nubes al encuentro de Cristo en el aire» (1 Tesalonicenses 4, 16). Pues según la superficie de la letra, ¿cómo arriba se convoca el cielo, como si pudiera estar sino arriba? Lo que empero se adjuntó: «Y la tierra para discernir a su pueblo», si solamente se sobreentiende «convocará», esto es, convocará también la tierra, y no se sobreentiende «arriba», parece tener este sentido según la recta fe, que el cielo se entienda en los que con él han de juzgar, y la tierra en los que han de ser juzgados: para que «Convocará el cielo arriba», no aquí entendamos: «Arrebatará en el aire»; sino: «En las sedes judiciarias erigirá».

Potest et illud intelligi: Advocabit coelum sursum, Advocabit Angelos in supernis et excelsis locis, cum quibus descendat ad faciendum judicium: Advocabit et terram, id est, homines in terra utique judicandos. Si autem utrumque subaudiendum est, cum dicitur, et terram, id est et advocabit, et sursum; ut iste sit sensus, Advocabit coelum sursum, et terram advocabit sursum: nihil melius intelligi existimo, quam homines qui rapientur in obviam Christo in aera, sed coelum dictum propter animas, terram propter corpora. Discernere porro populum suum, quid est, nisi per judicium separare bonos a malis, tanquam oves ab haedis? Deinde conversio sermonis ad Angelos facta est: Congregate illi justos ejus. Profecto enim per angelicum ministerium tanta res peragenda est. Si autem quaerimus, quos justos ei congregaturi sunt Angeli: Qui disponunt, inquit, testamentum ejus super sacrificia. Haec est omnis vita justorum, disponere testamentum Dei super sacrificia. Aut enim opera misericordiae sunt super sacrificia, id est sacrificiis praeponenda, juxta sententiam Dei dicentis, Misericordiam volo quam sacrificium (Oseae VI, 6): aut si super sacrificia, in sacrificiis intelligitur dictum, quomodo super terram fieri dicitur quod fit utique in terra: profecto ipsa opera misericordiae sunt sacrificia quibus placetur Deo sicut in libro hujus operis decimo me disseruisse reminiscor (cap. 6, et alibi): in quibus operibus disponunt justi testamentum Dei, quia propter promissiones quae Novo ejus Testamento continentur, haec faciunt. Unde congregatis sibi justis suis, et ad suam dexteram constitutis, novissimo utique judicio, dicturus est Christus, Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare (Matth. XXV, 34); et caetera quae ibi proferuntur de bonorum operibus bonis, et de eorum praemiis sempiternis per ultimam sententiam judicantis .

Caput XXV.

De prophetia Malachiae qua Dei judicium ultimum declaratur, et quorumdam dicitur per purificatorias poenas facienda mundatio.

Propheta Malachias, sive Malachi, qui et Angelus dictus est, qui etiam Esdras sacerdos, cujus alia in canonem scripta recepta sunt, ab aliquibus creditur (nam de illo hanc esse Hebraeorum opinionem dicit Hieronymus [Proaem. in Malach.]), judicium novissimum prophetat, dicens: Ecce venit, dicit Dominus omnipotens: et quis sustinebit diem introitus ejus, aut quis ferre poterit ut aspiciat eum?

Puede también aquello entenderse: «Convocará el cielo arriba», Convocará a los Ángeles en los superiores y excelsos lugares con los cuales descienda para hacer el juicio: «Convocará también la tierra», esto es, a los hombres en la tierra ciertamente que han de ser juzgados. Si empero ambos han de sobreentenderse cuando se dice: «y la tierra», esto es y «convocará» y «arriba»; para que ese sea el sentido: «Convocará el cielo arriba, y convocará la tierra arriba»: nada mejor estimo entenderse que los hombres que serán arrebatados al encuentro de Cristo en el aire, pero cielo dicho por las almas, tierra por los cuerpos. «Discernir» por lo demás «a su pueblo», ¿qué es, sino por el juicio separar a los buenos de los malos, como a las ovejas de los cabritos? Luego la conversión del sermón a los Ángeles se hizo: «Congregad para él a sus justos». Profecto empero por el ministerio angélico tanta cosa ha de peragirse. Si empero buscamos qué justos le han de congregar los Ángeles: «Los que disponen», dice, «su testamento sobre los sacrificios». Esta es toda la vida de los justos, disponer el testamento de Dios sobre los sacrificios. O pues las obras de misericordia son «sobre los sacrificios», esto es, anteponiéndose a los sacrificios, según la sentencia de Dios que dice: «Misericordia quiero que sacrificio» (Oseas 6, 6): o si «sobre los sacrificios», en los sacrificios se entiende dicho, como sobre la tierra se dice hacerse lo que se hace ciertamente en la tierra: profecto las mismas obras de misericordia son sacrificios con los cuales se place a Dios como en el libro décimo de esta obra recuerdo haber disertado (cap. 6, y en otras partes): en cuyas obras disponen los justos el testamento de Dios, porque por las promesas que en su Nuevo Testamento se contienen, hacen estas cosas. De donde congregados para sí sus justos, y en su diestra constituidos, en el novísimo ciertamente juicio, ha de decir Cristo: «Venid, benditos de mi Padre, poseed el reino preparado para vosotros desde la constitución del mundo. Tuve hambre pues, y me disteis de comer» (Mateo 25, 34); y lo demás que allí se profiere de las buenas obras de los buenos, y de sus premios sempiternos por la última sentencia del que juzga.

Capítulo XXV.

Sobre la profecía de Malaquías por la cual se declara el último juicio de Dios, y se dice que ha de hacerse la limpieza de algunos por penas purificatorias.

El profeta Malaquías, o Malaquías, el cual también fue llamado Ángel, el cual también se cree por algunos ser el sacerdote Esdras, cuyas otras cosas escritas en el canon han sido recibidas (pues de él esta ser la opinión de los hebreos dice Jerónimo [Prefacio a Malaquías]), el juicio novísimo profetiza, diciendo: «He aquí viene, dice el Señor omnipotente: ¿y quién sostendrá el día de su entrada, o quién podrá soportar que lo mire?

Quia ipse ingreditur quasi ignis conflatorii, et quasi herba lavantium: et sedebit conflans, et emundans, sicut aurum et sicut argentum, et emundabit filios Levi, et fundet eos sicut aurum et argentum: et erunt, Domino offerentes hostias in justitia. Et placebit Domino sacrificium Juda et Jerusalem, sicut diebus pristinis, et sicut annis prioribus. Et accedam ad vos in judicio, et ero testis velox super maleficos, et super adulteros, et super eos qui jurant in nomine meo mendaciter, et qui fraudant mercedem mercenario , et opprimunt per potentiam viduas, et percutiunt pupillos, et pervertunt judicium advenae et qui non timent me, dicit Dominus omnipotens. Quoniam ego Dominus Deus vester, et non mutor (Malach. III, 1-6). Ex his quae dicta sunt, videtur evidentius apparere in illo judicio quasdam quorumdam purgatorias poenas futuras. Ubi enim dicitur, Quis sustinebit diem introitus ejus, aut quis ferre poterit ut aspiciat eum? Quia ipse ingreditur quasi ignis conflatorii, et quasi herba lavantium: et sedebit conflans, et emundans, sicut aurum et sicut argentum, et emundabit filios Levi, et fundet eos sicut aurum et argentum; quid aliud intelligendum est? Dicit tale aliquid et Isaias: Lavabit Dominus sordes filiorum et filiarum Sion, et sanguinem emundabit de medio eorum spiritu judicii et spiritu conbustionis (Isai. IV, 4). Nisi forte sic eos dicendum est emundari a sordibus, et eliquari quodammodo, cum ab eis mali per poenale judicium separantur, ut illorum segregatio atque damnatio purgatio sit istorum, quia sine talium de caetero permixtione victuri sunt. Sed cum dicit, Et emundabit filios Levi, et fundet eos sicut aurum et argentum, et erunt Domino offerentes hostias in justitia, et placebit Domino sacrificium Juda et Jerusalem, utique ostendit eos ipsos, qui emundabuntur, deinceps in sacrificiis justitiae Domino esse placituros, ac per hoc ipsi a sua injustitia mundabuntur, in qua Domino displicebant. Hostiae porro in plena perfectaque justitia, cum mundati fuerint, ipsi erunt. Quid enim acceptius Deo tales offerunt, quam se ipsos? Verum ista quaestio de purgatoriis poenis, ut diligentius pertractetur, in tempus aliud differenda est. Filios autem Levi et Juda et Jerusalem, ipsam Dei Ecclesiam debemus accipere, non ex Hebraeis tantum, sed ex aliis etiam gentibus congregatam: nec talem, qualis nunc est, ubi si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est (I Joan., I, 8): sed qualis tunc erit, velut area per ventilationem, ita per judicium purgata novissimum; eis quoque igne mundatis, quibus talis mundatio necessaria est; ita ut nullus omnino sit qui offerat sacrificium pro peccatis suis. Omnes enim qui sic offerunt, profecto in peccatis sunt, pro quibus dimittendis offerunt, ut cum obtulerint, acceptumque Deo fuerit, tunc dimittantur.

Porque él mismo ingresa como fuego de fundición, y como hierba de los lavanderos: y se sentará fundiendo y limpiando, como el oro y como la plata, y limpiará a los hijos de Leví, y los derretirá como oro y plata: y serán, ofreciendo al Señor hostias en justicia. Y placerá al Señor el sacrificio de Judá y de Jerusalén, como en los días prístinos, y como en los años anteriores. Y accederé a vosotros en juicio, y seré testigo veloz sobre los maléficos, y sobre los adúlteros, y sobre los que juran en mi nombre mendazmente, y los que defraudan el jornal al mercenario, y oprimen por la potencia a las viudas, y golpean a los pupilos, y pervierten el juicio del advenedizo y los que no me temen, dice el Señor omnipotente. Porque yo soy el Señor vuestro Dios, y no me mudo» (Malaquías 3, 1-6). De estas cosas que se han dicho, parece aparecer más evidentemente que en aquel juicio habrá algunas penas purgatorias de algunos. Donde pues se dice: «¿Quién sostendrá el día de su entrada, o quién podrá soportar que lo mire? Porque él mismo ingresa como fuego de fundición, y como hierba de los lavanderos: y se sentará fundiendo y limpiando, como el oro y como la plata, y limpiará a los hijos de Leví, y los derretirá como oro y plata»; ¿qué otra cosa se ha de entender? Dice tal algo también Isaías: «Lavará el Señor las suciedades de los hijos y de las hijas de Sion, y la sangre limpiará de en medio de ellos por el espíritu del juicio y el espíritu de la combustión» (Isaías 4, 4). A no ser que por ventura así se deba decir que ellos son limpiados de las suciedades, y elicuados de algún modo, cuando de ellos los malos por el juicio penal se separan, para que la segregación y condenación de aquellos sea la purgación de estos, porque sin la permistión de tales de lo demás han de vivir. Pero cuando dice: «Y limpiará a los hijos de Leví, y los derretirá como oro y plata, y serán ofreciendo al Señor hostias en justicia, y placerá al Señor el sacrificio de Judá y de Jerusalén», ciertamente muestra que ellos mismos, los que se limpiarán, de allí en adelante en los sacrificios de la justicia al Señor han de placer, y por esto ellos mismos de su injusticia se limpiarán, en la cual al Señor desplacían. Las hostias por lo demás en plena y perfecta justicia, cuando hayan sido limpiados, ellos mismos serán. ¿Qué pues más acepto a Dios tales ofrecen que a sí mismos? Pero esa cuestión sobre las penas purgatorias, para que más diligentemente se pertracte, en otro tiempo se ha de diferir. A los hijos empero de Leví y de Judá y de Jerusalén, la misma Iglesia de Dios debemos recibir, no de los hebreos solamente, sino de otras también gentes congregada: ni tal cual ahora es, donde «si dijéramos que pecado no tenemos, a nosotros mismos nos seducimos, y la verdad en nosotros no está» (1 Juan 1, 8): sino cual entonces será, como el área por la ventilación, así por el juicio purgada novísimo; a ellos también por el fuego limpiados, para quienes tal mundación es necesaria; de modo que ninguno en absoluto sea el que ofrezca sacrificio por sus pecados. Pues todos los que así ofrecen, profecto en pecados están, por los cuales han de ser dimitidos ofrecen, para que cuando ofrecieran, y acepto a Dios fuera, entonces sean dimitidos.

Caput XXVI.

De sacrificiis quae sancti offerent Deo sic placitura, quomodo in diebus pristinis et annis prioribus placuerunt.

1. Volens autem Deus ostendere civitatem suam tunc in ista consuetudine non futuram, dixit filios Levi oblaturos hostias in justitia: non ergo in peccato, ac per hoc non pro peccato. Unde intelligi potest in eo quod secutus adjunxit, atque ait, Et placebit Domino sacrificium Juda et Jerusalem, sicut diebus pristinis, et sicut annis prioribus, frustra sibi Judaeos secundum legem veteris Testamenti sacrificiorum suorum praeterita tempora polliceri. Non enim tunc in justitia, sed in peccatis hostias offerebant, quando pro peccatis praecipue ac primitus offerebant, usque adeo ut sacerdos ipse, quem debemus utique credere caeteris fuisse justiorem, secundum Dei mandatum soleret primum pro suis offerre peccatis, deinde pro populi (Levit. XVI, 6; Hebr. VII, 27). Quapropter exponere nos oportet quomodo sit accipiendum quod dictum est, Sicut diebus pristinis, et sicut annis prioribus. Fortassis enim tempus illud commemorat, quo primi homines in paradiso fuerunt. Tunc enim puri atque integri ab omni sorde ac labe peccati se ipsos Deo mundissimas hostias offerebant. Caeterum ex quo commissae praevaricationis causa inde dimissi sunt, atque humana in eis natura damnata est, excepto uno Mediatore, et post lavacrum regenerationis quibusque adhuc parvulis, Nemo mundus a sorde, sicut scriptum est, nec infans, cujus est vita unius diei super terram (Job XIV, 4, sec. LXX). Quod si respondetur, etiam eos merito dici posse offerre hostias in justitia, qui offerunt in fide; Justus enim ex fide vivit (Rom. I, 17); quamvis se ipsum seducat, si dixerit se peccatum non habere (I Joan. I, 8); et ideo non dicat, quia ex fide vivit: numquid dicturus est quispiam hoc fidei tempus illi fini esse coaequandum, quando igne judicii novissimi mundabuntur, qui offerant hostias in justitia? Ac per hoc quoniam post talem mundationem nullum peccatum justos habituros esse credendum est, profecto illud tempus, quantum attinet ad non habere peccatum, nulli tempori comparandum est, nisi quando primi homines in paradiso ante praevaricationem innocentissima felicitate vixerunt. Recte itaque intelligitur hoc significatum esse, cum dictum est, Sicut diebus pristinis, et sicut annis prioribus.

Capítulo XXVI.

Sobre los sacrificios que los santos ofrecerán a Dios así han de placer, del modo que en los días prístinos y años anteriores placieron.

1. Queriendo empero Dios mostrar que su ciudad entonces no ha de estar en esa costumbre, dijo que los hijos de Leví han de ofrecer hostias en justicia: no pues en pecado, y por esto no por el pecado. De donde puede entenderse en lo que seguido adjuntó, y dijo: «Y placerá al Señor el sacrificio de Judá y de Jerusalén, como en los días prístinos, y como en los años anteriores», que en vano se prometen los judíos según la ley del Viejo Testamento los tiempos pasados de sus sacrificios. Pues no entonces en justicia, sino en pecados hostias ofrecían, cuando por los pecados principalmente y primariamente ofrecían, hasta tal punto que el sacerdote mismo, al cual debemos ciertamente creer haber sido más justo que los demás, según el mandato de Dios solía primero por sus pecados ofrecer, luego por los del pueblo (Levítico 16, 6; Hebreos 7, 27). Por lo cual nos conviene exponer cómo se ha de recibir lo que se dijo: «Como en los días prístinos, y como en los años anteriores». Por ventura pues conmemora aquel tiempo en que los primeros hombres en el paraíso estuvieron. Pues entonces puros e íntegros de toda suciedad y mancha de pecado a sí mismos a Dios hostias limpísimas ofrecían. Por lo demás, desde que por causa de la prevaricación cometida de allí fueron dimitidos, y la humana en ellos naturaleza fue condenada, exceptuado un solo Mediador, y después del lavacro de la regeneración para cualesquiera todavía párvulos: «Nadie limpio de suciedad», como está escrito, «ni el infante cuya vida es de un día sobre la tierra» (Job 14, 4, sec. LXX). Que si se responde que también ellos meritoriamente pueden decirse ofrecer hostias en justicia, los que ofrecen en la fe; «el justo» pues «de la fe vive» (Romanos 1, 17); aunque a sí mismo se seduzca si dijera que pecado no tiene (1 Juan 1, 8); y por eso no lo diga porque de la fe vive: ¿acaso ha de decir alguien este tiempo de la fe a aquel fin haber de ser coadecuado, cuando por el fuego del juicio novísimo se limpien los que ofrezcan hostias en justicia? Y por esto, puesto que después de tal mundación ningún pecado los justos han de tener se ha de creer, profecto aquel tiempo, en cuanto atañe al no tener pecado, a ningún tiempo ha de ser comparado, sino cuando los primeros hombres en el paraíso antes de la prevaricación con inocentísima felicidad vivieron. Rectamente así pues se entiende esto haber sido significado cuando se dijo: «Como en los días prístinos, y como en los años anteriores».

Nam et per Isaiam posteaquam coelum novum et terra nova promissa est, inter caetera, quae ibi de sanctorum beatitudine per allegorias et aenigmata exsequitur, quibus expositionem congruam reddere nos prohibuit vitandae longitudinis cura, Secundum dies, inquit, ligni vitae erunt dies populi mei (Isai. LXV, 22). Quis autem sacras Litteras attigit, et ignorat ubi Deus plantaverit lignum vitae, a cujus cibo separatis illis hominibus, quando eos sua de paradiso ejecit iniquitas, eidem ligno circumposita est ignea terribilisque custodia?

2. Quod si quisquam illos dies ligni vitae, quos commemoravit propheta Isaias, istos qui nunc aguntur Ecclesiae Christi dies esse contendit, ipsumque Christum lignum vitae prophetice dictum, quia ipse est Sapientia Dei, de qua Salomon ait, Lignum vitae est omnibus amplectentibus eam (Prov. III, 18); nec annos egisse aliquos in paradiso illos primos homines, unde tam cito ejecti sunt, ut nullum ibi gignerent filium; et ideo non posse illud tempus intelligi in eo quod dictum est, Sicut diebus pristinis, et sicut annis prioribus: istam praetereo quaestionem, ne cogar (quod prolixum est) cuncta discutere, ut aliquid horum veritas manifestata confirmet. Video quippe alterum sensum, ne dies pristinos et annos priores carnalium sacrificiorum nobis pro magno munere per Prophetam promissos fuisse credamus. Hostiae namque illae veteris Legis in quibusque pecoribus immaculatae ac sine ullo prorsus vitio jubebantur offerri, et significabant homines sanctos, qualis solus inventus est Christus, sine ullo omnino peccato. Proinde quia post judicium, cum fuerint etiam igne mundati qui ejusmodi mundatione sunt digni, in omnibus sanctis nullum invenietur omnino peccatum, atque ita se ipsos offerent in justitia, ut tales hostiae omni modo immaculatae ac sine ullo vitio sint futurae, erunt profecto sicut pristinis diebus et sicut annis prioribus, quando in umbra hujus rei futurae mundissimae offerebantur hostiae. Haec erit namque munditia tunc in immortali carne ac mente sanctorum, quae figurabatur in illarum corporibus hostiarum.

3. Deinde propter eos qui non mundatione, sed damnatione sunt digni, Et accedam, inquit, ad vos in judicium, et ero testis velox super maleficos et super adulteros, et caetera, quibus damnabilibus enumeratis criminibus addidit, Quoniam ego Dominus Deus vester, et non mutor: tanquam diceret, Cum vos mutaverit et in deterius culpa vestra, et in melius gratia mea, ego non mutor.

Pues también por Isaías después de que el cielo nuevo y la tierra nueva fue prometida, entre lo demás que allí sobre la bienaventuranza de los santos por alegorías y enigmas prosigue, a las cuales exposición congrua rendir nos prohibió el cuidado de evitar la longitud: «Según los días», dice, «del árbol de la vida serán los días de mi pueblo» (Isaías 65, 22). ¿Quién empero las sagradas Letras tocó, e ignora dónde Dios plantó el árbol de la vida, de cuyo alimento separados aquellos hombres cuando su iniquidad de paraíso los eyectó, al mismo árbol fue circumpuesta una ígnea y terrible custodia?

2. Que si alguien pretende que aquellos días del árbol de la vida, que conmemoró el profeta Isaías, son estos días de la Iglesia de Cristo que ahora se pasan, y que Cristo mismo fue dicho proféticamente árbol de la vida porque él mismo es la Sabiduría de Dios, de la cual Salomón dice: «Árbol de la vida es para todos los que la abrazan» (Proverbios 3, 18); y que no pasaron años algunos en el paraíso aquellos primeros hombres, de donde tan pronto fueron eyectados que ningún hijo allí engendraron; y que por eso no puede entenderse aquel tiempo en lo que se dijo: «Como en los días prístinos y como en los años anteriores»: paso por alto esa cuestión, no sea que me vea obligado (lo cual es prolijo) a discutir todas las cosas, para que la verdad manifestada confirme algo de estas. Veo por cierto otro sentido, para que no creamos que los días prístinos y años anteriores de los sacrificios carnales nos fueron prometidos por el Profeta como un gran don. Pues aquellas hostias de la antigua Ley en cualesquiera ganados se mandaban ofrecer inmaculadas y sin vicio alguno en absoluto, y significaban a los hombres santos, cual solo fue hallado Cristo, sin pecado alguno en absoluto. Por lo tanto, porque después del juicio, cuando hayan sido también por el fuego limpiados los que de tal limpieza son dignos, en todos los santos ningún pecado se hallará en absoluto, y así se ofrecerán a sí mismos en justicia, que tales hostias de todo modo inmaculadas y sin vicio alguno han de ser, serán profecto como en los días prístinos y como en los años anteriores, cuando en la sombra de esta cosa futura se ofrecían hostias limpísimas. Esta será pues la limpieza entonces en la carne inmortal y mente de los santos, la cual se figuraba en los cuerpos de aquellas hostias.

3. Luego por causa de los que no de limpieza, sino de condenación son dignos: «Y accederé», dice, «a vosotros en juicio, y seré testigo veloz sobre los maléficos y sobre los adúlteros», y lo demás, a cuyos crímenes damnables enumerados añadió: «Porque yo soy el Señor vuestro Dios, y no me mudo»: como si dijera: Cuando os haya mudado y para lo peor vuestra culpa, y para lo mejor mi gracia, yo no me mudo.

Testem vero se dicit futurum, quia in judicio suo non indiget testibus: eumque velocem, sive quia repente venturus est, eritque judicium ipso inopinato ejus adventu celerrimum, quod tardissimum videbatur; sive quia ipsas convincet sine ulla sermonis prolixitate conscientias. In cogitationibus enim, sicut scriptum est, impii interrogatio erit (Sap. I, 9). Et Apostolus, Cogitationibus, inquit, accusantibus, vel etiam excusantibus in die qua judicabit Deus occulta hominum, secundum Evangelium meum per Jesum Christum (Rom. II, 15, 16). Etiam sic ergo Dominus futurus testis intelligendus est velox, cum sine mora revocaturus est in memoriam, unde convincat puniatque conscientiam.

Caput XXVII.

De separatione bonorum et malorum, per quam novissimi judicii discretio declaratur.

Illud etiam, quod aliud agens in octavo decimo libro ex isto propheta posui (capite 35, fine), ad judicium novissimum pertinet, ubi ait: Erunt mihi, dicit Dominus omnipotens, in die qua ego facio in acquisitionem, et eligam eos sicut eligit homo filium suum qui servit ei: et convertemini , et videbitis quid sit inter justum et iniquum, et inter servientem Deo et eum qui non servit ei. Quia ecce dies venit ardens sicut clibanus, et comburet eos, et erunt omnes alienigenae, et universi qui faciunt iniquitatem, stipula: et succendet eos dies veniens, dicit Dominus omnipotens: et non relinquetur in eis radix, neque ramus. Et orietur vobis, qui timetis nomen meum, sol justitiae, et sanitas in pennis ejus; et egrediemini, et salietis sicut vituli de vinculis relaxati: et conculcabitis iniquos, et erunt cinis sub pedibus vestris, dicit Dominus omnipotens (Malach. III, 17, 18; IV, 1-3). Haec distantia praemiorum atque poenarum justos dirimens ab injustis, quae sub isto sole in hujus vitae vanitate non cernitur, quando sub illo sole justitiae in illius vitae manifestatione clarebit, tunc profecto erit judicium quale nunquam fuit.

Caput XXVIII.

De lege Moysi spiritualiter intelligenda, ne in damnabilia murmura carnalis sensus incurrat.

Quod vero subjungit idem propheta, Mementote legis Moysi servi mei, quam mandavi ei in Choreb ad omnem Israel (Malach. IV, 4); praecepta et judicia opportune commemorat, post declaratum tam magnum futurum inter observatores legis contemptoresque discrimen; simul etiam ut discant legem spiritualiter intelligere, et inveniant in ea Christum, per quem judicem facienda est inter bonos et malos ipsa discretio. Non enim frustra idem Lord ait Judaeis, Si crederetis Moysi, crederetis et mihi; de me enim ille scripsit (Joan. V, 46).

Testigo empero dice que ha de ser, porque en su juicio no necesita de testigos: y a él veloz, o porque de repente ha de venir, y será el juicio por su mismo inopinado advenimiento celerrímo, que tardísimo parecía; o porque convencerá sin ninguna prolixidad de sermón las conciencias mismas. «En los pensamientos» pues, como está escrito, «del impío habrá interrogación» (Sabiduría 1, 9). Y el Apóstol: «Acusándolos sus pensamientos», dice, «o también excusándolos en el día que Dios juzgará lo oculto de los hombres, según mi Evangelio por Jesucristo» (Romanos 2, 15. 16). También así pues el Señor testigo que ha de ser ha de entenderse veloz, cuando sin demora ha de revocar a la memoria de donde convenza y castigue la conciencia.

Capítulo XXVII.

Sobre la separación de los buenos y de los malos, por la cual la discreción del novísimo juicio se declara.

Aquello también que tratando otra cosa en el octavo décimo libro de este profeta puse (capítulo 35, fin), al juicio novísimo pertenece, donde dice: «Serán para mí, dice el Señor omnipotente, en el día en que yo hago para adquisición, y los elegiré como elige el hombre a su hijo que le sirve: y os convertiréis, y veréis qué hay entre el justo y el inicuo, y entre el que sirve a Dios y el que no le sirve. Porque he aquí el día viene ardiente como un horno, y los quemará, y serán todos los ajenos, y todos los que hacen iniquidad, estipula: y los encenderá el día que viene, dice el Señor omnipotente: y no se dejará en ellos raíz ni ramo. Y nacerá para vosotros, los que teméis mi nombre, el sol de justicia, y la sanidad en sus alas; y saldréis, y saltaréis como los becerros de los vínculos relajados: y pisotearéis a los inicuos, y serán ceniza bajo vuestros pies, dice el Señor omnipotente» (Malaquías 3, 17. 18; 4, 1-3). Esta distancia de premios y de penas separando a los justos de los injustos, la cual bajo este sol en la vanidad de esta vida no se discierne, cuando bajo aquel sol de justicia en la manifestación de aquella vida se aclare, entonces profecto será el juicio cual nunca fue.

Capítulo XXVIII.

Sobre la ley de Moisés que ha de ser entendida espiritualmente, no sea que en los damnables murmullos el sentido carnal incurra.

Lo que empero subyuga el mismo profeta: «Acordaos de la ley de Moisés siervo mío, la cual mandé a él en Horeb para todo Israel» (Malaquías 4, 4); los preceptos y juicios oportunamente conmemora, después de declarada tan grande futura discriminación entre los observadores de la ley y los despreciadores; simultáneamente también para que aprendan a entender la ley espiritualmente, y encuentren en ella a Cristo, por el cual juez ha de hacerse entre los buenos y los malos la discreción misma. Pues no en vano el mismo Señor dijo a los judíos: «Si creyerais a Moisés, me creeríais también a mí; de mí pues él escribió» (Juan 5, 46).

Carnaliter quippe accipiendo legem, et ejus promissa terrena rerum coelestium figuras esse nescientes, in illa murmura corruerunt, ut dicere auderent, Vanus est qui servit Deo: et quid amplius, quia custodivimus mandata ejus, et quia ambulavimus supplices ante faciem Domini omnipotentis? Et nunc nos beatos dicimus alienos, et aedificantur omnes qui faciunt iniquitatem (Malach. III, 14 et 15). Quibus eorum verbis quodammodo propheta compulsus est novissimum praenuntiare judicium, ubi mali nec saltem falso sint beati, sed apertissime appareant miserrimi; et boni nulla temporali saltem miseria laborent, sed clara ac sempiterna beatitudine perfruantur. Dixerat quippe istorum talia quaedam verba etiam superius dicentium, Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu Domini, et tales ei placent (Id. II, 17). Ad haec, inquam, contra Deum murmura pervenerunt, legem Moysi accipiendo carnaliter. Unde et ille in Psalmo septuagesimo secundo, pene commotos dicit fuisse pedes suos, et effusos gressus suos, utique in lapsum, quia zelavit in peccatoribus, pacem peccatorum intuens; ita ut inter caetera diceret, Quomodo scivit Deus, et si est scientia in Altissimo? diceret etiam, Numquid vane justificavi cor meum, et lavi in innocentibus manus meas? Ut autem solveret hanc difficillimam quaestionem, quae fit, cum videntur boni esse miseri, et felices mali: Hoc, inquit, labor est ante me, donec introeam in sanctuarium Dei, et intelligam in novissima (Psal. LXXII, 11, 13, 16, 17). Judicio quippe novissimo non sic erit: sed in aperta iniquorum miseria, et aperta felicitate justorum, longe quam nunc est aliud apparebit.

Caput XXIX.

De adventu Eliae ante judicium, cujus praedicatione Scripturarum secreta reserante, Judaei convertentur ad Christum.

Cum autem admonuisset, ut meminissent legis Moysi: quoniam praevidebat eos multo adhuc tempore non eam spiritualiter, sicut oportuerat, accepturos, continuo subjecit: Et ecce ego mittam vobis Eliam Thesbiten, antequam veniat dies Domini magnus et illustris, qui convertet cor patris ad filium, et cor hominis ad proximum suum, ne forte veniens percutiam terram penitus (Malach. IV, 5, 6, sec. LXX). Per hunc Eliam magnum mirabilemque prophetam exposita sibi lege, ultimo tempore ante judicium, Judaeos in Christum verum, id est, in Christum nostrum esse credituros, celeberrimum est in sermonibus cordibusque fidelium. Ipse quippe ante adventum judicis Salvatoris non immerito speratur esse venturus: quia etiam nunc vivere non immerito creditur. Curru namque igneo raptus est de rebus humanis, quod evidentissime sancta Scriptura testatur (IV Reg. II, 11).

Carnalmente por cierto recibiendo la ley, y no sabiendo que sus promesas terrenas de las cosas celestiales figuras eran, en aquellos murmullos cayeron, de modo que decir osaran: «Vano es el que sirve a Dios: ¿y qué más, porque custodiamos sus mandatos, y porque caminamos suplicantes ante la faz del Señor omnipotente? Y ahora nosotros bienaventurados decimos a los ajenos, y se edifican todos los que hacen iniquidad» (Malaquías 3, 14 y 15). Por cuyas palabras de ellos de algún modo el profeta fue compelido a preanunciar el novísimo juicio, donde los malos ni siquiera falsamente sean bienaventurados, sino muy abiertamente aparezcan misérrimos; y los buenos por ninguna temporal al menos miseria laboren, sino de clara y sempiterna bienaventuranza perfruyan. Había dicho por cierto de ellos tales algunas palabras también más arriba diciendo: «Todo el que hace el mal, bueno es en el conspecto del Señor, y tales le placen» (ibíd. 2, 17). A estos, digo, contra Dios murmullos llegaron, recibiendo la ley de Moisés carnalmente. De donde también aquel en el Salmo septuagésimo segundo, casi conmovidos dice haber sido sus pies, y efundidos sus pasos, ciertamente en el lapso, porque celó en los pecadores, la paz de los pecadores intuyendo; de modo que entre lo demás dijera: «¿Cómo supo Dios, y si hay ciencia en el Altísimo?» dijera también: «¿Acaso en vano justifiqué mi corazón, y lavé en los inocentes mis manos?» Para que empero solviera esta dificilísima cuestión, que se hace cuando parecen los buenos ser míseros, y felices los malos: «Esto», dice, «es trabajo ante mí, hasta que entre en el santuario de Dios, e entienda en las novísimas» (Salmo 72, 11, 13, 16, 17). En el juicio por cierto novísimo no así será: sino en la abierta de los inicuos miseria, y abierta felicidad de los justos, lejos de lo que ahora es otra cosa aparecerá.

Capítulo XXIX.

Sobre el advenimiento de Elías antes del juicio, por cuya predicación, al abrirse los secretos de las Escrituras, los judíos se convertirán a Cristo.

Mas cuando hubo amonestado a que se acordaran de la ley de Moisés: porque preveía que por mucho tiempo todavía no la recibirían espiritualmente, como convenía, inmediatamente añadió: «Y he aquí que yo os enviaré a Elías el tesbita, antes de que venga el día del Señor grande e ilustre, el cual convertirá el corazón del padre al hijo, y el corazón del hombre a su prójimo, no sea que por ventura viniendo hiera la tierra totalmente» (Malaquías 4, 5, 6, según la Septuaginta). Por este Elías, grande y admirable profeta, habiéndoseles expuesto la ley, en el último tiempo antes del juicio, es celebérrimo en los sermones y corazones de los fieles que los judíos han de creer en el Cristo verdadero, esto es, en nuestro Cristo. Él mismo por cierto no inmerecidamente se espera que ha de venir antes del advenimiento del Juez Salvador: porque también ahora no inmerecidamente se cree que vive. Pues en un carro de fuego fue arrebatado de las cosas humanas, lo cual evidentísimamente atestigua la sagrada Escritura (IV Reyes 2, 11).

Cum venerit ergo, exponendo legem spiritualiter, quam nunc Judaei carnaliter sapiunt, convertet cor patris ad filium, id est, cor patrum ad filios: singularem quippe pro numero plurali interpretes Septuaginta posuerunt. Et est sensus, ut etiam filii sic intelligant legem, id est Judaei, quemadmodum patres eam intellexerunt, id est Prophetae, in quibus erat et ipse Moyses. Sic enim cor patrum convertetur ad filios, cum intelligentia patrum perducetur ad intelligentiam filiorum; et cor filiorum ad patres eorum, dum in id quod senserunt illi, consentient et isti: ubi Septuaginta dixerunt, et cor hominis ad proximum suum. Sunt enim inter se valde proximi patres et filii. Quanquam in verbis Septuaginta interpretum, qui prophetice interpretati sunt, potest sensus alius idemque electior inveniri; ut intelligatur Elias cor Dei Patris conversurus ad Filium: non utique agendo ut Pater diligat Filium, sed docendo quod Pater diligat Filium; ut et Judaei, quem prius oderant, diligant eumdem, qui noster est, Christum. Judaeis enim nunc aversum cor habet Deus a Christo nostro, quia hoc putant. Eis ergo tunc cor ejus convertetur ad Filium, cum ipsi converso corde didicerint dilectionem Patris in Filium. Quod vero sequitur, et cor hominis ad proximum suum, id est, convertet Elias et cor hominis ad proximum suum; quid melius intelligitur, quam cor hominis ad hominem Christum? Cum enim sit in forma Dei Deus noster, formam servi accipiens esse dignatus est etiam proximus noster. Hoc ergo faciet Elias. Ne forte, inquit, veniam, et percutiam terram penitus. Terra sunt enim, qui terrena sapiunt; sicut Judaei carnales usque nunc: ex quo vitio contra Deum murmura illa venerunt, Quia mali ei placent; et, Vanus est qui servit Deo (Malach. II, 17; III, 14).

CAPUT XXX.---Quod in libris Veteris Testamenti cum Deus legitur judicaturus, non evidenter Christi persona monstretur: sed ex quibusdam testimoniis, ubi Dominus Deus loquitur, appareat non dubie quod ipse sit Christus.

1. Multa alia sunt Scripturarum testimonia divinarum de novissimo judicio Dei; quae si omnia colligam, nimis longum erit. Satis ergo sit, quod et novis et veteribus Litteris sacris hoc praenuntiatum esse probavimus. Sed veteribus per Christum futurum esse judicium, id est, judicem Christum de coelo esse venturum, non tam, quam novis, evidenter expressum est: propterea quia cum ibi dicit Dominus Deus se esse venturum, vel Dominum Deum dicitur esse venturum, non consequenter intelligitur Christus.

Cuando viniere, pues, exponiendo la ley espiritualmente, la cual ahora los judíos carnalmente saborean, «convertirá el corazón del padre al hijo», esto es, el corazón de los padres a los hijos: pues los intérpretes de la Septuaginta pusieron el singular por el número plural. Y es el sentido que también los hijos así entiendan la ley, esto es los judíos, del modo que los padres la entendieron, esto es los Profetas, en los cuales estaba también el mismo Moisés. Pues así el corazón de los padres se convertirá a los hijos, cuando la inteligencia de los padres sea conducida a la inteligencia de los hijos; «y el corazón de los hijos a sus padres», mientras que en aquello que sintieron aquellos, consientan también estos: donde los Setenta dijeron, «y el corazón del hombre a su prójimo». Son pues entre sí muy próximos los padres y los hijos. Aunque en las palabras de los setenta intérpretes, que proféticamente interpretaron, puede encontrarse otro sentido y el mismo más selecto; para que se entienda que Elías ha de convertir el corazón de Dios Padre al Hijo: no ciertamente haciendo que el Padre ame al Hijo, sino enseñando que el Padre ama al Hijo; para que también los judíos, a quien antes odiaban, amen al mismo Cristo, que es el nuestro. Pues para los judíos ahora tiene Dios el corazón aversado de nuestro Cristo, porque esto piensan. A ellos pues entonces el corazón de él se convertirá al Hijo, cuando ellos mismos con el corazón convertido hubieren aprendido la dilección del Padre hacia el Hijo. Lo que empero sigue, «y el corazón del hombre a su prójimo», esto es, convertirá Elías también el corazón del hombre a su prójimo; ¿qué mejor se entiende que el corazón del hombre al hombre Cristo? Pues siendo en forma de Dios nuestro Dios, recibiendo la forma de siervo se dignó ser también nuestro prójimo. Esto pues hará Elías. «No sea que por ventura», dice, «venga, y hiera la tierra totalmente». Tierra son pues los que las cosas terrenas saborean; como los judíos carnales hasta ahora: de cuyo vicio aquellos murmullos contra Dios vinieron: «Porque los malos le placen»; y, «Vano es el que sirve a Dios» (Malaquías 2, 17; 3, 14).

CAPÍTULO XXX.---Que en los libros del Viejo Testamento cuando se lee que Dios ha de juzgar, no se muestre evidentemente la persona de Cristo: sino que por algunos testimonios, donde el Señor Dios habla, aparezca sin duda que él mismo es Cristo.

1. Muchos otros son los testimonios de las Escrituras divinas sobre el novísimo juicio de Dios; los cuales si todos los recojo, será demasiado largo. Baste pues que tanto en las nuevas como en las viejas Letras sagradas hemos probado que esto ha sido preanunciado. Pero que por Cristo ha de ser el juicio en las viejas, esto es, que el juez Cristo ha de venir del cielo, no está tan evidentemente expresado como en las nuevas: por esto, porque cuando allí dice el Señor Dios que él mismo ha de venir, o se dice que el Señor Dios ha de venir, no consecuentemente se entiende Cristo.

Dominus enim Deus et Pater est, et Filius, et Spiritus sanctus: neque hoc tamen intestatum relinquere nos oportet. Primo itaque demonstrandum est, quemadmodum Jesus Christus tanquam Dominus Deus loquatur in propheticis libris, et tamen Jesus Christus evidenter appareat: ut et quando sic non apparet, et tamen ad illud ultimum judicium Dominus Deus dicitur esse venturus, possit Jesus Christus intelligi. Est locus apud Isaiam prophetam, qui hoc quod dico evidenter ostendit. Deus enim per prophetam, Audi me, inquit, Jacob et Israel quem ego voco. Ego sum primus, et ego in sempiternum: et manus mea fundavit terram, et dextera mea firmavit coelum. Vocabo eos, et stabunt simul, et congregabuntur omnes, et audient. Quis eis nuntiavit haec ? Diligens te, feci voluntatem tuam super Babylonem, ut auferrem semen Chaldaeorum Et locutus sum, et ego vocavi: adduxi eum, et prosperam feci viam ejus. Accedite ad me, et audite haec. Non a principio in abscondito locutus sum: quando fiebant, ibi eram. Et nunc Dominus Deus misit me, et Spiritus ejus (Isai. XLVIII, 12-16). Nempe ipse est, qui loquebatur sicut Dominus Deus: nec tamen intelligeretur Jesus Christus, nisi addidisset, Et nunc Dominus Deus misit me, et Spiritus ejus. Hoc enim dixit secundum formam servi, de re futura utens praeteriti temporis verbo: quemadmodum apud eumdem prophetam legitur, Sicut ovis ad immolandum ductus est (Id. LIII, 7, sec. LXX). Non enim ait, Ducetur: sed pro eo quod futurum erat, praeteriti temporis verbum posuit. Et assidue prophetia sic loquitur.

2. Est et alius locus apud Zachariam, qui hoc evidenter ostendit, quod omnipotentem misit omnipotens: quis quem, nisi Deus Pater Deum Filium? Nam ita scriptum est: Haec dicit Dominus omnipotens, Post gloriam misit me super gentes, quae spoliaverunt vos; quia qui tetigerit vos, quasi qui tangit pupillam oculi ejus. Ecce ego inferam manum meam super eos, et erunt spolia his qui servierant eis; et cognoscetis quia Dominus omnipotens misit me (Zach. II, 8 et 9). Ecce dicit Dominus omnipotens, a Domino omnipotente se missum. Quis hic audeat intelligere nisi Christum loquentem, scilicet ovibus quae perierant domus Israel? Ait namque in Evangelio, Non sum missus, nisi ad oves quae perierunt domus Israel (Matth. XV, 24): quas hic comparavit pupillae oculi Dei, propter excellentissimum dilectionis affectum; ex quo genere ovium etiam ipsi Apostoli fuerunt.

Pues el Señor Dios es y el Padre, y el Hijo, y el Espíritu Santo: ni empero nos conviene dejar esto intestado. Primero pues ha de ser demostrado de qué modo Jesucristo hable como el Señor Dios en los libros proféticos, y sin embargo Jesucristo evidentemente aparezca: para que también cuando así no aparece, y empero para aquel último juicio el Señor Dios se dice que ha de venir, pueda Jesucristo ser entendido. Hay un lugar en el profeta Isaías que esto que digo evidentemente muestra. Pues Dios por el profeta: «Óyeme», dice, «Jacob e Israel a quien yo llamo. Yo soy el primero, y yo por siempre: y mi mano fundó la tierra, y mi diestra firmó el cielo. Los llamaré, y estarán juntos, y se congregarán todos, y oirán. ¿Quién les anunció estas cosas? Amándote, hice tu voluntad sobre Babilonia, para que quitara la simiente de los caldeos. Y hablé, y yo llamé: lo aduje, y próspero hice su camino. Acceded a mí, y oíd estas cosas. No desde el principio en lo escondido hablé: cuando se hacían, allí estaba. Y ahora el Señor Dios me envió, y su Espíritu» (Isaías 48, 12-16). Ciertamente es él mismo el que hablaba como el Señor Dios: y empero no sería entendido Jesucristo, si no hubiera añadido: «Y ahora el Señor Dios me envió, y su Espíritu». Pues esto dijo según la forma de siervo, usando del verbo de tiempo pretérito sobre cosa futura: del modo que en el mismo profeta se lee: «Como oveja a la inmolación fue conducido» (ibíd. 53, 7, según la Septuaginta). Pues no dijo: «Será conducido»; sino por aquello que había de ser futuro, puso el verbo de tiempo pretérito. Y asiduamente la profecía así habla.

2. Hay también otro lugar en Zacarías, que esto evidentemente muestra, que al omnipotente envió el omnipotente: ¿quién a quién, sino Dios Padre a Dios Hijo? Pues así está escrito: «Estas cosas dice el Señor omnipotente: Después de la gloria me envió sobre las gentes, que os despojaron; porque el que os tocare, como el que toca la pupila del ojo de él. He aquí que yo inferiré mi mano sobre ellos, y serán despojos para estos que les habían servido; y conoceréis que el Señor omnipotente me envió» (Zacarías 2, 8 y 9). He aquí dice el Señor omnipotente que por el Señor omnipotente él ha sido enviado. ¿Quién aquí osaría entender sino a Cristo hablando, a saber a las ovejas que habían perecido de la casa de Israel? Pues dice en el Evangelio: «No soy enviado, sino a las ovejas que perecieron de la casa de Israel» (Mateo 15, 24): a las cuales aquí comparó con la pupila del ojo de Dios, por el excelentísimo afecto de dilección; de cuyo género de ovejas también los mismos Apóstoles fueron.

Sed post gloriam resurrectionis utique suae, quae antequam fieret, ait evangelista, Jesus nondum erat glorificatus (Joan. VII, 39); etiam super gentes missus est in Apostolis suis: ac sic impletum est quod in Psalmo legitur, Erues me de contradictionibus populi, constitues me in caput gentium (Psal. XVII, 44): ut qui spoliaverant Israelitas, quibusque Israelitae servierant, quando sunt gentibus subditi, non vicissim eodem modo spoliarentur, sed ipsi spolia fierent Israelitarum. Hoc enim Apostolis promiserat, dicens, Faciam vos piscatores hominum (Matth. IV, 19). Et uni eorum, Ex hoc jam, inquit, homines eris capiens (Luc. V, 10). Spolia ergo fierent sed in bonum, tanquam erepta vasa illi forti, sed fortius alligato (Matth. XII, 29).

3. Item per eumdem prophetam Dominus loquens, Et erit, inquit, in die illa, quaeram auferre omnes gentes quae veniunt contra Jerusalem, et effundam super domum David, et super habitatores Jerusalem Spiritum gratiae et misericordiae; et aspicient ad me, pro eo quod insultaverunt; et plangent super eum planctum quasi super charissimum, et dolebunt dolore quasi super unigenitum (Zach. XII, 9, 10). Numquid nisi Dei est auferre omnes gentes inimicas sanctae civitatis Jerusalem, quae veniunt contra eam, id est, contrariae sunt ei, vel, sicut alii sunt interpretati, veniunt super eam, id est, ut eam sibi subjiciant: aut super domum David effundere, et super habitatores ejusdem civitatis Spiritum gratiae et misericordiae? Hoc utique Dei est, et ex persona Dei dicitur per Prophetam: et tamen hunc Deum haec tam magna et tam divina facientem sese Christus ostendit, adjungendo atque dicendo, Et aspicient ad me, pro eo quod insultaverunt; et plangent super eum planctum quasi super charissimum (sive, dilectum), et dolebunt dolore quasi super unigenitum. Poenitebit quippe in die illa Judaeos, etiam eos qui accepturi sunt Spiritum gratiae et misericordiae, quod in ejus passione insultaverint Christo, cum ad eum adspexerint in sua majestate venientem, eumque esse cognoverint, quem prius humilem in suis parentibus illuserunt: quamvis et ipsi parentes eorum tantae illius impietatis auctores resurgentes videbunt eum, sed puniendi jam, non adhuc corrigendi. Non itaque hoc loco ipsi intelligendi sunt, ubi dictum est, Et effundam super domum David et super habitatores Jerusalem Spiritum gratiae et misericordiae; et aspicient ad me, pro eo quod insultaverunt: sed tamen de illorum stirpe venientes , qui per Eliam illo tempore sunt credituri. Sed sicut dicimus Judaeis, Vos occidistis Christum, quamvis hoc parentes eorum fecerint: sic et isti se dolebunt fecisse quodammodo, quod fecerunt illi, ex quorum stirpe descendunt.

Pero después de la gloria ciertamente de su resurrección, la cual antes de que se hiciera, dice el evangelista: «Jesús todavía no había sido glorificado» (Juan 7, 39); también sobre las gentes fue enviado en sus Apóstoles: y así se cumplió lo que en el Salmo se lee: «Me librarás de las contradicciones del pueblo, me constituirás en cabeza de las gentes» (Salmo 17, 44): para que los que habían despojado a los israelitas, y a los cuales los israelitas habían servido, cuando son súbditos a las gentes, no fueran a su vez del mismo modo despojados, sino que ellos mismos se hicieran despojos de los israelitas. Pues esto a los Apóstoles había prometido, diciendo: «Os haré pescadores de hombres» (Mateo 4, 19). Y a uno de ellos: «Desde ahora ya», dijo, «serás capturando hombres» (Lucas 5, 10). Despojos pues se harían pero para bien, como arrebatados vasos a aquel fuerte, pero más fuertemente ligado (Mateo 12, 29).

3. Asimismo por el mismo profeta el Señor hablando: «Y será», dice, «en aquel día, buscaré quitar todas las gentes que vienen contra Jerusalén, y efundiré sobre la casa de David, y sobre los habitadores de Jerusalén el Espíritu de gracia y de misericordia; y mirarán hacia mí, por lo cual insultaron; y plañirán sobre él un planto casi como sobre el más carísimo, y dolerán con dolor casi como sobre el unigénito» (Zacarías 12, 9, 10). ¿Acaso no es de Dios quitar todas las gentes enemigas de la santa ciudad de Jerusalén, que «vienen contra» ella, esto es, contrarias le son, o, como otros han interpretado, «vienen sobre» ella, esto es, para que la sujeten a sí: o sobre la casa de David efundir, y sobre los habitadores de la misma ciudad el Espíritu de gracia y de misericordia? Esto ciertamente es de Dios, y desde la persona de Dios se dice por el Profeta: y sin embargo este Dios que hace estas cosas tan grandes y tan divinas Cristo se muestra a sí mismo, adjuntando y diciendo: «Y mirarán hacia mí, por lo cual insultaron; y plañirán sobre él un planto casi como sobre el más carísimo» (o, «dilecto»), «y dolerán con dolor casi como sobre el unigénito». Se arrepentirán por cierto en aquel día los judíos, también aquellos que han de recibir el Espíritu de gracia y de misericordia, de que en su pasión insultaran a Cristo, cuando miren hacia él viniendo en su majestad, y conozcan que él es el que antes humilde en sus parientes ilusionaron: aunque también los mismos parientes de ellos autores de tan grande impiedad resurgiendo le verán, pero para ser castigados ya, no todavía para ser corregidos. No por tanto en este lugar ellos mismos han de ser entendidos, donde se dijo: «Y efundiré sobre la casa de David y sobre los habitadores de Jerusalén el Espíritu de gracia y de misericordia; y mirarán hacia mí, por lo cual insultaron»: sino empero viniendo de la estirpe de ellos, los cuales por Elías en aquel tiempo han de creer. Pero como decimos a los judíos: «Vosotros matasteis a Cristo», aunque los parientes de ellos esto hicieron: así también estos dolerán haber hecho de algún modo, lo que hicieron aquellos, de cuya estirpe descienden.

Quamvis ergo accepto Spiritu gratiae et misericordiae jam fideles non damnabuntur cum impiis parentibus suis; dolebunt tamen tanquam ipsi fecerint, quod ab illis factum est. Non igitur dolebunt reatu criminis, sed pietatis affectu. Sane ubi dixerunt Septuaginta interpretes, Et aspicient ad me, pro eo quod insultaverunt; sic interpretatum est ex Hebraeo, Et aspicient ad me, quem confixerunt . Quo quidem verbo evidentius Christus apparet crucifixus. Sed illa insultatio, quam Septuaginta ponere maluerunt, ejus universae non defuit passioni. Nam et detento, et alligato, et adjudicato, et opprobrio ignominiosae vestis induto, et spinis coronato, et calamo in capite percusso, et irridenter fixis genibus adorato , et crucem suam portanti, et in ligno jam pendenti utique insultaverunt. Proinde interpretationem non sequentes unam, sed utramque jungentes, cum et insultaverunt, et confixerunt legimus, plenius veritatem Dominicae passionis agnoscimus.

4. Cum ergo in propheticis litteris ad novissimum judicium faciendum Deus legitur esse venturus, etsi ejus alia distinctio non ponatur; tantummodo propter ipsum judicium Christus debet intelligi: quia etsi Pater, judicabit, per adventum Filii hominis judicabit. Nam ipse per suae praesentiae manifestationem non judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio (Joan. V, 22): qui manifestabitur homo judicaturus, sicut homo est judicatus. Quis est enim alius, de quo item Deus loquitur per Isaiam sub nomine Jacob et Israel, de cujus semine corpus accepit? quod ita scriptum est: Jacob puer meus, suscipiam illum: Israel electus meus, assumpsit eum anima mea. Dedi Spiritum meum in illum, judicium gentibus proferet. Non clamabit, neque cessabit, neque audietur foris vox ejus. Calamum quassatum non conteret, et linum fumans non exstinguet; sed in veritate proferet judicium. Refulgebit, et non confringetur, donec ponat in terra judicium; et in nomine ejus gentes sperabunt (Isai. XLII, 1-4, sec. LXX). In hebraeo non legitur Jacob et Israel: sed quod ibi legitur servus meus, nimirum Septuaginta interpretes volentes admonere quatenus id accipiendum sit, quia scilicet propter formam servi dictum est, in qua se Altissimus humillimum praebuit, ipsius hominis nomen ad eum significandum posuerunt, de cujus genere eadem servi forma suscepta est. Datus est in eum Spiritum sanctus, quod et columbae specie, Evangelio teste, monstratum est (Matth. III, 16). Judicium gentibus protulit, quia praenuntiavit futurum, quod gentibus erat occultum. Mansuetudine non clamavit, nec tamen in praedicanda veritate cessavit. Sed non est audita foris vox ejus, nec auditur; quandoquidem ab eis qui foris ab ejus corpore praecisi sunt, non illi obeditur: ipsosque suos persecutores Judaeos, qui calamo quassato perdita integritate, et lino fumanti amisso lumine comparati sunt, non contrivit, nec exstinxit; quia pepercit eis, qui nondum venerat eos judicare, sed ab eis judicari . In veritate sane judicium protulit, praedicens eis quando puniendi essent, si in sua malignitate persisterent.

Aunque pues recibido el Espíritu de gracia y de misericordia ya fieles no serán condenados con sus impíos parientes; dolerán sin embargo como si ellos mismos hubieran hecho, lo que por aquellos fue hecho. No por tanto dolerán por el reato del crimen, sino por el afecto de la piedad. Sane donde dijeron los setenta intérpretes: «Y mirarán hacia mí, por lo cual insultaron»; así se interpretó del hebreo: «Y mirarán hacia mí, a quien traspasaron». Por cuya palabra ciertamente Cristo más evidentemente aparece crucificado. Pero aquella insultación, que los Setenta prefirieron poner, no faltó a su universal pasión. Pues tanto detenido, y ligado, y adjudicado, y de oprobio de ignominiosa vestidura induto, y de espinas coronado, y con caña en la cabeza percutido, e irridentemente con fijas rodillas adorado, y su cruz llevando, y en el leño ya pendiente ciertamente le insultaron. Por lo cual no siguiendo una interpretación, sino ambas juntando, cuando tanto «insultaron», como «traspasaron» leemos, más plenamente la verdad de la pasión dominical reconocemos.

4. Cuando pues en las letras proféticas para hacer el novísimo juicio se lee que Dios ha de venir, aunque de él otra distinción no se ponga; solamente por el juicio mismo Cristo debe ser entendido: porque aunque el Padre juzgará, por el advenimiento del Hijo del hombre juzgará. Pues él mismo por la manifestación de su presencia «no juzga a nadie, sino que todo el juicio dio al Hijo» (Juan 5, 22): quien se manifestará hombre para juzgar, como hombre fue juzgado. ¿Pues quién es otro, de quien asimismo Dios habla por Isaías bajo el nombre de Jacob e Israel, de cuya simiente recibió el cuerpo? lo cual así está escrito: «Jacob mi siervo, yo le ampararé: Israel mi electo, le asumió mi alma. Di mi Espíritu sobre él, juicio a las gentes proferirá. No clamará, ni cesará, ni se oirá fuera su voz. La caña cascada no quebrantará, y el lino que humea no extinguirá; sino en verdad proferirá el juicio. Refulgerá, y no será quebrantado, hasta que ponga en la tierra el juicio; y en su nombre las gentes esperarán» (Isaías 42, 1-4, según la Septuaginta). En el hebreo no se lee «Jacob» e «Israel»: sino lo que allí se lee «mi siervo», sin duda los setenta intérpretes queriendo amonestar hasta qué punto eso ha de ser recibido, porque a saber por la forma de siervo se dijo, en la cual el Altísimo se mostró humildísimo, el nombre del hombre mismo para significarle pusieron, de cuyo género la misma forma de siervo fue suscripta. Fue dado en él el Espíritu Santo, lo cual también en especie de paloma, el Evangelio testificando, fue mostrado (Mateo 3, 16). El juicio a las gentes profería, porque preanunció lo futuro, que a las gentes era oculto. Con mansedumbre no clamó, ni empero en predicar la verdad cesó. Pero no fue oída fuera su voz, ni se oye; puesto que por aquellos que fuera de su cuerpo han sido precisados, no se le obedece: y a sus mismos perseguidores los judíos, que a la caña cascada perdida la integridad, y al lino que humea perdido el lumbre son comparados, no contritos, ni extinguió; porque perdonó a ellos, que todavía no había venido a juzgarles, sino por ellos ser juzgado. En verdad sanamente el juicio profería, prediciéndoles cuándo habían de ser castigados, si en su malignidad persistieran.

Refulsit in monte facies ejus (Matth. XVII, 1, 2), in orbe fama ejus: nec confractus, sive contritus est, quia neque in se, neque in Ecclesia sua, ut esse desisteret, persecutoribus cessit. Et ideo non est factum, nec fiet, quod inimici ejus dixerunt, vel dicunt, Quando morietur et peribit nomen ejus (Psal. XL, 6)? Donec ponat in terra judicium. Ecce manifestatum est quod absconditum quaerebamus. Hoc enim est novissimum judicium, quod ponet in terra, cum venerit ipse de coelo. De quo jam videmus impletum, quod hic ultimum positum est: Et in nomine ejus gentes sperabunt. Per hoc certe quod negari non potest, etiam illud credatur quod impudenter negatur. Quis enim speraret, quod etiam hi qui nolunt adhuc credere in Christum, jam nobiscum vident, et quoniam negare non possunt, dentibus suis frendent, et tabescunt? Quis, inquam, speraret gentes in Christi nomine speraturas, quando tenebatur, ligabatur, caedebatur, illudebatur, crucifigebatur; quando et ipsi discipuli spem perdiderant, quam in illo habere jam coeperant? Quod tunc vix unus latro speravit in cruce, nunc sperant gentes longe lateque diffusae; et ne in aeternum moriantur, ipsa in qua ille mortuus est, cruce signantur.

5. Nullus igitur vel negat vel dubitat, per Jesum Christum tale quale istis sacris Litteris praenuntiatur, futurum esse novissimum judicium, nisi qui eisdem Litteris, nescio qua incredibili animositate seu caecitate, non credit, quae jam veritatem suam orbi demonstravere terrarum. In illo itaque judicio vel circa illud judicium has res didicimus esse venturas, Eliam Thesbiten, fidem Judaeorum, Antichristum persecuturum, Christum judicaturum, mortuorum resurrectionem, bonorum malorumque diremptionem, mundi conflagrationem, ejusdemque renovationem. Quae omnia quidem ventura esse credendum est: sed quibus modis, et quo ordine veniant, magis tunc docebit rerum experientia, quam nunc ad perfectum hominum intelligentia valet consequi. Existimo tamen eo quo a me commemorata sunt ordine esse ventura.

6. Duo nobis ad hoc opus pertinentes reliqui sunt libri, ut adjuvante Domino promissa compleamus: quorum unus erit de malorum supplicio, alius de felicitate justorum: in quibus maxime, sicut Deus donaverit, argumenta refellentur humana, quae contra praedicta ac promissa divina sapienter sibi miseri rodere videntur, et salubris fidei nutrimenta velut falsa et ridenda contemnunt. Qui vero secundum Deum sapiunt, omnium quae incredibilia videntur hominibus, et tamen Scripturis sanctis, quarum jam veritas multis modis asserta est, continentur, maximum argumentum tenent veracem Dei omnipotentiam, quem certum habent nullo modo in eis potuisse mentiri, et posse facere quod impossibile est infideli.

Refulgió en el monte su faz (Mateo 17, 1, 2), en el orbe su fama: ni fue quebrantado, o contrito, porque ni en sí, ni en su Iglesia, para que cesara de ser, a los perseguidores cedió. Y por eso no se ha hecho, ni se hará, lo que sus enemigos dijeron, o dicen: «¿Cuándo morirá y perecerá su nombre» (Salmo 40, 6)? «Hasta que ponga en la tierra el juicio». He aquí se ha manifestado lo que escondido buscábamos. Pues este es el novísimo juicio, que pondrá en la tierra, cuando viniere él mismo del cielo. De lo cual ya vemos cumplido, lo que aquí último ha sido puesto: «Y en su nombre las gentes esperarán». Por esto ciertamente que no puede ser negado, también aquello se crea que impudentemente se niega. ¿Pues quién esperaría, lo que también estos que no quieren todavía creer en Cristo, ya con nosotros ven, y puesto que negar no pueden, con sus dientes rechinan, y se tabescen? ¿Quién, digo, esperaría que las gentes en el nombre de Cristo hubieran de esperar, cuando era tenido, ligado, caedido, iluso, crucificado; cuando también los mismos discípulos la esperanza habían perdido, que en él tener ya habían empezado? Lo que entonces apenas un ladrón esperó en la cruz, ahora esperan las gentes larga y latamente difundidas; y para que no en lo eterno mueran, con la misma en que él murió, cruz son signadas.

5. Ninguno, por tanto, o niega o duda, que por Jesucristo tal cual en esas sagradas Letras es preanunciado, ha de ser el novísimo juicio, sino el que en las mismas Letras, no sé con qué increíble animosidad o ceguedad, no cree, las cuales ya su verdad al orbe demostraron de las tierras. En aquel juicio pues o cerca de aquel juicio estas cosas aprendimos que han de venir: Elías el Tesbita, la fe de los judíos, el Anticristo que ha de perseguir, Cristo que ha de juzgar, la resurrección de los muertos, la diremción de los buenos y de los malos, la conflagración del mundo, y la renovación del mismo. Todas las cuales cosas por cierto que han de venir se ha de creer: pero por qué modos, y en qué orden vengan, más entonces enseñará la experiencia de las cosas, que lo que ahora para lo perfecto la inteligencia de los hombres vale conseguir. Estimo sin embargo que en aquel en que por mí han sido conmemoradas orden han de venir.

6. Dos nos quedan para este trabajo pertenecientes libros, para que ayudando el Señor las promesas completemos: de los cuales uno será sobre el suplicio de los malos, otro sobre la felicidad de los justos: en los cuales máximamente, según Dios donare, se refutarán los argumentos humanos, que contra las predichas y prometidas divinas sabiamente para sí los míseros parecen roer, y los nutrimentos de la fe salubre como falsos y ridículos desprecian. Los que empero según Dios saborean, de todas las que increíbles parecen a los hombres, y empero en las Escrituras santas, cuya verdad ya de muchos modos ha sido asertada, se contienen, el máximo argumento tienen la veraz omnipotencia de Dios, a quien cierto tienen de ningún modo en ellas haber podido mentir, y poder hacer lo que imposible es al infiel.